












*Decontes* 

P. RAMI, REGII  
ELOQVENTIAE ET  
PHILOSOPHIAE PROFES-  
soris, *Animaduersionum Aristo-  
telicarum libri xx.*

*nunc demùm ab authore recogniti & aucti:*


AD  
CAROLVM LOTHARINGVM  
CARDINALEM.  
*Amanus decontes*



PARISIIS,  
Apud Andream wechelum, sub Pegaso, in  
vico Bellouaco: *Anno salutis*

1556.

Cum priuilegio Regis.

*Decontes* 

PRIVILEGII SENTENTIA.



*Autum est auctoritate Re-  
gia, ne quis alius præter An-  
dream Wechelum, P. Ra-  
mi, Regij eloquætiæ & phi-  
losophiæ professoris, Animadversionum  
Aristotelicarum lib. XX. ad Carolum  
Lotharingum Cardinalem, ante sex an-  
nos in hoc Francorum regno imprimat,  
néue alibi impressos vendat. Qui secùs  
faxit, libris & multa in sanctione æsti-  
mata pœnas pendito. Lutetia Parisio-  
rum Idibus Septemb. 1555.*

De Courlay.



# P. RAMI, REGII

E LOQVENTIÆ ET

PHILOSOPHIÆ PROFES-

foris in Animaduer-

siones Aristoteli-

cas præfatio,

Ad

*Carolus Lotharingum*

*Cardinalem.*



I ALECTICANO

stra, Meccenas, ti-

bi gratias habuit,

q̄ tua benignitate

atq; clementia pri-

stineꝝ libertati red-

dita atq; restituta esset. Hoc illi be-

neficio maximũ fuit, quòd cum

A ij

fic

fic oppressa fuisset, vt vel omnino  
interire, vel sine authoris sui no-  
mine ingratè viuere cogeretur, per  
te non solùm sibi iucunditatem vi-  
tæ, sed parèti quoque suo debitam  
industriæ laudem recuperauerit.  
Quales verò gratias Aristotelicæ  
Animaduersiones, non dico verbis  
agere, sed cogitatione cõplecti po-  
terūt? Dialectica nihil offenderat,  
quia tamen lucem demonstrabat,  
cui contrarias tenebras expelli tam  
molestè homines quidam ferebāt,  
communi vindicta est afflicta. Ve-  
rũ Animaduersiones, cùm videan-  
tur Aristoteleę oppressionis (quam  
tibi frater meus Audomarus Ta-  
læus in Academia modicè & mo-  
destè descripsit) motus illos exci-  
tasse: quantò iustiore periculi metu  
sunt

sunt affectæ, tantò sanè par est gra-  
tiùs ac letiùs optatissimæ liberatio-  
nis meminisse. Itaque gratias serua-  
tori suo maximas agunt, profiten-  
túrque non solùm se tibi vitam, li-  
bertatem, dignitatem, sed omnem  
futuri temporis expectationem ac-  
ceptam referre. Etenim Meccenas  
optime, quãuis id tibi tam liberali,  
tãmque magnifico principi mini-  
mum videri certò scio: tamẽ cogita  
quæso quantum beneficium mihi,  
quàmque amplum vna tua in nos  
gratia cõplexa videatur. Si me opi-  
bus (quibus abundas maximis) cu-  
mulasses : si muneribus & dõnis  
(quorum in te magna facultas est)  
auxisses & ornasses, ea fortasse tri-  
buisses, quæ priuatim mihi magis  
commoda, quàm ad communem

A iij      laudem,

laudem, & vtilitatem publicam insignia viderentur: Verùm cùm honestæ professionis ( in qua multos annos versatus essem ) ereptam libertatem mihi restituis, præteriti temporis fructum & solatium mihi restituis, & interclusam viam simul aperis, qua persequendis institutæ vitæ rationibus talētum ( quātumcunque nobis à Deo creditum est ) exercere tractando, communicare docendo, amplificare quærendo, Deo denique ipsi ac proximo ( quorum causâ nati & in hanc lucem editi sumus ) meditata vitæ studia atque officia liberè præstare valeamus. Quãobré iam licet Musarũ omnes fontes & montes excitemus, nunquã tamẽ à me nõ modò referri, sed ne cogitari quidẽ gratia

par



par vlla poterit: Vt animi tamē nec ingrati, nec immemoris, & gratia & memoria tibi perſpecta ſit & cognita, eniti certè atque contēdere nunquam deſinemus. Itaque Dialectici huius operis (in cuius abſolutione te domino, atque adeo velut architecto, iam non ſtudioſè ſolum, ſed liberè iucūbimus) *πρότασιν* paulò antè Dialectica tibi obtulit, *αἰτιαπόδοσιν* Animaduerſiones offerunt. Quas (vt voluntatis conſiliique noſtri cum gratiis agendis etiam rationem coniungam) nō ſolum tibi, cui nuncupantur, ſed vel iis omnibus, qui nobis adhuc aduerſati ſunt, gratiſſimas fore confido: Nam quòd Ariſtotelis authoritatem in Logicis ſtudiis tantoperè mirantur, hoc nos illis aſſentimur,

vt Aristotelis legibus ac principiis  
(de quibus tã magnificè in Demõ-  
stratione ab eo præcipitur) tota Lo-  
gica, imò quæuis alia doctrina com-  
ponatur. Quòd magnam iuuentu-  
tis exercitationẽ in logicis deside-  
rant, hoc nos cum illis cõmuni stu-  
dio tuemur, vt ex omnibus artibus  
hæc vna præcipuè teneatur & exco-  
latur: Quòd veteres Academiae le-  
ges de certis & temporibus studio-  
rum, & probationum publicis exẽ-  
plis arctè retinẽdas existimant, hoc  
nos vnicè propositum & singulari-  
ter habemus: Quinetiã principiis  
illis Aristoteleis cõtendimus, vt &  
ad augẽdos iuuenilis industrię fru-  
ctus, & ad minuendas lõgi tempo-  
ris molestias, docendæ & exercẽdæ  
in philosophia iuuetutis compen-  
diaria

diaria quædã via publicis Academia nostrę consiliis, vel potiùs votis tantoperè expetita, ex Aristotelis imprimis institutis, & Pontificũ (à quibus fundata Academia Parisiensis est) legibus reuocetur: vt denique Dialectica ex vsu naturalis & humanæ rationis tota describatur, descriptaque explicandis poëtis, oratoribus exponendis, examinãdis philosophorum omniumq; hominũ sententiis, scribẽdo de rebus omnibus & dicendo, omni deniq; fructu humanitatis exquirẽdo tractetur & exerceatur. Quod tamen institutum quãuis tam syncerũ atque sanctũ, nũquam tamen optabo vt cuiquã tam certã támque bona ratione à nobis obseruatum videatur, vt certius & melius obseruari

feruari pōsse nihil exīstimet: Imò  
verò hanc veniam deprecabor, vt  
quicquid his Animaduersionibus  
tam studiosè tamquē vehementer  
ex Aristotelis legibus asseueratur,  
P. Rami; id est vnus è multis ho-  
munculi studium, nō Pythij cuius-  
dam Apollinis oraculū esse videat-  
tur: déque eo nihil potiùs approbe-  
tur, quàm iisdē illis Aristotelis prin-  
cipiis examinetur, nequid iis repu-  
gnans agamus. Homo sum, & ho-  
minibus pro mea tenuitate prodes-  
se cupio: Sed fortasse quod cupio,  
non assequor neque præsto. Siquis  
in recta volūtate lapsus erroris in-  
ciderit, mea summa voluntate, imò  
verò deprecatione & obtestatione  
corrigetur. Multis maledictis &  
probris & scenicarum fabularū &  
infa-

infamium libellorum ab hominibus temerè commotis & infensis agitatus & vexatus sum: quibus animo non tantùm facili & æquo, sed libenti iam & grato, omnibus gratias habeo; quòd me stimulis suis ad institutum meum cùm diligentius & laboriosius, tum perfectius & accuratius persequendum excitarent: Hortor tamen & moneo ut in hac disputatione remoueant auctoritates collectorum ab Aristotele librorũ, & Aristotelis legibus & principiis plerunque repugnantium: remoueant publicas potestates: neque enim hîc de Reipub. sed de Dialecticæ statu agitur: Desinât theatris, bonorum famã traducere: probrosis & præter stultam maledicentiam nihil habentibus libris  
nomi-

nominatim vexare: ceteraque eius-  
modi philosophiæ studiis indignis-  
sima sophismata cogitare desināt.  
Exemplo patientiæ nostræ tādē  
aliquando moueantur, qui tan-  
ta æquitate animi tot indignitates  
pertulimus, quanta ipsi iniquita-  
te machinati sunt: quique hoc v-  
num vltionis genus perpetuum iu-  
rauimus; vt non modò nullas tot  
fraudum atque calumniarum pœ-  
nas repeamus, sed ne earum qui-  
dem authores vlla scriptorum no-  
strorum litera dignos existimemus:  
Patientia enim & constātia ad ho-  
nestè vincēdum, non stultorum &  
ignorantium pœna & infamia mi-  
hi opus esse duxi: neque enim ad-  
uersatus est hīc adhuc nobis quis-  
quam, qui vel pictam veræ Diale-  
cticæ

cticeꝝ vmbraꝝ agnosceret. Hanc igitur veniam si nobis homines dederint, vt Dialecticam Aristotelis, dialectico Aristotelearum legũ iudicio disceptandam & constituendam arbitrẽtur, ô me fortunatum! ô me felicem!

*-Neq; enim leuia aut ludicra petuntur*

*Premia-:*

sed de arte, omnium (meo quidem iudicio) præstantissima certatur, vt vis humanę mentis, id est boni bonorum, quæ à Deo hominibus dari vnquam potuerunt, maximi: vt vis inquã, tam diuini boni pro sua natura ac dignitate doceatur et exerceatur.

*-Ecquis fuit alter,*

*Descripsit radio totum qui gentibus orbem?*

ait

ait pastor ille Virgilianus: At ego  
multò iustiùs,

*-Ecquis fuit alter,*

qui nõ totum terræ cœliue orbem,  
cuius centrum certo puncto com-  
prehenditur, extremum finito spa-  
tio concluditur: sed tantum potiùs  
mentis orbem, cuius medius locus  
immensa cogitandi inueniēdi que  
solertia dilatatur: ambitus infinita  
iudicandi collocandique pruden-  
tia propagatur:

*-Ecquis (inquam) fuit alter,  
Descripsit radio tantum qui genti-  
bus orbem?*

Nec enim vereor, quanuis ea res  
tanta sit, quin obscurissimis tene-  
bris clarissimam lucem, miserando  
abusui præstantem vsum & admi-  
rabilem præponēdum esse, vel ad-  
uersariæ




uersariæ sententiæ animis sic affectis persuadeam. Atque ut spero, omnes qui ista legent, rem tam facilem, tam iustam, tam laudabilem vel vtrò largientur, ac nos æquitate ista vincere potius optabunt.

Quamobrem Meccenas, Rami tui fructus tua nō solūm bonitate seruatos, sed gratiā & liberalitate excultos & vberiores grādiōresque factos percipito. Vale. Lutetiæ, è Præleio nostro 1556. Idibus Maij.

#### ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag. 5. lin. 4. ancipitem 9. 12. quem (tametsi 15. reliquit)  
 24. 19. indices 25. 13 pro (mica)l. (gutta) 34. 29. Scalenum,  
 35. quæ 35. 14. Dialcctica: 40. 5. Logica finem, esse 67. 13. ob-  
 scuratam? 70. 22. Categorema :83. 37. tanquam 113. 38. gene-  
 ralissimum, 116. 22. mathematica 124. 32. verè 125. 8. si-  
 ne 152. 4. consilium 153. 25. libri Logici: 161. 6. enim 162.  
 27. omnes 180. 11. hæc 183. 4. quid sit, quod 198. 29. non  
 esse 206. 4. pro (singularium)l. (immediatarum,) 273. 18.  
 deinde 276. 7. percepta 278. 32. est, aut 282. 17. inscribitur)  
 286. 9. componi necesse est, 289. 13. Secundi 321. 11. aut  
 325. 16. vera 327. 24. hunc 31. de.





# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

*fessoris, Animaduersionum Aristotelicarum liber primus,*

DE PHILOSOPHIS LOGICIS,

AD

*Carolus Lotharingum*

*Cardinalem.*



E DIALECTICAE artis veritate ac vtilitate, in Dialectica dictū est: de Dialecticorum inuentis & decretis dicamus, & doceamus quemadmodum omnes eorum catholicas artis huius regulas comprehendimus, omnibúsq; probata methodo collocauimus: causam

denique tam multorum à nobis ommissorum, suis locis afferamus. Quæ disputatio tam multas nobis turbas excitauit, vt non immeritò numen híc inuocandum sit. Ergo vt rectè atque ex ordine progrediamur, Deū Opt. Max. ducem authorémque propitium consiliis nostris precemur: diuina siquidem ope, multò magis res honeste atque laudabiles, quàm ratione consilióque hominū

A geruntur.

geruntur. Abs te igitur,

—O qui res hominūque, Deūque,  
*Aeternis regis imperiis, & fulmine terres,* pacem ac  
 veniam peto, precorque vt nos in hac contētionē à ve-  
 ro rectoque aberrare non finas, sed huius tantæ disci-  
 plinæ proprium ac naturale lumen, ad decus & laudem  
 immensæ bonitatis ac magnitudinis tuæ ( qui vt opti-  
 mus & maximus es, sic meritò appellaris ) deditis tibi  
 mentibus atque animis ostendas. Nunc quoniam de-  
 bita instituto nostro vota fecimus, ad rem veniamus :  
 Viginti libris istā quæstionem complectemur, quorum  
 primus, logicorum philosophorum historiam habebit:  
 secundus, primorum Logicæ principiorum assertionem:  
 reliqui deinceps singulis Organi libris octodecim re-  
 spondent. De logicis itaque philosophis primū di-  
 cemus, vnde variarum partium varios inuētores agno-  
 scemus: vt si magna quædam & ampla nobis hæreditas  
 cernenda sit, parentum à quibus relicta sit, nomina li-  
 benter audiamus, tabulas cupidè legamus. Ergo cū  
 logicæ artis hæreditas tanta tamque copiosa nobis ad-  
 cūda sit, eorum parentum, à quibus descripta posteris  
 est, nomina, studia, instrumenta, monimenta cognosca-  
 mus: exploremus verum sit, necne, quod Aristoteles de  
 se nobis persuadere voluit, cū se primum Logicæ in-  
 uentorem prædicauit: ait enim in peroratione Organi  
 logici, ante se, Rhetorica multa documenta extitisse:  
 huius operis non hoc quidem fuisse, illud autem non  
 fuisse, sed omnino nihil fuisse. Ergo de logicis philoso-  
 phis dicamus ea, quæ è Platonis & Aristotelis libris,  
 èque philosophorum ipsorum apud Laërtium vitis, &  
 è Galeni libris comperimus. Philosophi quidem om-  
 nes Logici fuerunt, nec enim sine Logica homines, ne-  
 dum philosophi essent: sed Logica illa naturalis esse  
 tantū potuit, de artificiosis nunc etiam Logicis dicere  
 instituimus, quique de hac arte aliquid præceperint.  
 Omnium certè antiquissimus Logicus Prometheus, ar-  
 tificiosæ methodi author & inuentor in Philebo Plato-  
 nis

his traditur, cum Socrates docet omnes homines naturam logicos esse, sed naturalem hunc humanæ rationis ardorem temerarium esse, nisi consilio regatur. Nulla verò (ait Socrates) via pulchrior est, nec esse potest, ea, cuius amator semper fui: at frequenter effugiens, me solum & sollicitum destituit. Pro. Quænam est? exponatur modò. So. Quam declarare quidem facillimum est, adhibere autem & usurpare, difficillimum: Omnia enim quæcunque artificiosè composita vnquam reperta sunt, hac utique reperta sunt via: Considera autem quam dico. Pro. Dic tantum. So. Donum profectò Deorum, ut mihi quidem videtur, ad homines alicunde ex Diis per Prometheus, unà cum quodam igne clarissimo delatum: Ac prisca quidem nobis excellentiores, & ad Deos propius accedentes, hoc nobis oraculum tradiderunt. Hæc de Prometheo Socrates, & multò pluribus verbis, quibus Prometheus logicæ methodi inventorem facit. Prometheus verò post diluuium, hominem igne illo cœlesti formavit, ut Poëtæ tradunt, eumque

*Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum:*

ut logica methodus iam primis illis temporibus inuenta sit, indeque sit eius antiquitas nota. Nec alienum sit credere, de logicis artibus, à primis illis parentibus aliquid præceptum esse, quos apud Iosephum legimus, de Mathematicis disciplinis accuratè philosophatos esse. Ergo hanc logicæ doctrinæ partem longè omnium principem Aristoteles nequaquam sibi verè attribuet. Neque iam hîc probabit ante se nihil omnino de Logica præceptum fuisse. Logicorum verò, quorum certior historia sit, ætates paulò faciliùs deinceps per genera philosophorum & Italicorum & Ionicorum prosequemur. Ergo in utroque genere, quæ logicæ artis studia vigerint, attendamus. Pythagoras circa sexagesimam Olympiadem, Italicæ philosophiæ princeps, mathematicas, physicas, medicas artes docuisse quidem dicitur, logicas (quod legisse meminerim) docuisse non dicitur: magnùmque eiusce rei indicium est, de logicis artibus

ab eo nil esse institutum, quòd quinquennij silentium discipulis suis imperarit, & ex omnibus Logicæ argumentis, vnicum illud expers artis tantum apud eius discipulos valuerit, ἀνὸς ἐφη, ipse dixit: Ipse verò, Pythagoras erat. Testimonij tamen & authoritatis argumentum, in Pythagorea schola tantoperè celebratum inde meminerimus. Atque huius sectæ philosophi Logicas artes perleuiter attigerunt. Xenophanes à Parmenisco & Orestade Pythagoreis videtur informatus esse. Huius logicum nil inuenio: nisi fortè illud putes, quòd dixerit acatalepta, incomprehensibilia esse omnia: vnde fortassis Pyrrhoneorum & nouorum Academicorum error emanarit. Heraclitus, Xenophanis auditor, quãuis sibi iuueni nil cognitum, seni nil ignotum fuisse diceret, tamen videtur eandem acataleptiam comprobasse, cùm diceret, Opinio, sacer est morbus, & aspectus fallitur. Eius tamen dictum logicum illud est celebre: Multiplex notitia mentem non docet: Significans (opinor) nō librorum præceptis & regulis, sed multò magis vsu & exercitatione sapientiam in quaque arte comparari. Quod verissimum est, & à Socrate valdè comprobatum. Eiusdem familiæ fuit Empedocles, Pythagoræ nempe discipulus, qui Rhetoricam inuenit, vt Aristoteles ait in Sophista. Atqui Rhetorica & inuentio & dispositio, quid aliud est quàm Logica? Hic etiam philosophus Gorgiam Rhetorem, multorum postea & philosophorum & oratorum doctorem formauit. Quare nomine Rhetoricæ, logica ars ab his tractata est. Epicharmus, Pythagoræ auditor, commentaria reliquit, in quibus non solum res physicas & medicas attingit, sed etiam γνωμολογεῖ. vbi fortassis logicum aliquid fuit. Parmenides, Xenophanis ac Diochetæ Pythagorei auditor, logicum iudicium tum veritatis, tum etiam opinionis, carmine suo pereleganter attigit:

*Oportet verò te omnia cognoscere,  
Partim quidem veritatis suasu facilis accuratam sententiam,  
Partim*

*Partim mortalium opiniones: quarum non iam fides vera.*

Deinde iudicium opinione fieri prohibet, ex accurate veritate fieri admonet:

*Ne te Deus anticipem viam iuxta hanc cogat,  
Vt iudices inconsiderato oculo, & resonante auditu,  
Et lingua, sed ratione perpendas ambiguum argumentum.*

Atque hunc poetam, Logicæ etiam philosophiæ magistrum fuisse, argumento est Platonis logicus dialogus, nomine Parmenidis inscriptus, cuius tota disputatio ad logicam artem attinet. Quinetiam de Pythagoreis, Archytas existimatur à nonnullis Categoriarum author fuisse, quæ hodie ad Aristotelem authorem referuntur: & certè Aristoteles de Archytea philosophia commentarium conscripsit. Atque hæc Logica Pythagoreorum fuit, de quibus Aristoteles decimo tertio primæ Philosophiæ sic ait: Pythagorei priùs de paucis quibusdam, quorum definitiones ad numeros accommodabant: vt, quid est Occasio, aut iustitia, aut Nuptiæ. Quo loco significat Aristoteles Pythagoream Logicam, aut nullam omnino, aut perexiguam fuisse. Sed Aristotelis ambitio suspecta sit, Logicam sibi vendicantis, cum tamen adhuc à veteribus illis, Rhetoricæ nomine quâdam Logicam propositam, & separatim de iudicio, deque methodo præcepta posita videamus. Interrogatur igitur vetustatem illam, si potes, an Aristoteles primus Logicam inuenerit & absoluerit: valdè ac vehementer reclamabit, cum tot & inuentionis & dispositionis artes posteris reliquerit. Sequuntur Ionici Logici: Zeno Eleates, Parmenidis auditor (opinor quia vel ad veterum artes tantùm adiecit, aut eas dispersas in vnum corpus redegit) logicæ artis apud Laërtium octauo & nono libris, teste Aristotele, inuentor efficitur. Ac quamuis Zenonis monumenta omnia perierint, tamen eius veritatis licet à Platone quiddam agnoscere, apud quem Parmenides significat Socratem in dialecticis à Zenone fuisse institutum: Sic verò Parmenides cum Socrate loquitur: Præclara verò ac diuina, mihi crede, cupiditas

vifa est, quæ te sic ad differendum & ratiocinandum raperet. Collige verò teipsum, ac diligentius, dum iuuenis es, exerce in hac facultate, quæ videtur inutilis esse, & à plerisque loquacitas futilis & garrulitas appellatur: alioqui veritatem non assequere. So. Quis igitur est exercitationis huius modus, ô Parmenides? Par. Quem tu de Zenone audiuisti: Hæc Parmenides: quibus intelligimus in logicis Zenonem Socratis magistrum fuisse. Zenonis verò logica, Platonis dialogis multa continentur: vt in Parmenide, rei qua de agitur, ortum, motum, accidētia, interitum: id est, causas, quibus res generatur, & effecta, & adiunctas accidentias, & opposita, quibus res corrumpitur & interit. Item comparatorum genera, simile, dissimile, maius, minus, par: Item de genere & specie atque ideis plurima ibidem disputatio est: vt in Sophista & Politico, de genere rursus & specie, toto item & parte, itémque de diuidendi & definiendi ratione & lege: his enim duobus dialogis Socrates à Zenone logicis diuidendi & definiendi legibus informatur. Ergo Platonis tres dialogi demonstrant, Socrati Zenonem logicæ philosophiæ doctorem fuisse: neque tamen omnia, quamuis discipulo, decreta sua probauisse: Socrates enim Zenonis sententiam de ideis minimè probauit, vt ex eodem Parmenide deprehēdi potest: quod Galenus de placitis Hippocratis & Platonis annotauit: Plato, inquit, inutilem philosophiæ contemplationem Socrati non attribuit, sed aliis, vt physicam contemplationem Timæo, quem admodum etiam extra fines egredientem Dialecticam ad Parmenidem, & socium eius Zenonem. Ergo Zenonem logicas artes ita docuit: nec Zenoni, tot annis ante Aristotelem philosopho persuadeat Aristoteles, Aristotelem primum artis logicæ inuētorem & doctorem fuisse. Quin ambitionem suam in isto philosopho Aristoteles mirabiliter arguit: Zeno (ait in Sophista) primus logicas artes reperit: Ego (ait in Organo) primus reperi, nec ante me, huius artis quicquam fuit. Hanc igitur



tur ἀντίφασιν considerato. Democritus anno maior, quàm Socrates fuit, è cuius libris tamen nihil ad Logicam Laërtius referat, tamen qui videantur ad Logicam referri posse, quidam sunt, si tituli tamen non fallunt: De Logicis regula, 1. 2. 3. Causæ, De dictionibus vel vocibus, vt etiam scholæ iam nostrę loquuntur, onomasticum: item de verbis, qualis in Porphyrio & Aristotelis Categoriis, & Interpretatione, materia tractari videtur: De figuris sic Aristoteles in Philosophiâ primo & octauo libris ait rerum omniũ efficientes causas, à Democrito factas esse, figuram, ordinem, situm: Ad iudicium spectantia quædam: vbi potuit esse de propositionis, syllogismi, methodi regula quippiam: De imagine seu prænotione: Rerũ causæ planæ. Qualis doctrina quædam est in posterioribus Analyticis Aristotelis. Aristoteles autem primo de partibus Animalium scribit (cùm agit de causis rerum naturalium, materia & forma, atque ex iis definitione constituta) veteres talem in rebus physicis definitionem nescisse: Causa verò fuit (ait) quamobrem veteres ad hunc modum non peruenierint, quia quid est, & definitionis essentiam explicare non poterant: Ac Democritus primus attigit non veluti rem physicæ contemplationi necessariam, sed tanquã ab ipsa re traheretur. Idem ferè rursus in Philosophia lib. 13. cap. 4. ab Aristotele de Democrito dicitur: E Physicis paululùm Democritus attigit, ac definiuit calidum & frigidum. Sic ab Aristotele Democriti Logica extenuatur, vt Democritus Aristoteli differere quidem, sed sine arte videatur. Democriti discipulus Protagoras, qui σοφία dictus est, Rhetoricam (quæ nihil aliud ferè quàm Logica tũ fuit) summã nominis gloriã exercuit: & elencticam doctrinam præcipuè exercuit, sententiam omittens, ad nomen disseruit, & præsens contentionum genus, quod specie quadam probetur, instituit: Primus ad theses argumenta demonstrauit, & quod contradici non posset, disceptauit: & scripsit artem Elenchorum & Contradictionum, duobus libris. Ergo Pro-

A iiij tagoras

tagoras eam Logicæ partem, quæ ab Aristotele traditur in Elenchis, aperuit. Logicæ artis nomine magnum Protagoram fuisse declarat in Philosophia Aristoteles, qui contra eum tam multa differuit: imò verò Platonis etiam dialogus Protagoras in scriptis, eius Elenchos valdè nobis ostendit. Quapropter neque Protagoræ videbitur Aristoteles primus & solus logicæ artis author fuisse. Hippocrates medicus horum ætate paulò inferior, & inuentionis, & dispositionis partes attigit: similitudinem & dissimilitudinem commendauit: vitia diuisionis in veteribus (vt Galenus ait) studiosè reprehendit: imò verò effectorum, adiunctorum, vnà cum methodica & artificiosa dispositionis forma, locū comprehendit. Quæ cum à Socrate in Phædro, medici & oratoris inducta collatio esset, producuntur: Itaque (inquit Socrates) quid tandem præcipiat Hippocrates, & vera ratio, considera. An verò de quauis natura ita considerandum est? Primùm quidem simplèxne an multiplex sit illud, de quo cupies artem vel discere, vel alios docere: deinde si simplex fuerit, vis ipsius est inspicienda, & quid in quaque re per eum facere, aut quid illi contrà accidere soleat. Si verò multas species habeat, his partibus enumeratis, quod in vna notum sit, hoc idem in singulis notandum est: quid ipsa faciat, quid illi aliunde rursus accidat. Phæ. Videtur ò Socrates. Socr. Absque his autem, disputatio cæci videatur esse progressio: nec tamè cæco vel surdo, qui arte in re quauis progreditur, comparandus est. Ergo hæc de Hippocratis Logica Socrates: methodus verò rursus eadem ab Hippocrate non minùs perspicuè ponitur, cum iubet Hippocrates ex simili simile dignosci: vtrum similia an dissimilia sint ab initio, à maximis & facillimis, ab vsquequaque omnino notis, quæ videre & audire liceat: quæ etiam visu & naribus & lingua & mente nosse liceat, quibus cognoscimus, omnibùsque cognoscere liceat. Hæc Hippocratis oratio pulcherrimam logicæ dispositionis partem iterum proponit, de qua in posterioribus

posterioribus Analyticis copiosius & vberius differemus. Nec Hippocrati facile persuadeat Aristoteles, ipsum logicæ artis ignarum fuisse, seque primum hinc aliquid intellexisse. Videmus adhuc quæ sint à veteribus obseruata Logicæ documenta, de inuentione, iudicio propositionis in veritate & opinione: de syllogismi etiam fortasse iudicio, vt *ἑπικριτικά* Democriti fuere: de methodo certè & elenchis: vt iam sine pudore & rubore iactari non possit, ante Aristotelem de logicis artibus omnino nil animaduersum, nil cognitum fuisse. Sed veteres vniuersos vnus Socrates non tantum ethica, sed hac logica philosophia longissimè superauit: qui tamen si magister in schola nunquam fuit, nunquam artis cuiusquam professor ac doctor videri voluit, imò literam nullam scriptam reliquit: è discipulorum tamen, atque imprimis Platonis sermonibus, satis constat omnium philosophorum superiorum non solum naturam, sed arte & vsu *λογικώτατον* fuisse. Galenus initio historię philosophicæ, Socratem facere videtur non solum ethicæ inuentorem, sed etiam Logicæ perfectorem, cum ait: Dialecticam facultatem, qua ducuntur homines, perfectè animaduertit: Etenim Zenoniæ Logicæ documenta omnia non solum tenuit, sed inutilia ab vtilibus discreuit: vanamque de ideis altercationem, vt Parmenides Platonis author est, iam tum iuuenis refutauit. A se ipso autem quàm multa logicæ artis adiumenta depromserit, è Platonis dialogis potes intelligere: Etenim Dialectica definitur in his, facultas differendi: tresque eius partes, sicut omnium artium, ponuntur, natura, ars, exercitatio: artisque partes, naturæ & exercitiationis communes, inuentio dispositioque diuiduntur. Inuentionis partium nulla ferè non attingitur, de causis, effectis, subiectis, adiunctis, oppositis, comparatis, nomine, diuisione, definitione, testimoniis: Iudicij verò in propositione, tum scientia, tum opinio, quàm sæpe ab eo proponitur? methodus quàm sæpe, quàm magnificè ab eo tractatur? Ergo hæc artis: vsus verò logicæ  
 artis

artis quis vnquam maiorem habuit? quis disputationis  
 institutæ vel genefim, vel analyfim pleniùs adhibuit?  
 quis Logicæ tũ virtutes, tum vitia in propofitis exem-  
 plis acutiùsprehendit? Quàm mirabiliter verò Lo-  
 gicæ vsum non folùm in singularibus rebus, & in artiũ  
 omnium non folùm conftitutione, fed ad authorem  
 Deum recognofcendum, conuerfione docuit? Aristote-  
 les Philofophiæ libro decimo tertio, Socrati logicas lau-  
 des duas maximas attribuit, definiendi & diuidendi:  
 Iis enim locis duobus, fi fpectes vsum, cæteri ferè loci  
 continentur. Atque hoc loco Aristoteles ambitionem  
 fuam valdè prodiit: nihil omnino de Logica dictum an-  
 te fe gloriatur: & tamen alibi confitetur à Socrate logi-  
 cam doctrinam & inductionis & definitionis efle tra-  
 ditam. Ergo Socrati, ergo Platoni magiftris, à quibus  
 hanc ipfe artem didicit, nunquam Aristoteles perfuafit  
 fe primum logicæ artis inuentorem fuiſſe. Deinceps  
 fectæ variæ exortæ funt, Socratémque philofophi  
 præcipuè quinque, logicis artibus celebres funt con-  
 fecuti, Anaxarchus, Ariſtippus, Euclides, Antifthenes,  
 Plato. Anaxarcho ſatis conſtat logicam Socraticæ in-  
 ſcientiæ ſcientiam non placuiſſe, cùm diceret, ne ſe id  
 ipſum ſcire, quòd nil ſciret. Socrates vna exceptione  
 ſe nihil ſcire profitebatur: Anaxarchus etiam hanc ex-  
 ceptionem ſuſtulit, ſeque in rebus agendis, probabili-  
 tatis ſpecie duci, non certa ſcientia moueri dixit. Ana-  
 xarchum Pyrrho Elienſis audiuit, & hanc ſectam aca-  
 talepſiæ & retentionis amplificauit, vnde non curantia  
 & indifferentia rerum omnium ſequebatur: eiùſque  
 ſectatores, aporetici, ſceptici, ephectici, zetetici: quòd  
 dubitarent, conſiderarent, inhiherent, inquirerent, dicti  
 funt: quorum proprium, nil affirmando docere, ſed in-  
 ficiando aut comparando. Atque vt mirabilis eſt ho-  
 minum natura, cùm logicas artes conuellere velle vi-  
 deantur, ad confirmandum tamen inſtitutum ſuum, id  
 eſt ad omnem ſenſus & intellectus certam perceptio-  
 nem ſcientiámque: ad iudicium, demonſtrationem, di-  
 ſciplinam

disciplinam tollendum: ad omnium, quæ sentirentur, quæque intelligerentur, incomprehensibilitatem confirmandum, logicis & rationum, & testimoniorum probationibus utebantur: Colligebant enim varias causas, atque ex contrariis demonstrare conabantur persuadentibus æquales probabilitates, æqualitatemque & contradictionem rationum confirmare rationibus ferè decem: primò, quòd ex iisdem rebus phantasiæ differentes, propter animalium differentias, inciderent: vt cicutam coturnici alimentum esse, homini venenum: secundò ex diuersis naturis hominum, vt Demophon in umbra calefiebat, in sole rigebat, alius contra: tertio ex differentiis sensilium, vt malum, aspectui pallidum, gustatui dulce: nec eadem forma pro speculorum varietate, eadem cernitur: quartò ex communi affectione & vicissitudine, vt sanitate, morbo, somno, vigilia, pueritia, senectute: in quibus de re eadè sit aliud atque aliud iudicium: quintò ex legibus & institutis, & ex musicis persuasionibus, & artificiosis decretis, & opinionibus dogmaticis, quibus idem aliis bonũ, aliis malũ videtur: sextò de permissionibus, & cõmunicationibus: vt purpuræ color in sole, luna, lucerna, varius est: septimò ex qualitate positionum, vt magna eadem & parua, si spatium mutentur, apparebunt quadrata, rotunda, plana, tumida: sic colubæ collum variatur: octauò ex quantitate, vt vinũ modicum iuuat, multũ nocet: nonò ex insuetis, vt Sol, quia cernitur quotidie, mirabilis non est: admiramur autem minùs excellentia, si nunquam visã fuerint: decimò ex relatorum contentione, vt dextrum, sinistrum: vt pater, filius: ignota verò quæ ad aliquid. Alij modos alios addidere: in experientie, qua res deducitur in infinitum: suppositionis, qua principia stultè supponuntur, cum possint contraria supponi. Atque hæc Pyrrhonia Logicæ ad euertendam Logicam ferè momenta sunt, ad quam multorum excellentium virorum authoritates aggregantur, Homeri primùm, quoniam de rebus iisdem aliter aliàs sentit, nec quicquam defini-

tè docet affirmando: deinde septem Sapiétum, quorum illa sceptica sunt,

*Ne quid nimis. Spöde, propè autè iactura. Tû Archilochi,  
Hominibus mens, Glauce Leptine fili,*

*Est mortalibus, qualè Iuppiter in diè mittit. Itè Euripidis:*

*Quid verò hos miseros sapere*

*Mortales aiunt? nec enim scimus:*

*Faciamus ea certè quæ quis velit. Item Xenophanis:*

*Atqui igitur planè nullus vir nouit, neque vllus vnquã sciet.*

Zenonis etiam tollentis motû, & Democriti dicentis: Causâ verò nil nouimus, in profundo enim veritas est. Et Platonis, verum diis & deorum filiis cõcedentis, probabilitatem tamen perquirentis. Et Euripidis:

*Quis verò nouit, an hoc viuere, sit mori?*

*Emori autem, viuere censetur mortalibus.*

Et Empedoclis affirmantis esse quædam, quæ neque visu, neque auditu, neque intellectu percipi possent: Postremò Heracliti & Hippocratis sententiæ huc aggregantur. Hæc Pyrrhoniæ Logicæ summa fuit, qua sectatores eius, probabilitatis iudicium sibi referuabant, scientiæ tollebant, & vnicè commendabant inhibitionem, quam velut vmbra sequebatur tranquillitas: qualia ferè de noua Academia dicuntur à Cicerone: Arcefilas enim author Academiæ nouæ, Pyrrhonem imitatus esse à Laërtio dicitur. Atque hæc secta nil Aristoteli debeat in logicis artibus, de quibus tamen tam multa disferuit. Aristippus, omnésque Aristippi sectatores Cyrenaïci & Epicurei Logica naturali contenti, Logicã artificiosam videntur contèpisse: tametsi Aristippus duodecim de arte logica libros, vt è titulis coniectura est, cõscripsit: de exercitatione libros 6: de disciplina, 1: Interrogans, 2. de chriis, 3. Hi siquidem tituli logicæ artis videntur esse: & fortassis etiam plures de hac arte scripserat, quàm tituli significant. Et de Cyrenaïcis locus est apud Laërtium, quòd Logicam, propter eius vsum summum, attingebant. Et Epicurus septem annis natus post Platonis obitum, licet verbo logicam artem, vt

inanem

inanem affirmaret, attamen re ipsa quandam retinebat: Dialecticam aut Logicam, cæterorum philosophorum more non appellabat, Canonicam dicebat: & libros argumenti logici multos scripsit: horum namque tituli sunt, De sectis, de iudicio aut principio, aut canon, aut (tanquam diceret) elementarium: de imaginibus, de viso: Itaque veri iudicium referebat ad sensus & anticipationes & affectiones. Epicurei præterea adiecere phantasticas mentis conceptiones: Itaque etiam menti iudicia tribuebant Epicurei, sed quæ à sensus observationibus & iudiciis essent orta, secundum & incidentiam & proportionem & similitudinem & compositionem, aliquid etiam ratiocinatione conferente. Atque anticipationem dicebant veluti comprehensionem, aut opinionem rectam, aut cogitationem, aut vniuersalem intelligentiam insitam, id est memoriam eius, quod frequenter fieret: & sic docent ex antecedente prolepsis res cognosci, ut Aristoteles docet ex antecedente prænotione. Quæstionum quoque alias esse de rebus, alias circa simplicem dictionem versari: quomodo partitur Aristoteles Elenchos. Quare videmus ab his magistris, quos tamen cæteri philosophi tanquam pecudes insectantur, quâto studio, & quâmultis voluminibus logica philosophia tractata sit. Quapropter Aristippo, Aristippique successoribus Aristoteles nequaquam persuaserit, se logicæ artis inuentorem & authorem solum fuisse. Euclidis verò, Antisthenis, Platonis scholas cum ingressi fuerimus, in his miranda philosophiæ logicæ studia cõperiemus, & Aristotelis ambitionem magis ac magis admirabimur. Euclides verò Megaricus, totaque eius successio & secta, Logicam imprimis arripuit, sed Parmenideam illam Zenoniam, non nihil sophisticam, quam idcirco Socrates non probabat, ut de ideis iam dictum est: idcirco sectatores Euclidis, contentiosi primò sunt appellati, qui postea Dialectici, qui disputationes interrogatione & responsione conficerent: Demonstrationibus autem insistebat Euclides, non secundum sumptiones,

nes, sed secundum illationes: similitudinisque probationem tollebat, cum diceret, aut ex similibus, aut ex dissimilibus constitui: ac si constaret ex similibus, potius res ipsas, quam rerum similia spectanda esse: Sin autem ex dissimilibus, inanem esse collationem. Sic Euclides sophistico enthymemate rationem, quamuis illustrissimam & magistro Socrati familiarissimam, reprehendebat: Atque ob hanc sophisticam Dialecticam, notatus est à Timone, velut sophista, quòd Megarensibus rabiem contentionis inuexisset. Eius discipulus Ebulides, consimiles Dialecticæ modos reperit, mentientem, latentem, electram, occultum, foritem, cornutum, caluum: & consimili cum doctore nota, procax & petulans appellatus est: Fuit enim disputator acer, & Demosthenem oratorem formauit: sed ab Aristotele dissensit, eiusque multa decreta labefactauit. Atque isti vix Aristoteles persuasisset, logicæ artis Aristotelem perfectorem esse. Ebulides, Alexinum discipulum contentiosissimum, successorem reliquit. In eadem secta fuit Diodorus, primusque occultum & cornutum disputationis genus inuenisse existimatur. Hic apud Ptolemæum Soterem cum dialecticam quæstionem à Stilpone obiectam dissolvere non posset, appellatus est κρόνος, fatuus: detractis  $\alpha$  &  $\rho$ , velut ὄνος, asinus: Quo scommate offensus, de ea quæstione librum conscripsit, & eo mœrore mortem obiit. Ex eadem schola fuit Clinomachus Thurius, qui primus de axiomatis & categorematis scripsit. Stilpo Megarensis, Zenonis Stoicorum principis magister, philosophus eiusdem familiæ, quin Euclidis ipsius auditor fuit: tantumque rationis inuentione cæteris præstitit, vt tota penè Græcia Megaram ad eum audiendum confluerit: grauis in contentionibus: tollebat species. Menedemus Platonis atque etiam Stilponis auditor, eius scholæ postremus, tollebat axiomata negantia, affirmantia autem cōstituebat: atque ex iis simplicia amplectebatur, composita tollebat. Heraclides tamen scribit



bit Dialecticam contempſiſſe: in diſputationibus autem ita pugnaſſe erat & fortis, vt liuor in oculis exprimeretur. Atque huiuſmodi Logica Euclidea, de categoriſſimis, axiomatis, ſophiſmatis, à Socratis Logica iam paululùm, vt apparet, degenerauit, & ad ſophiſticam nonnihil inclinauit: fortis tamen ac robuſta fuit, multòque magis Logicam, vt apparet, quàm Sophiſticam tenuit. Quapropter quis putet Euclidem & Euclidis æmulos, Dialecticæ artis inuentionem & abſolutionem Ariſtoteſi conſeſſuros? cùm eos non ſolùm huius artis ſtudio, ſed etiam nomine ita delectatos videamus, vt Dialectici non ſolùm eſſe, ſed appellari uoluerint? Tertia Antiſthenis ſchola ſequitur, in cuius doctrina & ſucceſſione longè maiora huius artis ſtudia viguerint: Hæc certè ſchola licet durior, vt primò Cynica, deinde Stoica fuerit, logicis & phyſicis artibus ſpretis ſolam ethicam excoluiſſe à nonnullis dicatur, attamen Antiſthenes ipſe, vtriuſque ſectæ primus author, Dialecticam valdè celebrauit, ad eamque ex eius libris referri ( ſi quid è titulorum coniectura poſſumus aſſequi ) videatur veritas de diſſerendo: item de diſputatione: quibus libris videtur Logica tota comprehenſa eſſe: Ad inuentionem verò referri videntur, de fide ſeu probatione: item (quasi diceret) contradictorius: item de contradicendo, 1, 2, 3: item de interrogando: ruruſus de interrogatione & reſponſione. Ad iudicium proſitionum potiùs attineant, de dictione & characteribus: de diſciplina aut nominibus, 1, 2, 3, 4, 5: de opinione & ſcientia, 1, 2, 3, 4: de edicendo problemata: de expoſitoribus. Ad elenchos magis attineant, de Sophiſtis aut phyſiognomicis: de nominũ uſu, aut contentioſus: opiniones aut contentioſus. An igitur Ariſtoteſi logicas artes ſibi vendicanti, tot artium logicarum magiſter & doctor Antiſthenes, & tot annis ſuperior conceſſerit? Diogenes eius ſucceſſor, licet nullus eius de Logica liber à Laërtio nominetur, attamen quàm ſtudioſus eius, fuerit,

fuerit, contentiones illæ cum Platone declarant. Platone siquidem de ideis differente, & nominante mensalitatem (vt ita dicam) & cyathitatem: Equidem (inquit) ô Plato, mensam & cyathum video: mensalitatē verò & cyathitatem nequaquã video. Rectè (inquit Plato) oculos enim, quibus mensa cyathúsque conspicitur, habes: mentem verò, qua mensalitas & cyathitas videtur, non habes. Sic Diogenes, Platonis ideas cauillatus est, sed paulò acerbiorẽ cauillum à Platone retulit. Platone rursus definiẽte, Homo, est animal bipes, implume: Cùm placeret ea definitio, nudatum & deplumem galum in eius scholam iniecit, & ait, Hic Platonis est homo. Atque hæc de Cynicis tantula comperimus. Stoici verò è Cynicis orti logicas artes acturatiùs excoluerunt, primúsque sectæ huius inuentor Zeno diligenter cum Philone Dialectico sese exercebat: ac cùm aliquando Dialecticus ei septem de ratione diuidendi, dialecticas species demonstrasset, interrogasse dicitur, quanti cuperet eas vendere: centum respondentem, ducenta dedit. Ac de libris eius ad Logicam videntur spectare, De disciplina Græcanica, de signis, vniuersalia, de toto, de dictionibus: nominum enim & verborum doctrinam etiã in Logicam veteres incluserunt, vt apparet ex Aristotelis Interpretatione: artificiosæ solutionis & reprehensionis, libri duo. Cleanthes, Zenonis discipulus logicos libros plures conscripsit, quàm magister: Libri siquidem minimum sexdecim feruntur: E libris eius namque videntur ij logicum argumentum tractasse, de Dialectica, de Categorematis, de ratione, tres: de iudicando, de modis, id est syllogismorum figuris, sic enim Stoici loquebantur: de institutione, de opinione, de scientia, de propriis, de ambiguis, de arte, quomodo philosophi philosophari debeant, de chriis, de exercitationibus, duo. Sphæreus, Cleanthis auditor fuit, ex cuius libris ad Logicam referri videntur, de arte dialectica lib. 2: de Categorematis, de ratione, de fortuna: hæc enim in caussis etiam numeratur: de affectionibus, sic enim interdum ab

ab Aristotele vocantur accidentia: de iis, quibus contradicitur, 3: de similibus, de definitionibus, de opinione, de exercitationibus, de Heracliti quinque exercitationibus, de ambiguitatibus, de Erethriacis philosophis, id est Pyrrhoniis: Sed omnium non modò Stoicorum, verum etiam logicorù omnino magistrorum *πολυγραφήτως* Chrysippus Cleanthis successor fuit: Libros enim 371 logicos, vt Laërtius affirmat, ac præterea multos conscripsit: tantùmque ob hanc artem in Græcia nomen habuit, vt plerique dicerent, deos, si dialectica vti vellent, non alia, quàm Chrysippea vsuros esse: Sed tam multiplicitate scripturæ, valdè & iudicium & memoria defuit: temerè enim quicquid incidit, accumulauit, totaque volumina plerumque testimoniis compleuit: vt si quis aliena detraxisset, vacuos Chrysippi libros reliquisset: & memoria tam fluxa fuit, vt eadem de re, oblitus quid antea scripsisset, sæpiùs idem scriberet. Tituli verò logicorum Chrysippi voluminum, alij totam Logicam comprehendunt, alij partes: Ad totam pertinent Logica & philosophi considerationum: de Dialectica, 4: ars Dialectica, 1: de his quæ in Dialectica sunt, nominibus, 1: de Rhetorica, 4: prima ars rationum & modorum, 5: ad rationes & modos, constructiones, 1. Ad inuentionem potiùs spectant, quæ sequuntur: De continuis problematis, 1: de numeratis quæstionibus, 39: Logici loci theses: Logici loci de rationibus, 3: de ratione, 2: Logici loci qui circa res: de elementis rationis, 1: de elementis rationis, & eorum quæ dicuntur, 5: de Categoriæ, 10: de Categoriæ, 4: de iis quæ dicuntur: falsò inscriptæ rationes incidentes ad medietatem, 3: de incidentibus rationibus, 1: ad id, quod de consequentibus est, 1: de eo, quod ad alia dicitur, 1: de contrariis, 2: de contrariis, 1: de iis quæ secundum priuationem dicuntur, 2: aduersus existimantes & falsa & vera esse, 1: de similitudinibus, 2: de similibus, 3: diuisiones, 1: de diuisionibus, 1: de speciebus & generibus, 2: probabilia aduersus diuisiones & genera & species: ad-

uerfus eos qui non diuidunt, 2 : aduerfus contradic-  
 tis, quæ de fectione infinitorum, 3 : demonstratio, quòd  
 non oporteat diuidere infinita, 1 : de definitionibus, 7 :  
 etymologicorum, 5 : Logici loci circa dictiones & ean-  
 dem rationem constructio prima : de etymologicis, 7 :  
 definitionum dialecticarum, 6 : definitionum mediata-  
 rum, 2 : probabilia ad definitiones, 2 : de his, quæ non  
 rectè definitionibus contradicuntur, 7 . Ad proposi-  
 tionis iudicium videntur hæc spectare : De cogitatio-  
 nibus, 2 : de constructione eorum quæ dicuntur, 4 : de  
 constructione & elementis eorum quæ dicuntur, 3 : de  
 eo, quomodo singula dicimus & cogitamus, 1 : falsò in-  
 scripta de expositionibus, 1 : de axiomatis, 1 : de expo-  
 sitionibus, 1 : de dictionibus, 5 : dictio, 1 : ad id, quòd est  
 de significationibus, 1 : de rectis & obliquis, 1 : de casti-  
 sibus, 1 : de copulis, 1 : de appellatiuis, 2 : de negante, 2 : de  
 enuntiatis, 3 : de gentilibus enuntiatis, 6 : de coniuncto,  
 1, 2 : de non compositis propositionibus, 1 : Logica con-  
 nexa : connexorum probabilium, 4 : de reciprocis ora-  
 tionibus & coniunctis, 1 : comparatio modificatarum  
 propositionum, 1 : de enuntiatis definitis secundum sub-  
 iectum, 1 : de orationibus ex infinito & finito, 2 : ratio-  
 nes hypotheticæ in leges, 1 : rationes hypotheticæ præ-  
 ceptorum, 2 : de hypothesibus, 3 : rationes hypotheticæ  
 ad rudimentum, 2 : de vero distincto, 4 : de perfectis  
 axiomatis, 2 : de responsione, 4 : epitome de responsio-  
 nibus, 1 : interrogationis, 2 : de interrogatione & respõ-  
 sione epitome, 1 : de interrogationibus, 2 : de responsio-  
 ne, 4 : de præceptis, 2 : de comprehensione, & scientia &  
 inscientia, 4 : de primis & indemonstrabilibus syllogis-  
 mis : Quòd approbent veteres Dialecticam cum demõ-  
 strationibus, 2 : de arte & non arte, 4 : de communibus  
 rationibus secundum constitutas ex hoc artes & virtu-  
 tes : de opinatione, 3 : demonstratio, quòd non sit opina-  
 turus sapiens, 1 : probabiles sumptiones, 3 : de possibili-  
 bus, 4 : ad ea, quibus contradicitur, quòd eadem ratio &  
 syllogistico & non syllogistico disponatur modo, 2 : de

eo, quòd ordinetur eadem ratio in pluribus modis, 1: de eo, quod est propter tria è conuerso, 1: de eo, quòd syllogistica partim cuiusdam cù alio, partim cum aliis, 1: de concludentibus rationibus, 1: modificatæ quæstiones, 1: aduersus id, quod scripsit Philo de modis, 1: aduersus ea, quæ de rationibus & modis, 1: de modorum constitutione, 2: eorum quæ ad rudimentum modorù, 3: de conclusionibus, 1: de syllogismorum elementis, 1. Ad clenchos & exercitationem ista referenda sunt: De vsu rationis: de simulatione, 2: de sophismatis, 2: de fallacibus argumentis, 2: de ratione ad paruum, 2: de iis, quæ Dialecticis obiiciuntur, 3: aduersus Arcefilæ paruum artem, 1: solutio secundum veteres, 1: de consuetudine, 7: orationes præter consuetudinem, 1: contra consuetudinem, 6: de eo, quòd quædam sunt falsa, 1: de falsi solutione, 3: de rudimento ad mētientem: de mentiente, 6: rationes mentientes ad rudimentum, 1: aduersus eos, qui partitione dissoluūt falsam rationem, 2: aduersus affirmātes, sumptiones habere falsam mētientem rationē, 1: de vtidis ratione, 1: de vtide, 8: de occulto, 1: de combusto, 2: de solæcismū facientibus rationibus, 1: de præceptis ad solæcismos, 1: rationes negantes ad exercitationem, 1: solutio hypotheticorù: solutio hypotheticorù, 3: solutio hypotheticorù, 2: falsò inscripta aduersus Amenij disunctiuas rationes, 1: de tropicis ambiguitatibus, 1: de inæqualitate dictionū, 4: de connexa tropica ambiguitate isagogica, 5: epitome ambiguitatum, 1: de ambiguitatibus, 4: connexa ad institutionem ambiguitatum, 2: de cōtrouersis dialecticis rationibus, 5: de soritarum rationibus ad voces, 5: rationes syllogisticæ secundum solutionem in indemonstrabilibus, 1: de iis, quæ circa falsas figuras syllogismorum, 5: ad ea, quæ obiiciuntur syllogismorum solutionibus, 3: de solutione syllogismorum, 1. Vnde satis constat Logicæ utrāque partem, Topicam & Analyticam, à Stoicis tractatam fuisse: nec esse verum, quod ait Cicero, Stoicos iudicandi partem diligenter esse persecutos, de inuen-

tione verò, ne suspicatos quidē esse. Quare cū videamus in Antisthenis schola, atque eius successione, trecenta septuaginta volumina minimū conscripta fuisse, an etiam prædicare audebimus, & primum & vnicum logicæ artis authorē Aristotelem fuisse? Superest è propositis Socratis auditoribus, Plato, Platonisque schola atque successio: qualis autem, quantūque Logicus Plato fuerit, cū de Socrate diximus, vnā dictū est: neque Logica Platonis tantū 4 dialogis, Politico, Cratylo, Parmenide, Sophista continetur, vt videtur Laërtius dicere, sed omnibus ferè aspergitur. E Platonis schola sectæ duę factę sunt, Academicorum & Peripateticorum: In Academia, Speusippus Platonis nepos, annos octo docuit, deque libris eius, qui potuerint logicas artes habuisse, sunt, De philosophia, 1: philosophus, 1: Dialogi circa negotium similibus, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10: diuisiones & ad similia argumenta: de generū & specierū exemplis: dispositiones commentationum: artium examen, 1: artificiale, 11. Speusippi libros Aristoteles emit duobus talentis, vt Phauorinus author est. Speusippo igitur nunquam persuasisset Aristoteles, Aristotelem primum logicæ artis doctorem fuisse, cū hac in arte, Speusippi discipulus Aristoteles potius fuisset, & ex eius emptis libris suos libros contexuisset. Condiscipulo Speusippo Xenocrates in Academia successit, annosque viginti quinque præfuit, & de libris eius, qui logici videantur fuisse, nongenti atque etiam plures ita numerantur, De philosophia, 1: de sapientia, 6: negotij, quod ad differendum attinet, libri 15, 30, 20, 700, 30: postea libri 15, & postea alij libri 16: Quæstionum libri 20, 30, 3: de accidentibus, 1: de contrario, 1, 2: contrariorum, 1: diuisiones, 8: de generibus & speciebus, 1: de speciebus, 1: de ideis, 1: de vno, 1: de fato, 1: de infinito, 1: de scientia, 1: de scientia, 1: de arte, 1: de discipulis, 1, 2: de iis quæ sunt circa mentem 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8: eorum quæ circa mentem, alij libri 2: de falso, 1: de disciplinis logicis, quæ sunt circa dictionem, lib. 9: solutiones

tiones 1, 2 : solutio eorum, quæ circa rationes, 1, 10. In quibus, quod suspicari possumus è titulis, de locis inuentionis, de methodo faciendarum artium, de sophismatis actum est. Neque Xenocrati condiscipulo persuasisset Aristoteles, Aristotelem logicæ artis inuētorem fuisse, deque arte logica omnino nihil ante Aristotelem scriptum fuisse, cum hic philosophus omnes philosophos, si voluminum multitudinem spectes, logicis artibus longissimè superarit: cumque Aristoteles huic philosopho superstes fuerit, deque eius philosophia librum conscripserit. Polemo in Academia Xenocratis successor, artē logicam videtur aspernatus esse, cum diceret, nos in rebus potius exerceri oportere, quàm in dialecticis præceptis velut harmonicum artificiolum ebibere ac meditari: ne, dum altercatione famam quærimus, affectione nobis ipsis repugnemus. Crates & Crantor logicæ artis nullum monumentum, quod Laërtius notet, reliquerunt. Arcefilas mediam Academiam instituit, primusque in utramque partem disseruit, Platonicumque disserendi, interrogando respondendoque, modum contentiosius exercuit: ingeniosus & copiosus, ut Theophrastus aiebat: Nullum librum scripsit, Platonem maximè, deinde Pyrrhonem imitatus est: tum Diodorum sibi proposuit. Erat autem in reperiendis argumentis & enuntiatis & probationibus acutissimus. Bion Borysthenites secutus est, versutus, & Sophista varius: Eius logicum scriptum nullum memoratur. Lacydes Arcefilæ, Academiæq; nouæ successit: Lacydiūque ei ab Attalo edificatū: Telecli & Euandro scholam tradidit: quibus successit Hegesinus, à quo Carneades, qui Stoicorum libros studiosè lectitauit, eisque modestè contradixit, dicerèque consuevit, Nisi Chrysippus esset, non essem ego. Athenienses oratores ad eum audiendum conueniebant: vehementer erat terribilis, & in quæstionibus pugnavit: Nihil unquā oppugnauit, ait Cicero, quod non expugnarit. Atque hic tantus Logicus, logicæ artis gratiam non Aristoteli, sed Chrysippo retulit: nihil tamen scripsit, sed Clitoma-

chus discipulus philosophiam eius, literis mandauit. Clitomachi discipulus Philo, magister Ciceronis fuit. Atque hæc de Logicis Academicis. Secta Platonica scholæ altera est in Peripateticis, in quibus artes logica mirificè exultæ & celebratæ sunt: Atque imprimis in Aristotele, huius sectæ principe, defunctisque Speusippo & Xenocrati paululû superstite, vt è libris Aristotelis apparet, in quibus Speusippus & Xenocrates appellantur & citantur: In cuius monumentis, quod è titulis diuinare vtcumque liceat, libri logici videntur fuisse centum & triginta minimùm, partim totam artem nomine Rhetoricæ & Dialecticæ, partim etiam partes cõplexi: artis Theoreticæ, 5: rudimenta, 1: de consultatione, 1: artis Rhetoricæ, 1, 2: de Rhetorica, Gryllus, 1: de philosophia, 1, 2, 3: epicherematum, 1, 2: quæstiones epicherematicæ quinque & viginti: de problematis, 1: definitiones antecedentium Topica, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7: Topicum ad definitiones, 1, 2: quæ sunt ante locos, 1: enthymematum diuisiones, 1: enthymemata rhetorica: commentaria epicherematici, 3: Categoriarum, 1: de eligibili & accidente, 1: de meliore, 1: accidentia, 1: de eo, quod cui accidit aut acciderit, 1: de propriis, 1: de contrariis, 1: diuisiones septendecim: diuisibile, 1: diuisibilium, 1: de Idea, 1: de speciebus & generibus, 1: parabolæ, 1: definitiones tredecim: de Interpretatione, 1: de dictione, 1, 2: propositiones, 1: interrogationis & responsionis, 1, 2: de scientia, 1: doctrinæ, 1: de scientiis, 1: de elementis, 1, 2, 3: de principio, 1: ars, 1: alia ars, 1, 2: artium collectio, 1, 2: de disciplina, 1: methodicum, 1: methodica, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8: collectionis, 1, 2, 3: syllogismi, 1: syllogisticon & definitiones, 1: syllogismorum, 1, 2: priorû Analyticorum, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9: Analyticorum posteriorum magnorum, 1, 2: Sophista, 1: diuisiones sophisticæ, 4: solutiones contentiosæ, 4: de contentiosis, 1, 2: propositiones contentiosæ, 4: instantia, 1: de iis quæ quot modis dicuntur, aut secûdum propositum, 11. Tot Aristotelis volumina de logicis artibus



tibus fuerunt, si tamen è titulis coniectura nostra vera est: vel etiam fortasse multò plures fuerunt, quàm de titulis suspicamur. Atque hic philosophus in his scriptis, laudabili quidem & omnium præstantium philosophorum communi libertate aduersus veterum sententias & opiniones liberrimè disputat: imò verò magnificentia quadam audaci prorsus & admirabili velut indignatur, alios sibi tam nobilis philosophiæ authores & doctores antecessisse. Atque hac indignatione motus, veteres appellat Dialecticæ ignaros, vt in primo Philosophiæ, cap. 6: & pugilibus in exercitatis & artis expertibus comparat ibidem, cap. 4: tum verò balbutiētibis infantibus similes esse prædicat ibidem, cap. 7: denique affirmat ante se de Logica non hoc vel illud (vt iã proposui) sed omnino nihil fuisse traditum: neque tamē hanc laudem inanibus verbis sibi tātum vendicare studeuit, sed opere & factis affectauit: Nam logicas artes proposita in vtrāque partem discipulis, de rebus omnibus disserendi ratione, vehementer exercuit, indēque aurei fluminis laudem, vt credibile est, Cicerone iudice meruit. Aristotelis discipulus, & in Lyceo successor Theophrastus, multa quoque de Logica perscripsit, & librorum multitudine magistrum superauit: tātum absuit, vt perfectam ab Aristotele Logicam crediderit: Sunt enim logici libri ab eo scripti, qui sequuntur: De artibus rhetoricis species duæ, 17: de arte rhetorica, 1: de iudicariis rationibus, 1: de deliberatione, 1: de sapientibus, 1: de simplicibus quæstionibus, 1: quæstiones, 21: quæ sunt ante locos, 1: Topicorum, 1, 2: reductorum locorum, 1, 2: de enthymematis: argumentorum, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18: de inuentionibus, 1, 2: de differentiis, 1: de accidentibus, 1: de signis, 1: de maiore & minore: de similitudinibus, 1: diuisiones, 1, 2: de speciebus, 1, 2: de exemplo, 1: ad definitiones, 1: definitionum, 1, 2, 3: de inartificialibus probationibus, 1: de iureiurando, 1: de dictione, 1: de affirmatione & negatione, 1: de propositione &

expositione, 1: de sententia, 1: propositionum prima-  
 rum, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18:  
 de manifestis, 1: de propriis rationibus, 1: de imagini-  
 bus, 1: de historia, 1: de experientia, 1: *Qui* modi scien-  
 di, 1: de puerorum institutione, 1: alter diuersus, 1: Ana-  
 lyticorum epitome, 1: Analyticorum priorum, 1, 2, 3: de  
 iudicio syllogismorum, 1: quæstionum collectionis, 1:  
 Problematum collectionis, 1, 2, 3, 4, 5: Rationum col-  
 lectio, 1: definitiua de dictione syllogismorum, 1: Ana-  
 lyticorum posteriorum, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7: de sophisma-  
 tis, 1, 2: de calumnia, 1: de calumnia, 1: contentiosorum:  
 contemplationis, quæ circa litigiosas rationes: Instan-  
 tiarum, 1, 2, 3: de falso & vero, 1. de mentiente, 1, 2, 3:  
 de solæcismis, 1: solutiones, 1: de resolutione syllogif-  
 morum, 1. syllogismorum solutionis, 1. Atque hic disci-  
 pulus magistrum multis in locis tam liberè reprehēdit,  
 quàm Aristoteles antè superiores omnes, imprimisque  
 Platonem magistrum reprehenderat. Reprehensionum  
 iudices sunt Aristotelis interpretes: Nec verò artem lo-  
 gicam solùm copiosius exposuit, sed studiosius etiam,  
 quàm magister, exercuit: & quam diligentia doctoris  
 auream didicerat, diuinam ipse meditationum & exer-  
 citationum suarum studiis effecit. Strato, Theophrasti  
 discipulus & successor, quamuis physicam præcipuè ex-  
 coluit, attamen eloquentissimus fuit, & logica quædam  
 conscripsit, si tamen, vt sæpe testificor, tituli nos non fal-  
 lunt: De causis locorum, similitudines: de accidente: de  
 eo quod magis & minùs: de priore & posteriore: de de-  
 finitione: de principio, 3 aut 25: inuentionum elenchi,  
 2: solutio ambiguum. Stratonem Lycon successit: qui  
 quòd in dicēdo suauissimus esset, idcirco γ nomini eius  
 præponebatur, & γλύκων dicebatur: Eloquentiam vide-  
 licet suorum maiorum hic est æmulatus. Phalereus,  
 Theophrasti auditor, disputator subtilis, orator parum  
 vehemens, sed dulcis tamen, ait Cicero: scripsit de fide  
 librum vnum: scripsit item de chriis, 1: item de Rhetori-  
 ca, 1, 2. Euclides, Platonis auditor primùm, deinde Speu-  
 sippi,

Hippo, vir doctus scripsit de principio, de nominibus, de imaginibus, contemplatiuū de coniecturis, de præscientia, solutionum contentiosarum, 1, 2 : de speciebus : solutiones, 1 : Rhetorica præcepta. Laërtius affirmat suo tempore monimenta eius nominatim de Dialectica lecta esse. Adhuc igitur Peripatetica Logica in Aristotele aurea, in Theophrasto diuina, in Stratone eloquentissima, in Lycone & Phalereo dulcissima fuit. De Peripateticis philosophis iam è Laërtio nihil habemus, imò de tam multis logicæ artis Peripateticis monumentis nil habemus, præter Porphyrium, & septendecim libros Aristotelis, si tamen sunt Aristotelis : Nec enim fluminis illius aurei in tot libris vlla mica cernitur : nec vetus ille singulorum librorum & titulus & numerus à Laërtio propositus, præfenti titulo numeròque conuenit, vt è comparatione potest intelligi : Et è Strabone & Plutarcho satis constat eos, sicuti reliquos eiusdem philosophi libros, valdè corruptos & deprauatos esse. Aristoteles (ait Strabo) bibliothecam suam Theophrasto dedit, vt etiam scholam reliquit : Primus eorū, quos scimus, libros congregauit, Aegyptique Reges ordinem bibliothecæ docuit. Theophrastus autem Neleo dedit : Neleus Scepsim cum tulisset, posteris suis, hominibus idiotis dedit, qui libros inclusos & negligenter abiectos tenuerunt. Cùm verò sensissent Attallicorum Regum (sub quibus ciuitas erat) studium, libros inquirentium ad bibliothecam Pergami instruendam : in fossa quadā sub terra occultauerunt : Tandem verò postertineis & situ corruptos Aristotelis & Theophrasti libros Apelliconi Teio, magno pretio vendiderunt. Erat autem Apellicon magis librorū cupidus, quàm sapietiæ studiosus : Itaque cùm vellet corrosos & exesos emendare, scriptura non expleta, exemplaria noua descripsit, libròsque vitis & mēdis refertos edidit. Accedit verò, vt Peripatetici veteres illi Theophrastū secuti, cùm libros præter admodum paucos, & imprimis exotericos, omnino non haberent, commodè philosophari nō possent,

sent, sed theses elucubrarent: At posteris posteaquam hi libri prodire, licuit vberius philosophari, & Aristotelem imitari: necesse tamen fuit, propter errorum & mendorum multitudinem, multa iis consentanea dicere: Multa etiam ad id Roma addidit: Nam statim post Apelliconis obitum, Sylla, qui ceperat Athenas, Apelliconis bibliothecam cepit. Huc verò delatam tum Tyrannio Grammaticus Aristotelis studiosus cum sibi bibliothecæ præfectum conciliaffet, corruptit: tum bibliopole quidam, librariis & scriptoribus malis vsi, nec exemplaria conferentes, quod etiam in aliis libris, qui venditionis causâ transcribuntur, & hîc, & Alexandria accidit: Hæc Strabo libro 13: vnde causas corruptorum librorum Aristotelis multas videmus. Eadem ferè Plutarchus in Sylla, sed breuius: Sumpsit sibi (ait de Sylla) Apelliconis Teij bibliothecam, in qua, plurima Aristotelis & Theophrasti inerant volumina, tum plerisque nondum planè cognita. Dicitur verò Tyrannio Grammaticus, cum ea Romam delata esset, peruertisse: à quo Rhodius Andronicus exemplaria cum facilè nactus esset, publicauit: & quæ nunc feruntur, tabulas conscripsit. Superiores verò Peripatetici, per se quidem excellentes etiam philologi videntur fuisse: In Aristotelis tamen & Theophrasti libris neque multis, neque accuratè versati: qui propter Nelei Scepsij hæredem, cui Theophrastus libros suos reliquerat, ad rudes & imperitos peruenerunt: Hæc Plutarchus: quibus intelligimus Theophrasti & Nelei hæredes, primos Aristotelicæ bibliothecæ corruptores fuisse: Secundos, Tyrannionem, Andronicum, & librarios ceteros: Locus vterque & Strabonis & Plutarchi de Tyrannione, à Latinis interpretibus nec intellectus, nec explicatus est. Ergo logica Aristotelis philosophia non ab Aristotele primùm reperta (vt patuit) sed potius è veterum inuentis collecta, ab Aristotelis obitu, id est anno tertio Olympiadis 114: vel anno vrbs Romæ 431, vsque ad victorè Græciæ Syllam, annum quippe vrbs sexcentimum septuagesimum,

imum, latuit annos ducentos quadraginta. Ac cum sic mutilata in lucem venit, medici, qui diligentia & usu acceptas plagas curarent, nulli adfuere: Epicurei Canonicam suam habebant, aliorum philosophorum Logicam aspernabantur: Stoici Chrysippeis logicis instructi Peripateticam Logicam non requirebant: Academici suam tam lautè à Xenocrate præsertim instructam sequebantur: Peripatetici, ut tum Cratippus fuit, quid egerint, incertum est: Adrastus, Aspasius, Alexander primi de Peripateticis (quod compererim) Aristotelis Logicam in publicas scholas induxerunt, & iuventuti proposuerunt. Horum interpretum Galenus meminit, qui ducentis circiter annis post publicatam Aristotelis philosophiam floruit. Alexandri Aphrodisei (quod viderim) non meminit, ut videatur Galenus paulò superior fuisse: tamen si librorum quorundam meminit ad Severum scriptorum, ad quem Aphrodiseus scripsit. Alexandri magister Sosigenes fuit. Galenus verò ingenio naturæque felix, sed institutione non minùs felix fuit, si quid ipsi de se scribenti creditur: Anno siquidem ætatis decimo quinto liberales artes iam perceperat, & decimo septimo ad Medicinam se contulit, cum eaque philosophiam coniunctè ad tricesimum quartum ætatis annum tractavit, & publicè docuit. Cum igitur se logicis philosophorum decretis cognoscendis dedisset, animaduertit non modò sectarum cum sectis aliis in logica theoria discordiam, sed singularum inter se sectarum dissensionem esse: in Peripateticis logicis nonnullam, in Academicis maiorem, in Stoicis maximam. Itaque nulli sectæ se præcipuè addixit, neque Academicus, neque Aristotelicus, neque Stoicus, neque Epicureus esse voluit, sed (tanquam diceret) electius tantum, ut è singulis eligeret, quæ placerent. Quamobrem cum logicas sectas omnes cognouisset, scripsit de suo iudicio, non ex Aristotelis arbitrio, de demonstratione tractatum libris quindecim, aliæque permulta, quæ aut vel in Pacis incendio, vel amicis donata, vel furto sublata, periisse. Sed ad illum

lum quindecim librorum apodicticum tractatum illustrandum, 56 libros scripserat, ac fortassis longè plures: nam librorum numerus sæpe definitus non est, & pro vnico numeratur à nobis, qui fortassis multiplex fuerat: Sic verò ab eo recēsentur: De necessariis ad demonstrationes, 1: de omissione propositionum in dictione, 1: de propositionibus æquivalentibus, 1: de demonstrationibus propter quid: de syllogismorum numero, 1: de exemplo, 2: de inductione, 1: de imagine, 1: de similitudine, 3: de principiis ex hypothesi, 1: de generis & speciei & ab eorum deriuatorum significatis, secundum spontaneam vocem, 1: de possibili, 1: de multipliciter dictis & ambiguis, 3: de propriis & communibus artium, 1: de rationibus seipsas euertentibus, 1: de contingentibus propositionibus, 1: de syllogismis ex mistis propositionibus, 1: quomodo discernēda sit quæstio rei à nominis & significationis quæstione, 1: de Clitomacho & demōstrationis eius solutione: de communi ratione, 2: de optima disciplina: de Epiēteto, 1: de vsu syllogismorum: de vsu ad syllogismos: theoremata, 1 & 2: de optima secta, 1: de nominum rectitudine, 3: Quòd entium vnūquodque & vnum est & multa: quòd ad opposita vnum & idē ex necessitate consequi sit impossibile, 1: de secta apodictica, 1: de Logica secunda & contemplatione, 1: Dialogi ad philosophum, propriè eius quod est circa communes notitias: aduersus eos qui malitiosè nomina accipiunt, 1: de propriis & communibus in artibus: de artium constitutione, 3: de significatis ex voce (species & genus) & de iis, quæ adiuncta sunt ipsis: epitomæ apodicticæ theoriæ, 1: de iudicio differentium in dogmatis: quòd à prima essentia inseparabilis sit quantitas, 1: de priore: de per impossibile demonstratione, 1: de iis quæ fiunt gratiâ ipsius, 1: de iis quæ multipliciter dicuntur, 2: de nominis & significatorum quæstione. Hos libros Galenus nominatim recenset sibi cōscriptos esse ad illustrationem quindecim librorum de demonstratione, id est de Logica: illo siquidem

dem nomine totam Logicam, vt è librorum titulis apparet, comprehēderat. Atque huc etiam referri possunt libri cētum & vndecim, quos inter morales libros suos retulit, De fine philosophiæ, 1: de consuetudine auditores ostentantium, 1: de prælegentibus clanculùm, 1: de exercitatione in aula Menarchi aduersus Larchidem & Cyrum, 1: de dialogorum consuetudine, 1: contra forenses Rhetores, 1: de publicè dictis, 1: aduersus adulatores, 2: de publicè dictis sub Pertinace, 1. E pertinentibus ad Platonis philosophiam, De secta Platonis, 1: de propriis placitis, 3: de Logica theoria secundum Platonem: de Platonis & Hippocratis dogmatis. De pertinentibus ad Aristotelis philosophiam: in decem Categorias cum primò Adraſti & Aspasiij commentariis cōtētus fuisset, postea quatuor libri scripti sunt: in librum de Interpretatione, 3: in priorem de syllogismo, 4: in posteriorem, 4: in priorem de demonstratione, 6: in posteriorem, 5: de sophismatis in dictione, 1: item in librum Theophrasti de affirmatione & negatione, 6: in librum, quot modis, 3: in librum de dictione Eudemi, 3: de demonstrationibus propter quid, 1: de contingentibus propositionibus & syllogismis, 1: de syllogismis ex mistis propositionibus, 1. Scripti sunt etiam in Stoicam philosophiam libri logici: de logica theoria secundum Chrysippum, 3: Chrysippi syllogisticæ primæ lib. 3: secundæ, 1: de logica facultate & theoria, 7: de vsu theorematum in syllogismos, 1: Quòd Geometrica analytice sit præstantior, quàm Stoicorum, 1: de vsu in syllogismis, 2. Scripti sunt etiam in Epicuream sectam, An philologia sit utilis ad philosophiam moralem, 1: de iis qui cum Sophistis versantur, 1: aduersus eos, qui increpant solæcismum facientes in voce, 6: In quo disse-rebat nullam eruditionis culpam, neminèmq; reprehendendum ob barbarismos & solæcismos: tantùm ab-erat, vt atticismum assereret: De perspicuitate & obscuritate. Et quoniam ad Logicam, Galenus ipse disputationem de sectis retulit, ad eandem referendi sunt libri,

qui

qui sequuntur: De libris Serapionis contra sectas, 2: in formationes empiricæ: De empiricorum controuersis, 3: contra obiecta ad controuersias empiricorum: ad Theodæ capita commentarij, 3: in libros Heraclidis de empirica secta libri 7: de pertinentibus ad methodicos: methodicæ sectæ, 6. Quamobrem scripti sunt à Galeno de logica arte libri centum octoginta duo, vt pro vno tantum sit, cum numerus definitus non est, præter incensos etiam & donatos & surreptos. Ergo cum tam multos de Logica scripserit libros, non credit ab Aristotele Logicam perfectam esse. Atque de logicis philosophis, qui quidem philosophi nomē mercantur, vltimus iudicio meo, Galenus fuit: Et quemadmodum (vt inquit ille) *Vltima de superis terras Astræa reliquit*: sic Galenus vltimus è philosophis logicas scholas reliquit: Serui deinceps, non philosophi fuere: & φιλαριστοτέλεια, non philosophia: & quidem φιλαριστοτέλεια, Aristotelicæ philosophiæ dissimillima: Aristoteles liberrimus in philosophia fuerat, contra omnem vetustatem, atque adeo doctorem Platonem veri gratiâ liberrimè fenserat, logicamque artem non solum concisis contentionum modis, sed disputationibus perpetuis, & in vtramque partem tractatis exercuerat: verum ab interpretibus libertas veri quærendi & tuendi abiecta est, exercitatio vera nulla adhibita: tota res ad seniles & inertes, de præceptis creditis, non intellectis, non vsu vlllo meditatis & expertis, altercationes traducta est: Sic enim versati sunt in Aristotelis logicis Alexander Aphrodiseus Sofigenis discipulus, Themistius, Porphyrius, Plotinus, Iamblichus, Ammonius, Simplicius, Grammaticus, Herminus, Maximus, Boëthus, Sidonius, Dexippus, Alexander Aegæus, Cornutus, Athenodorus, Synanus, Eustratius, Ariston Achaïcus, Eudoxus, Pselus, vt ab Aristotele Logicam & inuentam & perfectam crederent, de eius vlla parte quærere aut dubitare, nefas putarent, vsu artis prorsus ignorarent: Et si quorum conatus liberior fuit, vt Lucij & Nicostrati, à reliquis,



quis, veluti scelus esset melius optare, oppressus est. Quamobrem cum Aristotelis ambitio tam multis, tamque locupletibus & incorruptis testimoniis constricta teneatur, desinamus credere ante Aristotelem nil omnino de Logica scriptum fuisse, potiùsque Aristotelis Logicam è veterum logicis deductam & collectam iudicemus. Quam verò rectè collecta sit, ex Aristotelis ipsius certissimis principiis ac legibus, de materia scientiæ, de forma scientiæ, perpendamus.

FINIS LIBRI PRIMI.



# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

*fessoris, Animaduersionum Aristotelicarum liber secundus,*

DE PRINCIPIIS LOGICIS.

AD

*Carolus Lotharingum  
Cardinalem.*



RIMO libro Animaduersionum, logicæ artis parentes expositi sunt, eorûmque logica studia & volumina descripta. Secûdus sequitur, quo de primis Logicæ initiis est agendû: Quid Logica sit, quid ei subiectum, quæ principes partes: & logicis Aristotelis legibus, de materia artis, de forma artis, agendum, vt Logicæ catholica & methodicè disposita præcepta locis omnibus requiramus, contraria tollamus. Quid est igitur, vt à capite ordiamur, Dialectica? est ars bene differendi: Hi siquidem rationis naturalis & humanæ, quam ars imitatur, fines sunt & termini, quibus definienda ac terminanda est: vt quàm latè patet vis illa rationis, tam latè pateat eius definitio.

definitio. Et certè quicquid est in Organo logico, siue de demōstratione, siue de probabilitate, siue de captione, siue de principiis, quæ dicuntur in Organo, horum omnium Categorematis Categoriis, Interpretatione, prioribus Analyticis, in vniuersum hac definitione cōprehēditur. Sic Aristoteles Dialecticam generaliter accipit in Philosophia quarto capite decimi tertij, cū ait Pythagoreos paucula definiuisse: Dialectica enim facultas, nondum temporibus illis fuerat: Quomodo in Rhetoricis secūdo capite primi, Dialecticam doctrinam syllogismorum bis nominat: Item dialectica, libri secundi capitibus vicesimo secundo & vicesimo quarto, pro toto Organo logico sic vsurpat: Sic & Logica generaliter accipitur, & de quocunque, logicum dicitur: de eodem, ratione vti, ait Porphyrius in communionem generis & differentię, etiam dicitur. Sic *διαλέγεσθαι*, genus omnis disputationis efficitur secūdo capite primi Elenchorum. Ergo Dialectica, ars sit bene differendi, idque præceptum teneatur, quia catholicum: & primo loco ponatur, quia natura primum est, & cætera deinceps sequentia complexum. Quid in Organo de hac definitione? Si partes Organi consideres, & quid sit eorum commune, poteris eam definitionem ex Organo deducere, vt Aristoteles in Posterioribus docet, cū species noueris, ex earum communionem genus definiri posse: At nominatim nusquam adhibita est, nedum initio posita est. Quod si quis dicat, Aristotelem noluisse Dialecticam, generalem artem facere, sed tres eius species diuersas instituere, apodicticam, dialecticam, sophisticam, eique propterea vnam communem omnium definitionem proponendam non fuisse: huic quidem respondebo, quod in præfatione primi libri posui, Aristotelis philosophiam è veterum philosophorum libris, veluti bibliothecam, esse collectam: in qua tamen Aristotelem voluntatis, Aristotelei que iudicij primæ summæque leges sunt notatæ: qualis artis materia, qualis artis forma esse debeat: quibus quæ tot in libris collecta dogmata

congruent, Aristotelea, si placet, asseramus esse: quæ repugnabunt, Aristotelea negemus esse: Imò verò legislatorè ipsum, si quando à legibus suis aberret, imprudenter potius existimemus aberrare: aut si prudentem sciēt, tēque id facere statuas, reuocare certè & appellare ne dubitemus: Dialectico modo Iudices de factò Aristotelis disceptamus. Aristotelis igitur voluntatem vel auctoritatem, nisi veris principiis Aristotelis consentientem & congruentem nullam audiamus: catholicā Aristotelis legem de materia artis, è secundo, quarto, & deinceps aliquot capitibus primi Posteriorū vsurpemus: præcepta artis non solùm necessariò omninòque vera, sed homogenea & essentialia, sed propria sunt. Itaque cùm in arte & scientia, virtutis institutio necessaria & homogenea sit, vitij institutio neque necessaria neque homogenea erit: ideòque secundo capite primi Posteriorum iubet Aristoteles scientiæ principia non solùm clariora esse & notiora rebus inde deductis, sed neque aliud credibilius esse, neque notius oppositis principiorum: Sic capite secundo sexti Topici, definitionem ait esse vitiosam, nisi contrarij definitio sit inde manifesta. Ergo sola recti institutio in scientia, homogenea est, institutio obliqui heterogenea. Sed etiam propria veræ scientiæ præcepta ita sunt, vt generalia generaliter, specialia specialiter doceantur: secùs sophistica doctrina esto. Si quod generale & commune est, per plures species separatim doceatur: vt, Duobus rectis tres angulos pares habere, si quis per tres species separatim, Isopleurum, Scalnum, Isosceles demonstrat, sophisticè demonstrat, & tres improprias demonstrationes, pro vna propria facit. Hæ sunt Aristotelis leges: Ergo in his legibus suis Aristoteles appelletur, & de suo ipse factò respondeat: Quod commune est & generale, ait Aristotelea lex, cōmuniter & generaliter est docendum: At tota logica doctrina, quàm necessaria, homogenea, propria, id est catholica sit, siue locos spectes inuentionis de causis, factis, subiectis, adiunctis, oppositis, comparatis, nomine,

mine, distributione, definitione, testimoniis: siue dispositionis & iudicij species consideres, in propositione, syllogismo, methodo: Tota inquam, cōmunis & generalis est: nec vlla res, quæstioe est, ad quam tractandam & explicandam non possit adhiberi: Categoremata, Categoria, Interpretatio, Analytica priora, tota generalia sunt, & communia apodicticæ & Dialecticæ, vt Aristoteles existimat: nec ab eo Categoremata, Categoria, Interpretatio, priora Analytica ponuntur alia apodicticæ, alia Dialecticæ: Idque iam Aristotelis voluntate factū. Quid porro? quæ præcepta sunt Logicę catholica in posterioribus Analyticis & Topicis? hæc enim volumina reliqua sola sunt, quæ videantur veræ Logicæ: alia apodicticæ propria, alia Dialecticæ prorsus nulla, vt in ipsis libris copiosissimè docebo. De causis, factis, subiectis, adiunctis, quod ad inuentionem attinet, & de methodo, quod est dispositionis & iudicij, præcipitur in posterioribus Analyticis: de iisdem etiam præcipitur in Topicis. Quamobrem tota vera Logica etiam libris Aristotelis comprehensa, generalis & communis est: generaliter igitur & communiter semel tantum docenda: Nec alia fuit apodictica, alia dialectica Logica separatim instituenda, cum apodicticæ & Dialecticæ, quę dicitur, sit vna cōmunis doctrina. Sophistica verò Logica, si vera Logica duplex esset, etiam duplex fieri debuit, alia apodicticæ, alia Dialecticæ contraria. At id ab Aristotele ne tentatum quidem est, vt Logicam sophisticam duplicem faceret, sicuti fecit veram Logicam duplicem: & huic tamen sophisticæ Logicæ, quæ non solum duobus Elenchorum libris, sed omnibus Organi partibus infinite repetitur, nullus in Logica scientia locus Aristotelea τῆς ἐπινοητέας lege relinquitur. Rectum enim, index est sui & obliqui: Quare sophistica Logica, logicæ sciētia nulla pars est: & reliquæ duæ Logicæ, apodictica & Dialectica, vna tantum est catholica scientia, & contra leges Aristotelis vitiosè bifariam dissecta. Si tantæ confusionis causam requiras, vna propositionis differentia, quod

propositio alia fit necessaria, alia probabilis, alia captiosa: id est, ut Aristoteles loquitur, apodictica, dialectica, sophistica, hanc omnem confusionem peperit. At propositionis apodicticæ, dialecticæ, sophisticæ vna communis est & inuētio & dispositio, vna denique & communis Logica: Nullus est inuentionis locus, vnde non possit & necessaria, & probabilis, & captiosa propositio institui. Porro reliquæ pronuntiati differentia, affirmatum, negatum, simplex, coniunctum, totam syllogismi & methodi doctrinam communem habet: tota inquam, Logica, quæ catholicè instituta fuerit, communis & generalis est: quam qui tenebit, necessariorum & probabilium pronuntiatorum communem doctrinam tenebit, & inde captiosa & fallacia diiudicabit. At tres speciales artes faciliores erunt, inquit: Imò difficiles & obscure, sophisticæ denique erunt, inquiet Aristoteles: quia per species docebunt, quod generaliter erat explicandum. Vnus est Lutetiæ Sequana, ad multos tamen vsus & varios accommodatus, lauandum, aquandum, vehendum, irrigandum, coquendum: Sic vna est Logica varijs multiplicis vsus, in propositione necessaria, probabilis, captiosa: ars tamen vna. Si Grammaticas tres aliquis ineptus nobis instituat, vnā ciuilem, alterā agrestem, tertiam de vitis ambarum, meritò rideatur à Grammaticis omnibus, qui vnā Grammaticam norunt omnium hominum locorumque communē, vnde & barbarissimi & solæcismi omnes intelligi possint & deprehendi. Itaque facilitatis species in hac excusatione valeat, quæ sanè mirabiles tenebras in Rhetoricis peperit, similitudine etiam magnifica à Cicerone defensas: Ego autē, ait Oratorio secundo, siquidem nunc planè rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis vno opere eandem incudem, diem noctemque tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia, minima māsā, ut aiunt nutrices, infantibus pueris in os inferrāt: Sin sit is, qui & doctrina mihi liberaliter institutus, & aliquo iam imbutus vsu, & satis acri ingenio esse videatur,

deatur, illuc eum rapiam, vbi non seclusa aliqua aquula teneatur, sed vnde vniuersum flumen erumpat: vt illi sedes & tanquam domicilia omnium argumentorum commōstret, & ea breuiter illustret, verbisque definiat: Hac ille magnificè, vt solet omnia, sed parum logicè: Etenim omnia illa, minima specialium artium mansa, & tenuissimæ, quæ dicuntur, particulæ, falsa similitudine dicuntur: vbiq; enim, vel in illis ipsis specialibus artibus, buccæ caussarum, factorum, & reliquorum argumentorum sunt eedem: Riuuli hîc nulli sunt: flumen est vniuersum, quod rudi & puero facilè tamen natatur: Grammaticæ similitudo hîc idonea & apta est, & à nobis ideo proposita: aquulæ seclusæ hîc nullæ sunt, nec esse quidem omnino possunt: caussarum, factorum, & reliquorum argumentorum, item propositionum, syllogismorum, methodorum consideratio & distributio cōmunis, alias minutiores sectiones nullas capit: Grammatica etymologia alia ciuilis, alia agrestis fingi non potest: Denique si fieret, catholicum id non esset, sophisticum esset, ait Aristoteles. Sed hac de re aduersus Ciceronem ipsum in Brutinis quæstionibus, & aduersus Quintilianum in Rhetoricis distinctionibus abūdè differui. Et iam tres Aristotelis Logicas, ex Aristotelis lege concludo vitiosas & sophisticas esse, & vnam communem ac generalem communiter tantum & generaliter exponendam esse. Voluit, ais, tres artes speciales facere: At vt suis legibus obediret, vnicam & communem velle & facere debuit: Verbo etiam rem turbauit, cū Dialecticam, vocauit eam probabilitatis artem, sicuti persepe etiam Logicam: quoties enim in Organo, Logicæ aut Dialecticæ verbum vsurpauit (frequenter autem vsurpauit) ad illam probabilitatis artem accommodauit. Sic in posterioribus Analyticis λογική & λογικός συλλογισμός dicitur, vicefimo & decimo octauo primi, & λογικός λόγος octauo secūdi: Sic πρόβλημα λογικόν in Topicis quinto octauo & primo quinti: Sic logica demonstratio etiam dicitur decimo capite secūdi de ortu Animalium: Sic

dialectica propositio & dialecticus syllogismus locis  
 permultis specialiter accipitur. At veteres Logici ante  
 Aristotelem, Dialecticam & Logicam cōmuniter vsur-  
 parunt, sicut Aristoteles ipse aliquando: & vtriusque  
 vocabuli coniugata, λόγος, διαλέγεσθαι, λογίζεσθαι, genera-  
 lem hanc significationem habent. At voluit Aristoteles  
 Dialecticæ vocabulo specialiter vti: an non sunt artis &  
 sectæ cuiusque propria vocabula? Certè: sic Zeno ver-  
 borum nouorum architectus in secta Stoica fuisse dici-  
 tur: nec tamen ideo valdè laudatus: sed tamen sunt ar-  
 tium propria vocabula: An non igitur agriculturæ, mi-  
 litariæ, nauticæ vocabula, ex agricolarum, militum, nauta-  
 rum communi vsu & sermone sunt deducenda? Logica  
 porrò & Dialectica, quorum tandem animalium voca-  
 bula sunt: an non λογικῶν καὶ διαλεκτικῶν; id est hominū?  
 An non sæpe reprehendit Aristoteles sermonem inusi-  
 tatum? An non iubet secundo capite secundi Topici,  
 nominibus sic res appellandas esse, vt vulgus appellat?  
 Cur igitur contra hominum vsum, contra suum ipsius  
 decretum, verbis significationes nouas imposuit? cur  
 voluit denique, quod mihi ne velim, præcipit? Sed de  
 verbo minùs esset laborandum, si res maneret: at definitio  
 generalis & communis in Organo prætermissa est:  
 definitio inquam, vel legibus Aristotelis catholica: nec  
 dici potest ex Aristotelis legibus, id leue esse, & iccirco  
 neglectam esse: Etenim Aristoteles de doctrina & utili-  
 tate definitionis non solum sexto Topico toto præcipit,  
 sed Posteriorum secundo, vbi definitionem ita celebra-  
 uit & extulit, vt illud tandem decimo septimo capite  
 prædicarit, Itaque scientiæ omnes definitione compa-  
 rantur. Ergo ex Aristotele concludo, qui Dialecticæ de-  
 finitionem nesciat, eum nescire quid Dialectica sit: &  
 certè definitionis huius ommissio, multò maius detrimē-  
 tum studiosis huius artis attulit, quàm vulgo videatur:  
 finem totius artis ostendit esse bene differere, disputa-  
 re, ratiocinari, ratione vti: Denique quò præcepta stu-  
 diæque logica omnia referatur, scopum hunc proponit,



& quò Logicæ partes , genera , species, exercitationes omnes dirigatur. Hoc igitur totius nauigationis ignorato portu , qualem nauigantibus cursum putamus futurum? Nullus est Organi logici liber , in quo non diffideant interpretes de scopo & fine rerum : ea tanta diffensio non ob aliam vllam rem accidit,quàm quòd finis vniuersæ artis non esset initio propositus. Operæpretiū sit spectare , quæ inde opinionum commenta nata sint, de scopo & fine non solùm singulorum librorum , sed vniuersorum. Categoremata, dicuntur voces simplices esse , Categorix ad res simplices, simplicibus verbis significandum pertinere, vnde nomina verbæque ad conficiendas enuntiationes & syllogismorum cuiuscumque generis conclusiones assumantur , omnium finem demonstrationem esse. Hæc ferè Græcorum & Latinorum omnium interpretum (quorum scripta extant) sententia vna est: De cæteris suo loco : Nunc de magnifico isto Logicæ fine dicendum nobis est , & causa prius exponenda est , quæ hos interpretes in hanc opinionem induxerit : Deinde Aristotelis sententia , vera demonstranda est . Quid igitur interpretes commouit , vt demonstrationem, finem esse Logicæ dicerent? quis Organi locus? quænam Aristotelis authoritas? initium prioris Analyseos ab iis ad rem citatur: Primùm dicendum circa quod , & de quo consideratio est , quoniam circa demonstrationem , & de demonstratiua scientia : Hic locus inquam , hos interpretes commouit , vt interpretarentur, ab Aristotele dici, finem logicæ artis, esse demonstrationem . At inquam, id Aristoteles non dicit, nec omnino sentit, sed proponit se dicturum de demonstratiua scientia : an ideo logicè hinc concludes ab Aristotele dici , demonstrationem logicæ artis esse finem? At paulò post eandem propositionem repetit: Definitis autem his, dico per quæ, & quâdo, & quomodo fiat omnis syllogismus : postea dicendum est de demonstratione, quia syllogismus magis vniuersalis est : Demonstratio enim, syllogismus est quidam : syllogismus autem non

omnis, est demonstratio. Hic inquam, repetit eandem propositionem, imò clariùs etiam proponit se de syllogismo & demonstratione dicturum: priùs etiam de syllogismo, quia magis vniuersalis est: an idcirco hinc verè & rectè concludes, Logicæ syllogismum & demonstrationem? Proponit Porphyrius se dicturum de genere, specie, differentia, proprio, accidente: an idcirco concludes Logicæ finem illic à Porphyrio esse definitum? Proponit Categoriarum author quarto libri sui capite, decem genera, substantiam, quantitatem, ad aliquid, qualitatem, actionem, passionem, vbi, quando, situm & habitum esse: an ideo concludes ab eo in decem illis generibus, Logicæ finem esse collocatum? Proponitur in libro de Interpretatione, item in Topicis, qua de re futura doctrina sit: an ideo concludes, Logicæ finem in propositionibus illis, nobis esse præmonstratum? Nò opinor. Ergo interpretes hi valdè fatua ratione in sententiam illam adducti sunt. Sedenim ne sit nobis fatis id argumentum, quo inducti sunt, refellere, opinionem potius, quam opinionis argumentum refellamus. Aiunt interpretes, Logicæ finem, esse demonstrationem, & demonstrationem ita definiunt, vt syllogismus sit, propriam affectionem de subiecto per ipsius definitionem concludens. Hanc interpretationem falsam esse dico: Agè igitur, interpretes hi hoc Logicæ sine Logicam nobis finiant, & sine rubore dicant, Logicam, esse artem demonstrandi: Sic enim decet artes suo sine defini: Grammaticæ finis est rectè loqui: ergo Grammatica, est ars rectè loquēdi. Finis est Rhetoricæ, bene dicere: ergo Rhetorica, est ars bene dicēdi. Finis Logicæ est demonstrare: ergo Logica, est ars demonstrandi. Hoc argumentum intelligi & perpendi cupio, & quid sit finis, vel in Aristotelea philosophia defini & explicari mihi postulo. Docet Aristoteles in Physicis formam triplici genere causam esse, formam, efficientem, finem: forma verò totum format & efficit, non partem: formaque totum, non partem, ad finem componit & accommodat:

Domus

Domus finis, nauis finis, pecudis finis, hominis finis, cuiusvis denique rei finis, est ad quem non pars aliqua domus, nauis, pecudis, hominis, sed tota & vniuersa natura essentiâque refertur: nec vllius rei finis dici potest, ad quem non omnes eius partes spectent, tendant, aspirent: alioquin finis omnium nõ esset, si alia pars aliò tenderet. At totius Organicæ Logicæ quota pars ad Organicam demonstrationem propriè refertur? doctrina Categorematum, Categoriarum, Interpretationis, Analyticõn priorum, communis efficitur apodicticæ & Topicæ, ad demonstrationem propriè nil eorum refertur: In Elenchis nil demonstrationi vendicatur. vnicum argumenti genus est in posterioribus Analyticis, ex causis demonstrationi propriè attributum: nec tamen totû, sed quod sempiternâ, primâ, necessariam causam affectionis de proprio subiecto concludendæ habeat: At causæ sunt innumerabiles, & finis & forma & generis omnis efficiens, & materia, quæ tales non sunt: & in posterioribus Analyticis multa sunt communia definitionis, partitionis, demonstrationis: multa etiam propria definitionis & partitionis, per quas sine demonstratione, rerum omnium essentia docetur ac discitur, cum Aristotelis demonstratio sit tantum affectionum & per se accidentium, vt illic præcipitur. Ergo de tota Logica & inuentione & dispositione, nil nisi argumenti vnus, non totus locus, sed species: nec ea tota ad demonstrationem refertur: Et quidem (quod magis admirandum fit) huius Aristotelicæ & syllogisticæ demonstrationis exemplum adhuc nullum repertum est in totis Mathematicis, nedum in cæteris disciplinis, ad Organicam legem conclusum: vbi argumentum talis causa sit affectionis propriæ de suo subiecto, & conclusio in primo primæ figuræ modo confecta: nec omnino esse potest, vt suo loco copiosius disputabo. Tum verò considerandum nobis illud est, quod verissimè dicitur, nullius artis finem ad fortuitum euentum alligari, sed qui artis potestati subiiciatur, actu concludi: sic nauticæ finis,

non

Non i arti fini  
stor in a 7  
a i t u. d. m. to  
vltis po # ti  
ab et fin arte  
on l. d.

non deducere nauim ad portum, quia id semper non est in potestate artis situm, sed rectum clauum tenere & prudenter gubernare: quomodo igitur poterit demonstratio, Logicæ finis institui? Nam quæstiones innumerabiles erunt, quæ demonstrationem Organicam non capient, & Logicus Dialecticusque circa eas efficiet, quicquid artis viribus potest effici, id est finem Dialecticæ consequetur, & tamen non demonstrabit. Demosthenes, Cicero, Homerus, Maro, Plato, Theophrastus, Aristoteles, Euclides, tam multa disputauere, in eorum tamen libris, eiusmodi demonstratio nulla est: an idcirco Dialecticæ aut Logicæ finem non sunt assecuti? an idcirco dialecticis & logicis facultatibus bene nusquam sunt vsi? an ad horum interpretum opinionem, Aristoteles Logicus nunquam fuit? Logicæ finem nunquam attigit? an denique Logicus vnquam nemo fuit, nemo vnquam erit? cum demonstratio eiusmodi syllogistica esse nulla possit? Quare non est Logicæ aut Dialecticæ finis, demonstratio. An demonstrationem ideo Logicæ finem faciunt interpretes, quia cæteris disputationibus longè antecellit? At si fuerit illud maximè verum, non erit certè consequens, quod hinc efficitur, neque consentaneum: Etenim an similibus vestigiis concludere licebit, Demostheni & Ciceroni, si pronuntiationem, primam eloquentiæ partem & principem iudicent, eloquentiæ finem, esse bene pronuntiare, quod vnus partis est: non autem bene dicere, quod est vniuersæ artis? Quamobrem non rectè interpretes, Logicæ finem in demonstratione statuunt: nec eorum interpretatio vera est, imò verò, quod secundum posui, Aristoteli falsò imposita. Etenim nullusne locus in Organo, qui si non nominatim & apertè, saltem vtrumque finem Logicæ artis exprimat: imò verò vnus est consideranti & diligenter attendenti non valdè occultus. Prioris Analyseos primo libro tres logicæ facultatis vniuersæ partes fiunt, inuentio medij, compositio & collocatio syllogismi, postremò analysis vtriusque: in quorum

u  
r  
o  
dem  
f  
q  
p  
s

pro  
di  
aristotelis  
finem

rum actione, finis Logicę ab Aristotele collocatur: Nam si compositionem syllogismorum consideremus, ait, & inueniendi habeamus facultatem, tum verò compositos syllogismos retexamus in expositas figuras, finem habuerit hypothesis ab initio proposita: Inueneris igitur argumenta, quibus quæstionem velis probare, syllogismo concluderis & analysi iudicaueris, propositæ artis finem adeptus eris, ait hîc Aristoteles: tres sunt hi speciales fines, inuenire argumentum, inuentum disponere, inuentionis dispositionisque examen facere: vno generali comprehendas, id erit bene differere, bene ratiocinari. Ergo Aristoteles sua oratione, sententia, auctoritate, verum Logicę artis finem nobis ostendit: & interpretes, artis quam interpretantur, ignaros esse coarguit. Alter etiam secundo capite primi Topici de fine locus fuerat animaduertendus: Habebimus autem finaliter (vt sic dicam) id est perfectè & absolutè disciplinam, quando similiter habebimus ac in Rhetorica & Medicina, & huiusmodi facultatibus: id autem est, quoad eius fieri poterit, quæ statuimus efficere: Nec enim in omni causa orator persuadebit, nec medicus sanabit: sed si nihil omiserit eorum, quæ fieri potuerint, præclare scientia instructum fuisse dicemus: Hic locus de fine artium manifestissimus est: Non semper orator persuadebit, inquit, nec medicus sanabit, orator tamen ac medicus fuerit, artisque suæ finem adeptus sit, si in orando, si in medèdo, nihil Rhetoricę, nihil Medicę artis omiserit. Sic Logicus, qui inuentionis & dispositionis artibus orator ille est (quem nominat Aristoteles) propositum problema non cuius semper probabit: si tamen nullum genus argumenti, nullam speciem propositionis, argumentationis aut methodi: si nihil, quod res tulerit, artis omiserit, finem Logicę consecutus erit: Ergo hæc Aristoteles de fine artis. Quintilianus lib. 2. cap. 17. eadem ferè, quæ hîc Aristoteles, sic interpretatur: Aiunt etiam omnes artes habere finem aliquem propositum, ad quem tendant: hunc modò nullum esse

alter v. r. Not.  
 u. r. fin. r. r. r.  
 in prob. t. v.

ab l. ar. r. r. r. r.  
 r. r. r. r. r. r. r.  
 dial. r. r. r. r. r. r.

in Rhetorice, modò non præstari eum, qui promittatur, mentiuntur: Nos enim finem esse iam ostendimus, & quis esset, diximus: præstabit hunc semper orator: semper enim bene dicet: firmum autem hoc, quod opponitur, aduersus eos fortasse sit, qui persuadere, finem putarunt: Noster orator, arsque à nobis finita, non sunt posita in euentu: tendit quidem ad victoriam, qui dicit, sed cum bene dixit, etiam si non vincat, id quod arte continetur, effecit. Nam & gubernator vult salua naue in portum peruenire: si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minùs erit gubernator, dicetque notum illud, Dum clauum rectum teneam: Et medicus sanitatem ægri petit: si tamen aut valetudinis vi, aut intemperantia ægri, aliòve quo casu summa non contingit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, Medicinæ fine non excidit. Ita oratori bene dixisse finis est: Hæc ille. Ergo finis est Logicæ, bene differere: quod etiã Logicus præstare possit, quamuis quæstionem non semper obtineat. Quare hos in Organo logico duos locos, interpretes intueri, & ex iis sententiam Aristotelis interpretari, vel potius Aristotelem Aristotelis interpretem sequi debuerant. Finis, est cuius gratiâ fiunt, & quò referuntur omnia: Sic in Aristotelis Philosophia, finis definitur: ad bene de quouis problemate differendum, omnia Logicæ præcepta referuntur, & eius gratiâ inuenta descriptaque sunt omnia. finis igitur ille verus est. Aristoteles hoc admonet, hoc philosophatur: id igitur fuerat interpretibus considerandum: hoc syllogismo, de fine erat æstimandum & iudicandum: reliquæ artes comparandæ: Sic Grāmaticæ, Rhetoricæ, Medicinæ, Arithmeticæ fines sunt, bene loqui, bene dicere, bene curare, bene numerare: quia ad eos fines, omnia disciplinarum earum præcepta & dogmata referuntur. Quamobrem Aristotelem verè sentientem, verum philosophiæ suæ interpretem, potius quàm hos nugatores & commentitios interpretes audiamus: & Logicæ ac Dialecticæ finem dicamus esse, bene differere. Sed de fine satis: huic coniuñcta

fini  
d s  
p  
æ p b  
q r d l q  
p o t p q  
p o  
i ca

coniuncta quæstio magna est, de subiecto Dialecticæ; quid sit, quod differendo tractari possit: omnia dico, nihil excipio: Atque illud nimirum est, primo quarti Philosophiæ, ens quatenus ens, ab Aristotele, Dialectico subiectum: imò verò non ens, omninoque quidlibet seu verum, seu falsum, quod tractari, ac ratione disputari & explicari possit: Nam quamuis Aristoteles triplicem faciat huius vniuersæ facultatis vsum, Philosophicum, Dialecticum, Sophisticum, attamen ens communiter singulis propositum esse dicit secundo quarti Philosophiæ: Nam circa genus idem Sophistica & Dialectica cum philosophia versantur: sed ab hac quidem, facultatis modo differt, ab illa autem vitæ proposito: Ea siquidem Dialectica tentat & experitur, quæ philosophia cognoscit: Sophistica verò apparet, at non est. Ergo de omni ente problema huic facultati subiectum est: imò verò etiam de non ente: Nam quamuis in Philosophia primo capite sexti, & septimo vndecimi propriè Aristoteles cum Platone ait, sophisticis subiectum esse non ens, attamen idem ait in Interpretatione, secundo capite secundi, & primo capite quarti Topici, & quarto capite primi Elenchi, non ens esse opinabile, quod Dialectico propriè subiicit: & philosophus sæpe versatur in non entis refutatione. Quare etiam non ens philosopho & Dialectico, non sophisticæ solùm subiicitur, vniuersæque Logicæ commune subiectum, erit etiam non ens. De re autem Dialecticæ arti subiecta, quid vtilius in Logica præcipi possit, quàm in Grammatica, omnino nō video. Ergo hac de re, Organi doctrinam spectemus: Voluit Aristoteles duas artes logicas pro vna facere, Apodicticam & Dialecticam: & voluit in vtraque, quæstionum genera distribuere: in Sophistica, quod sciam, noluit: In posterioribus igitur Analyticis, quæstionum genera quatuor diuiduntur, quia, propter quid, an est, quid est. Quamobrem inquam, quatuor illa quæstionum genera diuiduntur? quis finis est quæstionis? Inuentio medij, respondet Aristoteles secundo capite secundi Posteriorum:

rum:

rum: At inquam, ad inuentionem medij, distributio quaestionum & consideratio nil adiuuat: vna communis est inuentio medij, vel ab Aristotele ipso in illis ipsis Posterioribus tradita: de causis, factis, subiectis, adiunctis, vnde sunt distributiones & definitiones, Aristoteles non fecit aliam primæ, aliam secundæ, aliam tertiæ, aliam quartæ quaestionis inuentionem: Inutilis igitur est ista partitio, quia nihil ad finem confert, quia denique ad logicum vsum non est necessaria: non ideo catholica. Grammaticus Grammaticâ res omnes loquitur, quo genere quaestionis quaesitas, nil laborat: Sic & Logicus rem omnem disputat, qua specie quaestionis res quaesita sit, non attendit: nec vllum habet ad eam selectum vel inuentionis vel dispositionis catholicum præceptum: Non disputo partitionem vitiosam esse, quia præterea multa quaerantur, vt, Vbi, quando, qualis, quantus: non disputo dialecticæ artis vsum esse frequentissimum, vbi nil quaeritur, vt in principiis & omnibus propositis per se manifestis: at doceo partitionem inutilem esse, quia nil adiuuet ad inuentionem medij: Denique catholicum non est, ait Aristoteles, quod commune, quod generale sit, specialiter docere: Ergo hæc apodicticæ quaestionis distributio tollatur. Partitur deinde Aristoteles quaestionem dialecticam primo Topico in partes alias quatuor, de accidente, genere, proprio, definitione: Non disputo partitionem hanc etiam vitiosam esse, quia Dialecticæ quæuis quaestio sit & entis & non entis, vt paulò antè proposui: ideoque etiam non dico partitionem hanc propositæ Aristotelis doctrinæ aduersariam esse & contrariam: illic enim Dialectica de omni & ente & non ente: hîc verò tantum de accidente, genere, proprio, definitione disputare dicitur: tantam repugnantiam non solum reprehendo, sed totam hanc partitionem inutilem, minimèque catholicam esse confirmo, & aduersus eundem morbum, remedium idem profero: ad finem quaestionis, ad medij inuentionem, nil hæc distributio prodest. Omnium problematum



blematum communis vna est inuentio, caussarum, fa-  
 ctorum, subiectorum, adiunctorum, oppositorum, com-  
 paratorum, nominum, distributionum, definitionum,  
 testimoniorum. At inquires, Aristoteles noluit istam  
 communem Logicam tradere, sed apodicticam à Dia-  
 lectica separare, ideòque diuersas quæstionis species,  
 apodicticas & dialecticas rectè diuisit. At inquam,  
 istam philosophi voluntatem missam faciamus, philo-  
 sophiam eius consideremus: Aristoteles velle debuit,  
 quod rectum fuit, quod legibus Aristotelis congruum  
 fuit. Verùm ista partitio quæstionis in Logica, non  
 est catholica, non est legibus Aristotelis accommoda-  
 ta: Sed tamen agè: Aristotelis voluntatem spectemus:  
 fortasse non sine causa voluit: Sic enim primi Topici  
 cap. 5. loquitur: Sed non ideo vna in omnibus doctrina  
 quærenda est, nec enim facilis fit inuentu: & si inuenta  
 sit, omnino tamen obscura sit & molesta. Ob hanc igitur  
 rationem, quæstionum genera distribuuntur, & ad  
 singulas quæstiones, inuentiones certæ adscribuntur:  
 Hic enim Aristoteles Topicam artem interpretatur.  
 Et certè si partienda quæstio fuit, ea ratio partiendi fuit:  
 Concedo: finis enim quæstionis, est inuentio medij, vt  
 Aristoteli placet: & si diuersarum quæstionum diuersæ  
 sunt inuentiones, certè distribuenda quæstio fuit. Hic  
 itaque quoniam summa rei periclitatur, animos atten-  
 tos esse volui, vt de causa infinitæ confusionis (nam  
 propter hanc quæstionum confusionem, inuentionis  
 etiam confusio consecuta est) verè queant æstimare.  
 Dicitur igitur, vnã communem omnium quæstio-  
 num, inuentionis artem reperiri non posse, & idcirco  
 quæstionis & inuentionis artes variè distribuendas es-  
 se, & ad varias quæstionis species, proprias inuentionis  
 institutiones accommodandas. Mirabile sanè istud videri  
 debeat, cùm logicæ hypotheseos tres partes ab Aristo-  
 tele constituantur, inuètio, cõpositio, resolutio: duæque  
 posteriores, cõpositio & resolutio, omnium quæstionum  
 & problematum communes fiant, primam inuentionem

nem

u. tiens en u. i.  
 naestianu y 204.  
 o my ab aristo  
 tradit y est opren

nem non etiam communem fieri : Attamen fit cap. 31. primi Priorum : concluditurque , Via igitur & ratio de omnibus eadem. At dices illam quidem inuentionem, quæ primo Priorum traditur, esse Apodicticæ & Dialecticæ communem : Verum inquam id est, & hoc ipsum disputo. Cur igitur negat Aristoteles, communem problematum inuentionem reperiri posse, quam ipse doceat? Sed tamē redibis ad Aristotelis voluntatem, quòd speciales artes duas, Apodicticam & Dialecticam distinguere voluerit, & statuerit in Dialectica multas esse speciales inuentiones, quæ non possent vna communi comprehendere : & ideo affirmat inueniri non posse communem doctrinam, qua Dialecticæ quæstiones omnes explicari queant: idcirco varias quæstiones, variis artibus explicandas esse. At illa communis inuentionis doctrina inuenta ante Aristotelem natum fuit, vt primo libro tam multis testimoniis docui. Tot ea de re volumina ante Aristotelem natum perscripta sunt: & tamen negare audet Aristoteles inueniri posse, quod à veteribus inuentum, & tot libris descriptum ipse legerat? Negat igitur id Aristoteles, qui negauerat idem, ante se quicquam de Logica scriptum fuisse. Ergo talis hominis nec voluntas imposterum, nec autoritas tam sancta philosophis habeatur. At si tanti est Aristotelis voluntas, valeat sanè ad Aristotelis errorem refellendum: Nam si Aristoteles ipse in Topicis, vbi hoc negat, generalem inuentionis doctrinam, & communem omnium dialecticarum quæstionum doceat, quid argumentis nostris opus est ad eum refellendum? At in Topicis nullam inuentionem docet dialecticam, præter generales & omnium quæstionum communes locos caussarum, effectorum, subiectorum, adiunctorum, oppositorum, comparatorum, nominum, tributionis, definitionis, testimonij, vt in Topicis ipsis amplissimè demonstrabo: Ergo Aristoteles hanc generalem inuentionis doctrinam & tradit & vsurpat : simillimæque prorsus est ista ratio, ac si Grammaticus ille ineptus, de nomine duas artes

alieu tico a b p r i t  
 abis aristotel.

ar. p r o l . i . b i  
 cotit r i .

artes esse diceret, vnam de nominibus adiectiuis, vbi communia nominum omnium accidētia latissimè proponeret: alteram de nominibus substantiuis, vbi omnia nominum omnium eadem accidentia iam clarè repperet: & negaret vnam doctrinam adiectiuorum & substantiuorum communem inueniri posse: & si inuenta esset, difficilem fore. At Grammaticule ineptissime, hęc communem artem tradis, quam negas inueniri posse: & ea tibi gratificaris, quam prædicas ingratham fore. Agè verò, quid si etiam constiterit generalem illam & communem inuentionis artem ab eodem Aristotele esse probatam nominatim & laudatam? An Aristoteli dicetur hęc inuētio omnino obscura & molesta? At primo, tertio, septimo, octauo Topicis libris cōmunes loci vnicè commendantur: Primo Topico diuisit Aristoteles instrumēta & locos: At in instrumentis, quæ facit omnis problematis communia, etiam locos testimoniorum, oppositorum, comparatorum, nominum, generis numerat: & ait duodecimo capite, Sumendæ verò quàm maximè vniuersales propositiones. Ergo Aristoteles non solum communes omnium problematum locos docet, sed nominatim commendat primo Topico: nec Aristoteli iam dicatur hęc communis doctrina omnino obscura & molesta. Idem etiam facit tertij Topici capite quarto: Sumendi verò quàm maximè vniuersales loci de maiore: sic enim sumpti, ad plura commodiores fuerint. Ergo Aristoteles non solum communes omnium problematum locos docet, sed nominatim laudat: nec iam omnino obscuros & molestos esse iudicat. Sed id etiam rursùm multò manifestiùs Topici septimi capite secundo, vbi communes comparatorum & cōiugatorum locos nominatim collaudat: Commodissimi namque sunt ad res plurimas, atque è cæteris, qui maximè sunt communes. An igitur Aristoteli doctrina ab Aristotele tantopere commendata omnino obscura & molesta fuerit? Quamobrem cùm quæstionum distributio ad quæstionum finem nil cōferat, cùm

D

distribuendæ

distribuendæ quæstionis Aristotelea causâ ab Aristote-  
 le ipso refurata & damnata sit, tollatur ista distributio  
 è logicis artibus, quia non est catholica, quia non est  
 Aristotelis legibus congrua: Voluit Aristoteles vnam  
 communem Logicam definire: voluit tres speciales, a-  
 podicticam & dialecticam & sophisticam describere:  
 voluit quæstionum species distribuere: voluit denique  
 hoc, illud noluit: Serui de domino sic inter se loquan-  
 tur: philosophi qui dici volent, argumento & iudicio  
 suo philosophentur. Sed de prima definitione satis. Ve-  
 runtamen continens illud quidem, sed multò maxi-  
 mum nobis certamen adhuc est, quid Dialectica imitari  
 debeat, & suis præceptis interpretari: Post Alexandrum  
 Aphrodisæum non reperi, qui aliud putaret, quàm Ari-  
 stotelis, non dico veras & catholicas regulas, sed com-  
 menta, quæcumque tam multis libris ab eo collecta es-  
 sent: & illa nimirum fuerit Aristotelis ambitio, qua se  
 Logicæ primum inuentorem & summum perfectorem  
 gloriatus erat: vt religio haberetur, contrà sentire: Ita-  
 que cum docuisssem naturalem humanæ rationis vsum,  
 illud artis subiectum esse, id personatis quibusdam phi-  
 losophis adeo nouum & inauditum fuit, vt theatris &  
 scenis, & publicè editis probris exagitaretur. Ergo id  
 paulò diligentius & accuratius est agendum & expli-  
 candum: Ars Dialectica naturalem Dialecticam imita-  
 tur: Quid naturalem hanc Logicam appellas? Sensibus  
 singulis non omnia, sed singularia quædam & propria  
 subiecta sentiuntur: oculis colores, auribus soni, nari-  
 bus odores: Animo autem omnia etiam, quæ sensibus  
 nequeant, concipiuntur & intelliguntur: Lumen hoc v-  
 niuersum, generale, totum nullis finibus terminatur,  
 omnia quæ possunt ab hominibus intelligi, luminis hu-  
 ius auxilio cognoscuntur & intelliguntur. Hoc logi-  
 cum & dialecticum lumen homini cognatum & natu-  
 rale: & cum de Logica naturali moneo, de hominis na-  
 turali cognatòque lumine moneo: hominèmq; ani-  
 mal logicum, id est rationale: & hominis differentiam,  
 logicum

logicum ex Organico autore significo. Hæc inquã, Logica naturalis, est facultas omnia disputandi, intelligendi: vt visus & auditus, facultas est naturalis videndi & audiendi: sed visus & auditus ars est nulla, nisi opticam & musicam voles huc referre: Atque naturalis hæc Logica, Aristotelea autoritate amplissimè comprobatur: Etenim generaliter in Ethicis ab Aristotele dictum est, omnium virtutum non solùm moralium, sed cognitione & scientia comprehensarum dotes à natura nobis ingeneratas esse: eãque appellat naturales virtutes, Ethici sexti ad Nicomachum cap. 13: Et Topico 8. promptum & paratum in disputatione ingenium requiritur: Et hoc est secundum veritatem bonum ingenium, posse rectè sequi verum, & fugere falsum: Quod qui bene nati sunt, possunt expedite facere. Et primi Elenchorum capite vndecimo nominatim proponitur, quod hîc de naturali Logica præcipio, cum docetur, Dialecticam nullius esse definiti generis: Itaque omnes etiam idiotæ quodammodo vtuntur Dialectica & tentandi peritia. Et ibidem: Inartificiose enim participes eius sunt, cuius artificiosa Dialectica est: & arte syllogistica, qui tentat & qui dialecticus est. Qui locus apertissimè Dialecticam hominibus esse naturalem & insitam demonstrat: & sine literis homines id inartificiose facere, quod ars Dialectica præceptis suis instituit, & quod arte syllogistica instructi faciunt. Logica itaque naturalis ab Aristotele probatur, ab eaque doctrinam deducendam esse præcipitur, cum statuuntur in Analyticis non solùm Logicæ, sed omnis disciplinæ principia, experientia, observatio & inductio: denique summum illud theorema ponitur, à sensibus & singularum inductione rerum omnes scientias ortas & profectas esse. Quamobrem Logica naturalis, Aristotelis autoritate abundè cõfirmatur, & artificiosæ Logicæ magistra constituitur: sed Aristotelis autoritate velut imprudētis & aliud agentis: Nec enim arte describenda istam sibi imaginem reddendam & exprimendam proposuit, qui infinita toto

Organo à naturali humanæ rationis vsu abhorrentia collegit: Itaque hoc Aristoteli præsertim tam probato principio deinceps locis omnibus vtemur: vbi si quid à naturali vsu alienum erit, reiiciemus. Sed de logicæ artis definitione satis: Consequens disputatio, artis partes disceptabit: quas duas naturalis vsus nobis ostendit, Inuentionem & iudicium, seu dispositionem. At quamuis vtraque pars Dialecticæ, inuentio dici possit, quia omnes artium præceptiones, sunt quædam veritatis inuentiones, vt Socrates docet in Minoë, prima tamen pars iustiore ratione dicetur inuentio, quàm secunda: Nam cum omnia prioris partis de argumentis præcepta noueris, non inuenisti protinùs, quod de quæstione dici possit, sed præceptis illis, tanquam consiliis descripta habes rerum genera, quæ tibi inueniēda sunt: Vt si ad medicum accedas, quales sunt nostris temporibus plerique, hic morbi genere cognito, remedia tibi definiet, quæ tu per te aut alium inuenias, aut adhibeas necesse est, non inuenta ab illo accipias: sic Dialectica, hac in parte, tanquam medicina videlicet docebit te ad instituendum & explicandum quod velis, argumentorum genera, causas, facta, subiecta, adiuncta, opposita, comparata, cōiugata, tributiones, finitiones, testimonia esse quærenda & inuenienda: inuenta tibi hæc ipsa non suppeditabit. Atque hæc inuentionis dialecticæ præcepta ei demùm plenè ac copiosè proderunt, qui est versatus in rebus, vt Antonius Oratorio secundo ait: vel vsu, quem ætas denique affert: vel artium auditione, & cognitione disciplinarum, quæ studio & diligentia, multa denique & longa exercitatione præcurrit ætatem. Nec tam huius partis Dialecticæ præceptis adiuti res inuenimus, quàm cognititas antea & perceptas, horum admonitione præceptorum reminiscimur, aut ad inquirendum instituimur: In dispositione autem secus est: Didiceris enim propositionum, argumentationum, methodorum genera, & generum species, habes regulam, qua vtare, nec quicquam præterea requiras. Itaque

tu a r s p  
 t's. nuss fa r  
 x i a  
 ut s aut t  
 reptal pra eptora  
 ti admo i  
 ve man in  
 s inquir dng  
 mft t i aut

artes & præceptiones mathematicæ, physicæ, cæterorúmque generú notiones & disciplinæ speciales, velut arte quadam sunt eorum argumentorum plenæ, de quibus Dialectica generaliter admoneat, vnde causas, facta, subiecta, adiuncta, opposita, cæteraque rerum genera sumantur: quod in Categoriis rursus tractabitur: quod etiam Analytici primi capite tricesimo primo præcipitur, quòd generalis quædam & communis omnium problematum inuentio sit, & communia syllogismorum principia: Sic enim argumenta, principia illic dicuntur: Propria autem sunt argumenta in vnaquaque scientia, plurima: propositionis, syllogismi & methodi regulas sola Dialectica instituit: ad eam rem ars alia nulla nos adiuuat: nisi fortè ad propositionis iudiciũ: proptereaque inuentionis nomen hac in parte minùs conueniet. Sed tamen Logicæ & Dialecticæ partes duæ sunt, inuentio & dispositio, quia naturalis vsus, veræ artis archetypus, eas ostendit: quia principia Aristotelica, experientia & obseruatio demonstrât. Quid Aristoteles de hac partitione? Si libros Organi consideres vniuersos, comperies Logicæ partes has solas institui: atque interdum etiã nominatim, sed obscuriùs & cõfusiùs appellari & proponi: Primo Analytico tres Logicæ vniuersæ partes ab Aristotele proponuntur, vt iam citauimus, inuentio, compositio, dissolutio: vbi inuentio, pars Logicæ nominatim appellatur ab Aristotele & proponitur: Cõpositionis nomine species vnica dispositionis Logicæ ab Aristotele describitur, syllogismus: tota tamen dispositio logica poterat compositio dici, & eo nomine describi: dissolutio, vitia partis vtriusque rexit: Ergo pars etiam dispositionis ab Aristotele comprehenditur: vt si rem spectes, nos id doceamus, quod ab Aristotele docetur. At istam artis partitionem Aristoteles non sequitur, nec Logicæ suæ bipartitæ præceptiones alias inuentionis, alias dispositionis separauit: & si facere vnquam cogitasset, nunquam duas speciales Logicas, apodicticam & dialecticam commentus esset:

*Propo. vniuers. syllogi-  
mi. et meth. phi-  
sicy has sola. Dial-  
tica. instituit.*

*! y' ear partes  
diuis. sunt inuen. ti  
et dispositio.*

tautologiæ ante oculos positæ deterruissent. Quintiam Aristotelis interpretes quidam, vt Adrastus, veritate rerum & vtilitate permoti, ad hanc partitionem, Organum logicum referre cogitarunt: Porphyrius tum nondum natus erat. Categoriæ igitur primæ erant, & Topicis præpositæ ad inuentionem iecernebantur: Ideo que ab Adraсто τὰ πρὸ τοπικῶν nominatæ: Interpretatio & analysis vtraque ad iudicium referebatur: Elenchi ad sophisticam, quæ tamen è virtutibus intelligenda potius erat. Adrastus veram partitionem viderat, & eam sequebatur: In quo laudandus erat. At in Aristotelis Analyticis confusam inuentionis iudiciique doctrinam huc referre non poterat: Itaque dum verum vider, & in Aristotele plus credit, quàm intelligit, rem inenodabilem suscipit, vt duas Aristoteleæ Logicæ partes, inuentionem & dispositionem faciat, & Aristotelis tamen totam doctrinam retineat. Topico octauo & in Rhetoricis partitio inuentionis & dispositionis apertius attingitur: Postea verò de dispositione, & quomodo sit interrogandum, præcipiatur. Necessè verò est imprimis eum, qui sit interrogaturus, locum perspexisse, vnde differendum sit: Secundò autem interrogare & disponere singula apud seipsum: reliquum ac tertium, hæc apud alterum dicere. Hic non solum inuentionis, vt antea, sed etiam dispositio nominatim proponitur: sed tertia præterea pars additur, dictio: Sed quod caput est, in Dialectica sua Aristoteles istam partitionem non sequitur, nec inuentionem dialecticam ex argumentorum locis alia in parte, nec in alia dispositionem è propositionis, argumentationis, methodi collocatione describit. Hic igitur Aristoteles veram partitionem Logicæ vidit, sed veluti per transennam: In Rhetoricis autem, vbi naturalis & humanus vsus magis, quàm in scholasticis Logicorum placitis elucebat, eadem quæ in Topicis tripartita partitio propius exprimitur primo capite tertij libri: Triasunt in oratione consideranda, vnum quidem, vnde probationes ducantur: secundum versatur in elocutione: tertium,

*catgoria τὰ πρὸ  
οπτικῶν. b. arist.  
et nominat de  
I enim ut non peti  
n + i + repr fatio  
et utraqz analytica  
d. iudicium.*



tertium, quomodo partes orationis sint collocandæ. Hic igitur fides ex euentu nominatur, quæ prius inuentio dicta est: Dispositionis verbum idem manet, vt dictionis: actio etiam additur, cuius se primum doctorem & magistrum Aristoteles proficitur: eadem credo libertate, quâ se primum Logicæ repertorem professus est: sed tamen vnum id verè & rectè ait, & elocutionem & actionem, propter auditoris improbitatem repertas esse: solas priores partes, fidem & ordinem ad verè docendum pertinere: dictionem & actionem nec attinere: Idque magno & nobili Geometriæ exemplo confirmat. Quæ cum verissimè doceat, probatione tamen sola & collocatione vtitur, elocutione Rhetorum & actione nil vtitur: nullus enim sic Geometriam docet. Id vnum inquam, Aristoteles rectè, sed Aristotelis legibus parum cõgruenter & aptè duas artes, Rhetoricam & Dialecticam confudit, & vtriusque inuentionem & dispositionem communem fecit: Crederes Aristotelem animo dormitantem egisse: vidit enim inuentionem & dispositionem Logicam esse, & vtramque in Logicis docuit: In Rhetoricis cum faceret idem, & ex iisdem præceptis, ad diuersas tantum quæstiones accommodatis, duas artes institueret, Rhetoricam modò Dialecticæ dicit antistrophon, velut ex altera parte ei respondeat: vel potius, tanquam cum ea conuertatur: id enim est in Philosophia Aristotelis ἀντιστρέφειν. Modò propaginem & similitudinem Dialecticæ dicit. At ista seu conuersio, seu propago & similitudo legibus Aristotelis non conuenit: per se alterius artis documentum esse non potest, quod est alterius proprium: Arithmetica arithmeticè, geometrica geometricè doceantur, ait in Posterioribus Aristoteles: Arithmeticum in Geometria est ἀνωμέτερον. Geometricum in Arithmetica est ἀρρίθμον. Rhetoricum in Logica, est ἀρρίθον & Logicum in Rhetorica est ἀλογον. Artium itaque fines, Aristotelea ista tam Regia lege, tamque iusta regantur. Communis & generalis ratio, Logicæ artis proprium subiectum est: communis &

D III

generalis

ar ff f li  
 1.0. ym  
 r ture a t  
 arti am tnf

ay ispeplv  
 rhetorica: cum  
 dialectic: eo ar  
 1.0.

od est vnius artis  
 proprium. pte f  
 tuis artis do  
 m t  
 potest. f r nu

ntia dial  
 ut s at v ut ne

generalis dictionis ornatus, Rhetoricæ proprium sub-  
 iectum est. Doceat igitur Dialectica partes rationis cō-  
 munitis, inuentionem & dispositionem: neque Rhetori-  
 ca sibi quicquam hīc vsurpet: Doceat igitur Rhetorica  
 partes ornandæ dictionis, elocutionem & actionem:  
 Dialectica sibi nihil hīc assumat. Hoc Aristotelis lex illa  
 singularis iubet & imperat: qua spreta & contempta,  
 duas artes primas, Rhetoricam & Dialecticam turbatif-  
 simas habemus. Hīc Aristotelis antistrophon, propagi-  
 nem, similitudinem non confundes, duas artes diuer-  
 sas, duobus diuersis diuersorum præceptorum generi-  
 bus separabis & distingues. Nec mihi voluntatem Ari-  
 stotelis iam reponas, quòd aliam Rhetoricam, aliam  
 Dialecticam & inuentionem & dispositionem facere  
 voluerit: Id enim minimè velle debuit, vt legem suam  
 feruaret. Et speciales illæ nimirum tam multæ sunt ar-  
 tes, de quibus in Brutinis quæstionibus & Rhetoricis  
 distinctionibus conqueror, ex vna communi & genera-  
 li factæ: At id catholicum non est: in omnibus Rhetori-  
 cis & Dialecticis inuentionibus nullum præceptum ne-  
 cessarium, proprium, catholicum ponitur ab Aristotele,  
 nisi de causis, factis, subiectis, adiunctis, oppositis, com-  
 paratis, nomine, distributione, definitione, testimonio.  
 Specialiter igitur toties idem repetere, quod generale,  
 quòdque commune sit, est inutiliter idem repetere, ait  
 Aristoteles, & sophisticè docere: & communes ac gene-  
 rales artes, communiter & generaliter institutæ, faci-  
 liùs ediscuntur, faciliùs exercentur. Tam præstantem  
 Dialecticæ partitionem Cicero non tantum probauit,  
 sed Aristoteli acceptam retulit: Sic enim ait in Topicis:  
 Cùm omnis diligens differendi ratio duas habeat par-  
 tes, vnā inueniendi, alteram iudicandi: vtriusque prin-  
 ceps, vt mihi quidem videtur, Aristoteles fuit. Et post  
 Ciceronem Quintilianus eandem distributionem, tan-  
 quam inter Dialecticos indubitatā statuit, cùm de Dia-  
 lecticis circa finem libri quinti loquitur: Sibi & inue-  
 niendi & iudicandi vendicant partes: quarum alteram

τοπικῶν, alteram κριτικῶν vocant. In quo & Cicero &  
 Quintilianus sunt Aristotelem secuti: verbo partitionem Logicæ laudarunt, re ipsa contempserunt, quia  
 vterque ad Rhetoricam aggregavit, & inventionis artes ex vna communi & generali speciales instituit.  
 Quamobrem partitionē Logicæ tam necessariam, tam homogeneam, tam propriam: id est tam catholicam tenemus. Ergo finem illum prima definitione præmonstratum: ergo vias ad finem cōsequendum compendiaras partitionibus directas meminerimus: horum siquidem principiorum ignoratio, magni erroris, Aristotelis philosophiam sequentibus, causa fuit: Itaque sublatis velut agri logici terminis & finibus vagātur & errant: quicquid illis occurrit, tāquam logicum arripitur: Hinc terminorum, suppositionum, ampliacionum, ascensionum, descensionum, exponibilium, obligationum artes repertæ ridiculæ: Quis enim iam id negat? At non magis, quàm infinitæ Organi ταυτολογίας & subtilitates inanes irridendæ. Ergo molestos quosdam Organi logici magistros de tanta re moneamus: Cūm Homerū, Virgilium, Platonē, Aristotelē denique ipsum interpretari cogitatis, si inventionem & argumenta eius omnia excusseritis: si dispositionem, propositionem, conclusionem, methodum perpenderitis, consilium eius & iudicium videbitis: Cūm sensa vestra scribendo dicendūque exprimitis, in duas illas partes etiam artis ignari, tamen naturā duce inciditis: Denique quoties Logica, id est ratione quisque vtitur, toties inventionem iudiciūque vtitur. Attende igitur per deum immortalem, quisquis hæc legis, an de Organo Aristotelis ita confuso, ut est in Porphyrio, Categoriis, Interpretatione, Analyticis, Topicis, Elenchis, possis eūdem fructum capere: Cūm Homerum interpretari tibi vel alteri cupies, an considerabis Homeri Categoriata, Categorias, Interpretationem, Analytica, Topica, Elenchos? An interpretandis Aristotelis ipsius libris, iis ipsis logicis adhibebis eodēdem? Illud verò illud est vnum, quod te de studij tui iactura

ctura monere possit. Sed de ordine librorum Organi lo-  
gici plura nono Animaduersionum libro. Vnum verò  
ab omnibus, qui contra nos in hac quæstione disserue-  
runt, vehementer & perpetuò obiectum est, quòd Ari-  
stoteles de industria sit obscurus, nec à nobis intelliga-  
tur. Certè Aristotelem obscurum esse non nego: de in-  
dustria obscurum esse nego: nec de voluntate Aristote-  
lis ab eius interpretibus multùm dissentio, sed de quali-  
tate voluntatis disputo. Noluit hoc, voluit illud Aristo-  
teles, ais: Esto inquam, noluerit, voluerit, id non mihi  
animaduertendum tantummodò propono, sed quam-  
obrem noluerit aut voluerit, inquirò & animaduerto:  
Ergo de obscuritate Aristotelis, paulò pleniùs nunc a-  
gamus, vt quosdam peruersè & stultè Aristoteleos ad-  
moneam de voluntate Aristotelis, deque intelligentia  
imprudenter accepta: Themistios igitur, Ammonios,  
Philoponos, cæteròsque generis huius Græcos inter-  
pretes huc appello, qui Aristotelem, Alchymistam ne-  
scio quem nobis effingunt, de industria res obscuran-  
tem, & veluti velamento, obscuritate vtentem (sic enim  
loquitur Simplicius) quo tardos & hebetes à philoso-  
phiæ sacris adytis repellat: ad eadem ingeniosos & in-  
dustrios excitet. Legerant videlicet interpretes hi (lubet  
enim præclaram istam defensionem tantisper exorna-  
re) Platonis illam epistolam, qua præscribit ad explo-  
randos nauos & ignauos auditores philosophiæ, ponen-  
dum esse ante oculos laborem, qui philosophiæ causâ  
subeundus sit & tolerandus: Etenim si discipulus non  
fictò & simulato, sed vero certòque amore sapietiæ te-  
neatur, viam sibi quamuis arduam difficilémque, tamen  
monstratam putabit: nec doctorem & rogare &hortari,  
nec omnia sibi mandata, dies noctesque meditari ces-  
sabit, donec ipse per se, sine duce progredi possit: Còtrà  
discipulus iners & ignauus, laborum, molestiarum, stu-  
diorum magnitudine deterritus & abiectus, animum  
despondebit, seque ex ea schola primum remouebit.  
Hunc inquam, Platonis locum videlicet interpretes  
Aristotelici

Aristotelici legerant, à quo de industria obscuratam philosophiam Logicam esse confirmant. Proferunt etiam epistolam ad Alexandrum, qua videtur Aristoteles ipse suum de obscuritate studium profiteri: Consolatur videlicet Alexandrum de Auscultatoriis libris editis: Cognobiles enim sunt solis iis, qui nos audierint. Hæc videlicet & eiusmodi ab interpretibus proferentur: At quidnam est tam peruersè, tamque stolidè dictum factumue, quod ab imperitis defendi, imò etiam laudari ista licentia non possit? Fuerit aleator, impurus, impudicus, ganeo, sicarius, veneficus, stolidus: temperantem, sanctum & sapientem hoc modo licebit efficere. Perspicuitas docendi prima virtus est, eiusque gratiâ singulariter & præcipuè tota Logica inuenta est: Inuentio argumentorum, dispositio propositionum, syllogismorum & methodorum tota huc pertinet: Et tamen inuenti sunt homines, qui Logicæ doctorem, imò, ut putant, inuentorè & perfectorem, de industria dicerent esse obscurum. Potest aliquis Grammaticæ, Rhetoricæ, Logicæ, & cuiusvis denique disciplinæ præcepta bene & nosse & docere: & tamen malè his uti, nec tamen de industria facere? Aliud est scire scientia vniuersali, & actu seu simpliciter, ut iam dictum est: aliud est ars, aliud est artis vsus & exercitatio. Potuit igitur hic magister, quisquis est, vel Aristoteles vel alius quiuis scholæ magister & sophistes, præcepta ponere, & præceptis tamen suis non bene uti: non quia contra præcepta & documenta sua, prudens errare vellet, sed quia suæ artis vsus non perinde tractasset & exercuisset: Aut si de industria obscurus fuit, certè de industria improbus sophistes fuit. Etenim si quis bonas & salutas leges contra vitia & improbos mores in ciuitate tulerit, & eas de industria violet, imò violandis iis sese iactet & ostendet, quis hominem nõ improbissimum existimet? At Aristoteles in Logicorum ciuitate contra obscuritatem, non dico has vel illas, sed omnes omnino leges tulit: quasi hoc vnum logicum vitium, cætera in

Prim. lo e di Virt  
 A perspicuitas. cuius  
 ratio: præ ipse  
 Loica: est in Ta:

se logica vitia complectatur. Problema quoduis obscurum est? Aristotelis inuentio in argumentorum locis, dispositio in tot propositionis, syllogismi, methodicæ regulis contrariam lucem ostendit: Denique tota Aristotelis Logica, nil nisi perspicuitatis & luminis causas sibi proponit: Et quidem in artibus præsertim, quarum præcepta iubet esse necessaria, propria, catholica, methodicè disposita: quo ad docendi perspicuitatem fingi maius nil potest. Nec verò perspicuitatem solum præceptis commendat, sed nominatim obscuritatem maximè vituperat & damnat in Analyticis, Topicis, Elenchis, vt suis locis abundè perspicietur. Quinetiam Platonem, propterea quòd aliquando cum magnificè & amplè loquitur, non satis subtiliter & acutè philosophari videatur, obscuritatis arguit & infectatur. Quamobrem syllogismum conficiamus, & interpretum de Aristotele iudicium concludamus:

*Quicumque bonas leges, à seipso præsertim latas, de industria violat, improbus est:*

*Aristoteles logicas leges longè primas & optimas, à seipso latus, de industria violat, vt aiunt interpretes:*

*Aristoteles igitur, interpretum suorum testimonio, improbus est.*

Sic Aristoteles à suis, laudis magnæ loco, teterrima calumnia afficitur. At ego obscurum quidem esse dico, de industria obscurum esse nego: Quod quòd faciliùs præterea planiùsque intelligatur, obscuritatis huius affectatæ finem & causam ab interpretibus allatam videamus. Si tã faciles essent rudibus & ignavis artes, aiunt, neglectæ & contemptæ iacerent: & perinde inertes ac solertes, eruditionem ac sapientiam caperent: Propter eaque labores proponèdos esse dicebat Plato. O plumbeum & obtusum pugionem! Si faciles essent artes, contemptæ iacerent: Imò verò in honore essent, discernentur, vigerent, amarentur, florent, colerentur: quæ obscuritatis impedimentis & molestiis, odiosæ in libris & bibliothecis delitescunt: Nec iste labor est obscuratæ artis, quem Plato discipulis proponendum statuit: nec

iter ad sapientiam artis cuiusquam humanæ, & ad formandam vitam necessariæ inuium & cæcum & obscurum esse voluit: sed, quale est, arduum & difficile prædicandum esse monuit, vt vires ingenij probarentur: scilicet quod ab Hesiodo didicerat:

*Virtuti verò sudorem dij præposuerunt*

*Immortales: longa autem & ardua via ad ipsam*

*Et aspera primum: At vbi ad summum acceditur,*

*Facilis deinde est, quæ aspera fuerat.*

Etenim fuerit facillima clarissimæque artis institutio, maximi tamen labores relinquuntur: nec enim Logicus est, qui logica præcepta didicit: illa enim est scientia vniuersalis: sed Logicus est, qui logicam artem in explicandis & retexendis poëtarum, oratorum, philosophorum argumentis propositis, syllogismis, methodis adhibuit: Qui logicas eorum virtutes multa & assidua meditatione, sc̄riptione, dictione obseruauit, excoluit: qui seipsum omnibus laborum & studiorum generibus diu multumque in his exercuit. Illa enim est scientia in agendo, quæ scientia absolutè Aristoteli dicitur: ille sudor est, quem immortales dij virtuti præposuerunt: illa est aspera, difficilis, ardua via, ad cuius summum cum perueneris, faciles tibi res succedant. Quatuor, sæpe etiam plures annos in exercitatione Grammaticæ collocamus, nec Grammaticum puerum solis Grammaticæ præceptis futurum putamus, sed exemplis poëtarum, oratorum, omnium denique hominum purè & latinè loquentium, cognoscendis, imitandis: vt ea consuetudine tandem purè proprièque loquendi & scribendi scientiã, non solum vniuersalẽ, sed multò magis actuosam & absolutam consequatur. Quot igitur annos tantæ tamque nobilis artis vsui, exercitationi, absolutioni & perfectioni tribuendos arbitrabitur? Aristoteles annos viginti Platonem audiuit: quid aliud interea, quàm Logicam, id est inuentionis acumen & subtilitatem iudicij, in propositione & syllogismo constantiã & grauitatem: in methodo, & artè & prudentiã exercuit? Denique

tota

tota philosophi hominis vita quid aliud est, quàm huius vnus facultatis, qua cæteræ mentis humanæ facultates continentur, meditatio, exercitatio, perfectio? Ergo si quisquam est à logicæ scientiæ cognitione reiiciendus, vt Aristotelis interpretes putant ignauos esse reiiciendos, certè exercitationis laboribus & sudoribus reiicietur. Saxa & asperitates viæ non deerunt. Descriptum iter Lutetia Romam habeas, oppidis, vicis, lapidibus etiam singulis distinctum, ars est Romam Lutetia perueniendi: At progrediendi labores, ascendendi, descendendi: pluias, imbres, tempestates, famem fortasse interea sitimque, reliquasque tanti itineris necessitates ac molestias perferendi, ea descriptio & partitio tollere non potest: hæc est artis exercitatio. Quare nihil metuant Aristotelei, ne si facilis logicæ artis descriptio sit, nullus labor relinquatur: maior enim relinquetur, quàm ipsi vnquam pertulerint, imò quàm cogitarint vnquam: neque qui logicæ artis vsum nullum vnquam, vel in analysi præstantium exemplorum, vel in generis consimilium operum exercuerint. Sed tamen Platonis consilium illud minimè fuit, vt omnibus discipulis labor ille ante oculos poneretur, sed potius iis, de quorum iactantia & vanitate diffideremus: Qualis videlicet Dionysius tyrannus fuit, de quo loquitur in ea epistola. Quin potius meliusque, vt Horatius ait,

— *Vt pueris olim dant crustula blandi*

*Doctores, elementa velint vt discere prima.*

Ars igitur quàm facillima esse debuit, vt exercitationis labor, hoc dulcedinis inuitamento alacrius obiretur. Hic finis Aristoteleis considerandus & spectandus fuit: At Aristoteles profitetur de industria se obscurum fuisse, testisque est epistola ad Alexandrum: Verùm adolescentis Regis cupiditati videri potest illa consolatio esse concessa: Et tamen illas epistolas suspitio quadam est commentitias esse, sicut illud discrimen *πῶς τῶν ἀκροαματικῶν καὶ ἐξωτερικῶν*: nec enim *ἐξωτερικοὶ λόγοι*, præcipuū aliquod Aristotelicæ philosophiæ genus indicant,



cant, vt earum epistolarum authores faciunt, cùm in libris Aristotelis *ἑξωπερικοὶ λόγοι* non aliud significant, quàm *ἄλλοι λόγοι*, vt à doctis hominibus animaduersum video. Verumenimvero attendant Aristotelei atque animaduertant veras efficientes causas obscuritatis Aristoteleæ, quas nunquam suspicati quidem sunt: tum enim desinent dicere Aristotelem de industria obscurum esse, cùm Aristoteleæ obscuritatis tam fœdas esse causas cognouerint: Finem obscuritatis, quem sibi confixerunt, falsum vident esse: nec ars logica eo consilio obscuranda est, vt discipulus bonus excitetur: quasi nullus futuro Logico, nisi agnoscendæ artis labor relinquatur, non potius totus exercendæ arti sudor proponatur: Causas obscuritatis effectrices videamus. Putant Aristotelei Aristotelem duntaxat obscurum esse stylo & sermone diligenti & accurato: & tantùm quia breuis & succinctus & pressus est, ideo obscurum esse arbitrantur: aliam causam obscuritatis in eo nullam existimant: At vehementer errant. Quia breuis est, aiunt, ideo obscurus est. Aristoteles obscuritatem, peculiare vitium fecit in Logicis: At omnia disputationis vitia, obscuritatem certè pariunt: Ergo genera videamus, quibus Aristoteles obscurus est. Vnum est omnium maximum, non Aristotelis errore commissum, sed opinione interpretum compositum: multa falsa, plura aliena, plurima infinitis nugis repetita sunt in libris Aristotelis: Omnia tamen interpretes ab Alexandro secuti, vera, cognata, legitima, pro sua in Aristotelem bonitate & religione statuunt: Hæc illis explicatio longè grauissima & obscurissima est: nec enim in logicis Organi libri explicandis aliud spectarunt, quàm, quid dicatur, & quomodo quiduis ab Aristotele dictum, quacunque ratione tuerentur ac defenderent: propter quid autem diceretur, verumne an falsum, vtile an inutile, Aristotelis principiis catholicis congruum, an alienum, nullam rationem habuerunt: tanquam principia indubitata, imò tanquam oracula ex Tripode, omnia Aristotelis dicta

na / pl / rim /  
 a. in / lib / a / p /  
 Lis. / a / t / p /  
 unquam / ora / h /  
 ex / tripod / accipio /

dicta acceperunt : Serui interpretes esse denique , non Logici iudices voluerunt : tametsi interpretis officium tanquam feueri , neque amore , neque odio ducti iudicis , eorum nonnulli verbis describunt , sed re ipsa longe aliud profitentur . Hoc igitur obscuritatis genus longe maximum est , cum te oculis priuaris , occæcatum de propositis tibi coloribus iudicare , album , nigrum , rubrum : non quia videas , sed quia id Aristoteles tibi dicat . Genera obscuritatis singularia videamus , & Aristotelis propria : alia sunt in verbis , in rebus alia : Verbis vtendum censet Aristoteles vsitatis , & ad popularem sensum accommodatis . At ipse verbis vtitur iis , quibus erant scriptores vsi , è quorum scriptis , sua scripta contexerat : & quidem ambiguus plerunque & longissimè petitis : oratione etiam frequenter ambigua & imperfecta . Categoria in Organo , modò ad ordinem Categoriæ , modò ad attributionem simplicem & affirmatam : modò ad quâlibet , sed sine vlla definitione , sine monitione vlla doctoris refertur : Sic (esse in) modò est accidentis , modò est attributi , modò etiam subiecti : Scientia , modò definitur explicatio per primâ causam , modò contrâ in plura genera diuiditur , propter quid , quia est : circularem , affirmatiuam , negatiuam , necessariam , contingentem : Atque eiusmodi permulta de quibus suis locis dicetur . Alia sunt è mathematicis , nondum tyroni Logico notis , obscuriùs etiam translata , vt medium , extremum , figura , interuallum : & tam multis locis pro perspicuis & popularibus exemplis , abecedaria . Ridebis aliquando , Aristotelis interpretibus etiam mathematicas has metaphoras ignotas esse , vt mediû in posterioribus Analyticis . Oratio verò tota , quoties sensus duos habet , vt nescias vtrum sequare ? quoties sic manca & imperfecta est , vt nil assequare ? Ergo Aristoteles obscurus quidem , non autem quia breuis & succinctus , vt interpretes aiunt . Nec certè Aristoteles inter obscuritatis causas , breuitatem numerat : quantum est illa quidem obscuritatis causa : sed quia inusitata,

vi i . r . i . s . t . o . t .  
v b .

o ab at

at

o at . n . i . s . t .  
v b .

tata, ambigua, imperfecta oratione utitur; ideo est obscurus. Atque hæc causæ sunt in verbis: In rebus verò multò maiores sunt, multòque magis animaduertendæ. Iubet Aristoteles, artium, ut perspicuè doceantur, præcepta esse necessaria, propria, catholica, methodicè disposita: nec eorum quicquam omitti: At in Organo multa necessaria, propria, catholica sunt omiſſa, ut prima principia, de quibus adhuc egi, & innumerabiles definitiones & distributiones omiſſe: multa minimè necessaria sunt intertextæ, sed multò plura interpretû cõmentis inducta. Quàm verò multa sunt impropria? genere, specie, differentia, proprio, accidente expositis & definitis, quid communionis ipsorum inter se ac differentia, ad quem usum per se attinet? quid similes in Categoriis subtilitates? quid modificatorum enũtiatorum constitutiones? quid in Analyticis totis conuersiones; reductiones, syllogistica potestates? quid argutiæ conſimiles & quaestiones totis Analyticis offusæ? An per se & necessariò ad usum logicum, & ad bene differendum, hæc ediscuntur? an non potiùs & scientia & utilitas logica obscuratur & impeditur? Quid Grammatica de nomine, verbo, oratione? quid Mathematica de numero, linea, superficie, corpore? quid Physica de ortu, interitu & reliquo motu? An si in disciplinis suis essent illa percepta, minùs ad logicum usum facerent? Sed omnia illa nihil esse dices, si non catholica subduxeris. Generalia & communia generaliter & communiter explicanda sunt, ait Aristoteles, non sunt specialiter diducenda: Qui tres angulos duobus rectis pares in hac & illa specie demonstrat, sophisticè agit. At cum causarum, factorum, subiectorum, adiunctorum; oppositorum, comparatorum, nominum, distributionis, definitionis, testimonij doctrina sit communis & generalis, quoties in Organo præcipiuntur eadem? quoties iterantur? quoties inuoluuntur? Anaxagoras quondam dixit omnia, in omnibus esse confusa: At si hæc diligenter expenderis, Anaxagoræ studio aliquo credas Aristotelis

is a v. s. teli in  
rebus op. s.

Ar. . . pr . . P .  
b . . s . . n . . r .  
m . . . . . pu . .

aus. par. facta: s. b. t.  
Iste est. opposit.  
compar. ta. no.  
pr. b. tw. defi. t. v.  
Isti v. . . . . ad  
m. m. et. g.  
oc. r. n.

Logicam esse permistam: In prioribus Analyticis de in-  
 uentione argumentorum præcipitur: præcipitur etiam  
 de propositione, de syllogismo: de methodo etiam non-  
 nihil inuenies: In posterioribus Analyticis etiam de ar-  
 gumentis præcipitur: præcipitur item de propositione,  
 & de syllogismo eadem ferè repetuntur, de methodo  
 copiosius: In Topicis an non eadem Aristoteles pollice-  
 ri videtur? de inuentione latissimè: de propositione &  
 quæstione & syllogismo & methodo etiã quædam præ-  
 cipit, sed nominatim etiam de dispositione pollicetur:  
 Elenchi verò quamuis præcipuo opere duobus libris  
 docentur, tamen singulis aliis etiam libris permiscen-  
 tur. Contra methodum verò & ordinem ab Aristotele  
 iudicium præponitur: Inuentio iudicio postponitur, vt  
 in Analyticis & Topicis, cum prius esset de propositione,  
 de syllogismo præceptum, postea de medij inuentione,  
 de abundantia propositionum, de instrumentis &  
 locis argumentorum præcipitur. Hanc infinitam *ταυτο-  
 λογίαν* tam amethodam & præposteram, per se quidem  
 nostra legentibus incredibilem futuram satis intelligo:  
 At si verè iudicare volent, & sumptis libris singula per-  
 pendere, verum id esse comperient: *ὕπερβολὰς* credere  
 desinent, vbi rem verissimè deprehenderint. Ergo hæc  
 sunt in rebus, obscuritatis causæ, è contrariæ perspicui-  
 tatis causis ab Aristotele ipso nobis monstratæ. Quam-  
 obrem quòd interpretes putant Aristotelem obscurum  
 esse, non falluntur: quòd de industria obscurum præ-  
 dicant, magistrum suum calumniantur: quòd obscu-  
 ritatis totam causam putant esse in sermone presso &  
 subtili, vehementer errant. Est quidem stylus hominis  
 spinosus & aridus, & collectore impedito, magis quàm  
 disertis doctoris sermone proprio dignus: & hæc aliqua,  
 vt dixi potest obscuritatis esse causa: At quando hanc  
 causulam cum ingentibus illis causis comparaueris,  
 nonne stillam aquulæ, mari dices esse comparatam?  
 Considerent igitur Organi logici doctores has causas,  
 (quas singulis in libris postea sigillatim demonstrabo) &  
 desinant

desinant Aristotelem tantis obscuritatis sordibus, de industria sordidatum prædicare: Faciant in aliqua disciplina simile periculum: Detrahant è Grammatica, omnia definitionum, partitionumque lumina: pro exemplis elegantibus misceant abecedaria figmenta: Eadem præcepta variis locis variè repetant: rhetorica, medica, politica permisceant: quæstionibus & altercationibus de partibus orationis & ordine syntaxeos agitèt: inauditarum locutionum & orationum genera variè conspergant: prima postremo, vltima medio, media primo vltimòque loco confundant: quis tam stolidus Grammaticus erit, qui gloriari audeat, Grammaticam illam à se de industria sic esse obseruatam? quis non potiùs obscuritatem eam à se detestetur & auertat? Faceessant igitur leuiculæ interpretum ineptiæ in tanto vitio non solum defendendo, sed etiam laudando, cuius causas nunquam viderint. Satis sit excusari, si quidem excusari sine philosophiæ detrimento possit, vt suis locis à nobis Aristoteles excusabitur. Sed hæc de obscuritate satis, de qua etiam pluribus locis dicendum erit: ad partitionem inuentionis & dispositionis redeamus: quam, adolescētes huius doctrinæ studiosi, cupio diligenter animaduertant, penitùsque inspiciant: ad naturalis vsus imaginem referant: ad Aristotelis experientiam, obseruationem, sensum, inductionem perpendant: naturalis vsus nos huc ducit: Imò verò trahit & admonet omnes artis Dialecticæ præceptiones, ad earum alteram referendas esse: quicquid neutrius erit, Dialecticæ non esse: si quis aliter doceat, eum grauiterrè errare: propterea partes istæ diligenter animaduertantur: Id enim propositum semper esse volo,

— præque omnibus vnum

*Prædicam, & repetens iterumque iterumque monebo.*

Vereor vt quod dico, perinde legendo intelligi possit, atque ipse cogitans sentio. Luceant clara nocte singulares stellæ toto cælo, nox tamen est, & tenebræ, oculorum aciem longiùs extendi non sinunt, quia non tota

E ij lux,

an  
p a  
r  
m  
p h  
a  
c  
d

ur

r  
i  
m  
q  
t  
n  
p  
f

lux, sed pars eius luceat: Ita cernantur in Porphyrio, Categoriis, Interpretatione, Analyticis, Topicis, Elenchis, appositis disputationis nostræ tanquam stellis, eriores multi & varij, multa inutilia confusa, multa necessaria prætermissa, singula ferè præpostera exercitatione deprauata: tenebræ tamen adhuc vniuersæ in oculis mentis nostræ residebunt, quia non totum doctrinæ lumen, sed radiis quidam dispersis & distinctis locis duntaxat illuceat. Sol porrò clarus oriatur, extemplo noctis obscuritas & caligo tota pellitur: quoniam lumen vniuersum tenebris vniuersis opponitur. Itaque ad Organi partes totas & vniuersas æstimandum, generali atque vniuerso lumine ante oculos posito nobis opus est. Ergo logicam lucem vniuersam generalibus inuentionis dispositionis-que partibus colucentem sequamur.

FINIS LIBRI SECVNDI.

log.  
 in  
 partibus  
 colucentem



# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

*fessoris, Animaduersionum Aristotelicarum liber tertius,*

IN PORPHYRIUM.

AD

*Carolus Lotharingum  
Cardinalem.*

**H**ACTENVS duobus primis libris, Logicorum philosophorum historia, principumque definitionum, & distributionum collatio & disquisitio recta fuit, vnde logicæ artis authores cognoscerentur, & quid desit in Organo logico, facile perspiceretur: Deinceps verò Organi tractatio minùs fortasse perciperetur, si verum illum constantis & certæ doctrinæ ordinem sequeremur: res variis modis esset discerpenda, propterea quòd in eodem libro varia sæpe confusa præcepta sunt: Ergo tanquam desertos saltus peragraturi simus, atque inibi spinetis obrutas fruges inuestigaturi, sic faciamus: facem illam ardentem, ac splendide in toto corpore animòque logico collucentem: facem, inquam, Aristoteleorum principiorum, de præceptis catholicis & methodicè dispositis, de fine, de partibus artis, inuentione & dispositione, præ-

E iij

nobis

a ali fix i  
pra cre j  
dos e b  
v of e  
nt i  
p sim pi  
oru fru

nobis ipsis feramus : Et quò faciliùs à scholis nostris  
 cursus Organi logici , qualis est , intelligatur , de singu-  
 lis eius partibus , ordine disputemus , quo sunt adhuc  
 vulgò lectæ & tractatæ . Quamobrem quia primo Or-  
 gani logici loco liber hic legitur , Porphyrium primò  
 consideremus , quomodo rem sibi propositam definiat ,  
 partiatur & illustret . Quid igitur Porphyrius sibi pro-  
 ponit ? Thesim primò nullam communem sibi propo-  
 nit , specialiter proponit , de genere , specie , differentia ,  
 proprio , accidēte se dicturum : in quibus tamen tractan-  
 dis utitur verbo *κατηγορούμενος καὶ λεγόμενος* , eius quod at-  
 tribuitur & dicitur de aliquo : Vulgus , in scholis prædi-  
 cabile nominat , & dicibile . Hoc idem Aristoteles cate-  
 goremata vocat & in Organo & in Philosophia : quo licet  
 iam utamur : sicut Categoriarum nomine utimur , quia Lati-  
 na forma cōmodiùs flecti potest , quàm *κατηγορούμενος* .  
 Secundo itaque capite categorematam Porphyrius di-  
 stribuit in duas partes , quòd alia de vno , ut indiuiduū :  
 alia de multis , ut genus , species , differentia , proprium ,  
 accidens dicantur . Voluit hīc igitur Porphyrius doctri-  
 nam categorematū complecti . Quæramus itaque pri-  
 mūm quomodo definiat categorematata : Non definit ,  
 hoc primum est Porphyrianæ Institutionis vitiū , quòd  
 rem sibi propositam generaliter primūm non definiat :  
 id enim præponere debuit , quia in hac Institutione ne-  
 cessarium , proprium , catholicum : quia methodus ita po-  
 stulabat . Ac quia non solūm in scholis , eius verbi notio  
 & barbarè & confusè modò prædicabile , modò prædi-  
 catum nominatur , sed etiam quia ex huius verbi scho-  
 lastica significatione , maxima in Organo logico confu-  
 sio est , explicabo & definiam , quemadmodum in Orga-  
 ni logici libris nomen hoc sit vsurpatum : Dupliciter au-  
 tem vsurpatur , generaliter primūm , deinde specialiter .  
 Generaliter igitur *κατηγορεῖσθαι* , est indicari , dici , demon-  
 strari , argui , attribui , conuenire , pertinere , spectare : &  
 categoremata , est id omne , quod dicitur & indicatur vel  
 affirmatum , vel negatum , siue simplex sit , siue compo-  
 situm :

at g ta u v  
 p aut p x y d  
 p r p r r i c b s

Poru : n ' i mi  
 " ro u

mo d p a 'ratum vde  
 pra i b app  
 o a t yer a

τη - p x



tum: Sic in Categoriis categoremata, κατηγορέματα (nam λέγεσθαι καὶ κατηγορεῖσθαι in Porphyrio & Organo toto idem est, vt deinde patebit) diuiduntur in simplicia & composita: Composita ipsa tandem enuntiationem faciunt affirmationem & negationem. Sic Categoriae diuiduntur Analytici primi capite tricesimo septimo, in simplices & compositas. Hic igitur locus facit categorema, quicquid quolibet modo dicitur, vt omne argumentum, omnisque argumenti expositio & propositio: Specialiter autem sumitur categorema pro eo, quod alteri possit attribui: sed dupliciter rursus: primo communiter, siue sit affirmatum, siue negatum, vt in Interpretatione: vbi omnis enuntiationis extrema duo definiuntur, consequens, appellatur categorema, vt antecedens, subiectum. Atque etiam id amplius primo Analytico in Analyseos doctrina docetur, categorema non semper vel recto casu efferi, vel vno verbo, sed aliquando obliquo casu, aliquando verbis pluribus & oratione perlonga: & syllogismi partes sententiis rerum, non numero verborum metiendas esse. Qua categorematis significatione, omnia argumentorum genera comprehenduntur. Sic Organum nobis in abundantia propositionum, in inuentione medij, quæ antecedant, quæ sequantur, quæ repugnent: id est, omnia argumenta supeditat hoc nomine. Et certè cum Aristotelis interpretes putent categoremata & Categorias, fundamenta propositionum esse, vnde syllogismi fiant, necesse est putent iis fundamentis inuentionem medij totam institui: Nam de tribus syllogismi terminis, vnde propositiones fiant, duo quæstionis (quæ syllogismi conclusio sit futura) termini extrinsecus assumuntur, medius solus arte quæritur, & ab iis fundamentis petitur. Quare categorema sic acceptum, id omne significat, quod de re posita dici potest, siue affirmando, siue negando: Quod popularibus verbis in Rhetoricis ab Aristotele dicitur, ratio, fides, probatio, argumentum: & in toto Organo, sæpe esse, inesse, conuenire, vsitatis verbis dicitur, quod

Da + ατ  
 op ia ατ + 3 p u r r  
 bi + r p t e m y  
 r.  
 + g o r d p i r  
 a m i t e  
 cat or a i p t i m  
 p t m y p d t i m  
 l u p l o g e  
 a n t e c e d e n s i n m  
 a h u s e t b i t z  
 u t  
 cat u r t u m s p r  
 + t e r i t r  
 J n f a p r  
 i s t e m m  
 p a t m  
 m e d i m  
 d e f b m y u g i s m i  
 t r a n J o q u æ s t i  
 o m g e t r i m i l l s  
 t u  
 r p a r t i s  
 at  
 s e . p  
 s t o T H o e z



accidens, genus, proprium, definitionem: tanquam si diceres, Prædicabilia, ut scholæ loquuntur, sunt sex: prædicabilia sunt decem: prædicabilia sunt tria: prædicabilia sunt quatuor. Quid verò si partes orationis in Grammatica, quæ partibus rationis, id est, argumenti generibus in Dialectica respondent, tam absurda leuitate diuidantur, quis doctrinam talem non irrideat? Partitio, quasi viarum distinctio est, quibus peruenias ad finem definitione præcedente monstratum. Sed de hac partitionum inconstantia suis locis copiosius dicitur: & in Organica specialis categorematis partitione non solum est inconstantia, sed contra veritatem Logicæ, magna est repugnantia: Nam cum totum Logici sit opus, medium inuenire & disponere, ad inueniendum & disponendum medium, totum hoc specialis categorematis commentum prorsus alienum est: nec enim medium in syllogismo simplici, de quo solo Organum loquitur, semper simpliciter & affirmatè κατηγορεῖται, sed partim subiicitur, ut in prima figura: partim semel tantum κατηγορεῖται, ut in secunda: partim duntaxat subiicitur: nunquam κατηγορεῖται, ut in tertia: Nec omnino ad syllogismi constantiam ista Categorix & categorematis ratio requirenda est: nec interest, quo genere sermonis, modò verum dicatur. Quare tota hæc categorematis Porphyriani aliena, & contra vsum syllogismi composita est institutio. In hoc autem libello Porphyrius, licet aliud fortassis agens & cogitans, attamen in logicam inuentionem incidit, & propositione ac diuisione categorematum, id videtur amplecti: Et certè tota inuentionio possit huc intercludi, si categorema generaliter accipiatur. At Porphyrius aliter accipit. Atque ut si quis Grammaticæ partem nesciret esse etymologiam, scriberet autem de nomine & verbo, imprudens in etymologiam incideret: sic Porphyrius, quamuis inuentionem, Logicæ partem esse non attenderet, nec ad eam pertinere generis, speciei, differentix, proprii, accidentis cognitionem, tamen de his præcipiens, huc delabitur.

Quare

Quare si quod erit in tota Institutione catholicum logicæ inuentionis documentum, distinguemus ac retinebimus. Ad præmium veniamus.

In præmio summa Institutionis proponitur: Vbi tria notabis, vtilitatem rerum, compendium Institutionis, authores quos imitatur Porphyrius. Vtilitas generis, speciei, differentiæ, proprii, accidentis, quadruplex describitur: Prima ad Categorias Aristotelis, quas singulas, Porphyrius putauit classes esse rerum per genera, species, differentias, vt paulò post ipse declarabit: quod cuiusmodi sit, postea videbitur: Accidentia autem & propria & communia, in alia Categoria essent. Secunda ad definitiones: quæ si propriæ sunt, constant genere & differentiâ: si descriptiones quædam, è propriis etiam & accidentibus. Tertia ad diuisiones, quæ præcipuæ sunt generis in species & differentias: item in proprietates & accidentias. Quarta ad demonstrationes, quæ sunt ad Aristotelis legem, ex causa prima & summa, qualis differentia est. Vtilitates hæ veræ quidem sunt: at non omnes, nec catholicè propositæ. Grammatica valet ad rectè loquendum: Itaque huc etymologia, syntaxis, & partes omnes referendæ. Si doceas partes orationis valere ad epistolas familiares, ad colloquia, & ad eiusmodi vtilitates alias, præceptum facies ridiculum: Quia quod catholicum est & generale, per partes specialiter instituis: At generalia generaliter, ait Aristoteles, & specialia specialiter docenda. Duobus rectis tres pares angulos habere, verè per species diceretur: at sophisticè, reclamatione Aristoteles. Porphyrius igitur, vt in qua Logicæ parte versaretur, ignorauit, sic rerum, quas tradidit, vsum summum nesciuit. Valent porò genera, species, differentiæ, propria, accidentia ad bene differendum, siue definiendo, siue partiendo, siue demonstrando, siue proponendo, siue argumentando: siue probabiliter, siue necessariò fiat. Nec audiam hîc voluntatem Porphyrij, tanquam legem aliquam, quòd ita docere voluerit, nec ideo reprehendendus sit: Nam si prudens

Aristoteles  
 genera . pet  
 species  
 differentia  
 propria  
 accidentia  
 or

ut m  
 + ut  
 a

prudens offendit, grauiùs offendit: Secùs inquam, velle debuit, vt rectè doceret. Nec pro libidine, quicquid volles, docere tibi licebit: Sunt enim leges bene docendi: quas in docèdo, qui despicit, arguendus & corrigendus est. Secundo procemij loco compendium Institutionis à Porphyrio proponitur, ideóque arduas quæstiones sit omiffurus de genere & specie: Vtrùm substantiæ sint, an animo tantùm cogitentur: Et si substantiæ, vtrùm corporeæ, an incorporeæ: Item vtrùm seiunctæ, an in sensilibus, ac circa ea positæ. Grauißima in scholis, Idearum disputatio fuit, quæ modò generis & speciei nomine, sicut apud Platonem & Aristotelem significatur: vtrùm substantiæ quædam essent in Dei, rerum opificis, mente. Quæ opinio refellitur in Parmenide Platonis: & secundo libri huius capite refelletur argumentis Aristotelis, an cogitentur tantùm. Rerum quidem notiones animo continentur: res autem ipsæ extrà sunt. De vniuerso animantium genere cùm cogitamus, communis omnium animantium notio in animis nostris inest: animantes autem ipsi in terra, aqua, aère: cælo etiam, si Platoni & Aristoteli creditur, stellas animatas facientibus. Et hæc opinio logica est, & ideo permultis apud Platonem locis idea nil aliud est, quàm genus logicum: qua de re etiam postea capite secundo iterùm dicam. Ergo genera & species, sunt quædam corporea, vt metallum, arbor, animal: quædam incorporea, vt animus, angelus: quædam seiuncta à materia, vt animus, angelus: quædam in sensilibus, & circa ea, vt genera & species quantitatis, qualitatis: linea, superficies, corpus, color, calor, frigus, humor. Idea etiam interdum species seu forma dicitur: Idea boni sexto de Rep. dicitur à Platone, deus: de qua significatione modò Porphyrius non quærit. Has igitur quæstiones Porphyrius proponit, & ait arduas esse ac difficiles: In eóque dupliciter peccat: Proponere id primùm non debuit, quia non est necessarium, homogœneum, primò catholicum ad differendum: nec hinc ideo scientificum. Deinde cùm proposuisset,

co in ut  
 v tra t.  
 am  
 ut  
 t.  
 d  
 m  
 f  
 v  
 v l to  
 1 st qn  
 a cum  
 mt

fuiſſet, debuit diſſoluere: Fixit enim crucem, vbi ſeſta-  
tores eius cruciarentur, vt cruciatos hîc Ammonium  
& Bocetium videmus. At præterit, inquit: Concedo in-  
quam, ſed Rhetorica præteritione valdè incôgrua: quia  
quæſtio difficillima, diſcipulo proponitur, cuius tamen  
ſolutio neſciatur. Tertio præmiij loco profitetur Por-  
phyrius ſe veterum philoſophorum doctrinam hîc ſe-  
cuturum, præcipuè autem Peripateticorum. Notabis  
igitur hîc non omnia, quæ præcipiuntur à Porphyrio,  
eſſe Ariſtotelea: Imò, ſicuti locis ſuis, docebo, ferè nihil:  
Et imperitè factum ab iis, qui Porphyrium in Organum  
Ariſtotelicæ Logicæ incluſerint: Primùm, quòd ſint etiã  
hîc plurima non Ariſtotelea: Deinde ſi quod hîc catho-  
licum Logicę documentum ſit, in Organo tam commo-  
dè explicatum eſt: nec in arte Ariſtotelis, tautologia ab  
Ariſtotele vehementer damnata, adhibenda fuit: Ariſto-  
telis enim lex iubet generalia generaliter & ſemel tan-  
tùm doceri. Denique minimè Organi interpretatione  
decebat, etiam ſi commoda eſſet, Organi tamè partem  
connumerari: & Ariſtotelis authoritatem, cum inter-  
pretis, ab aliis interpretibus frequenter improbat, no-  
mine communicari.

## D E G E N E R E.

Genus à Porphyrio definitur hoc capite, & diſtin-  
guitur à ſpecie, differentia, proprio, accidente: Sed ante-  
quam definiatur, ſignificationes eius tres recenſentur:  
vna, qua genus dicitur quorundam tum ad vnum quip-  
piam, tum ad ipſorû inter ſe modo quodam affectorum  
multitudo. Sic Herculeorum genus dicimus collatione  
vnus Herculis, & ſui ipſorum inter ſe cognatione. Quę  
ſignificatio, logica eſt, & inſtituti propria, qua genus di-  
citur quod multis commune eſt, eſſentia nempe, & ipſa  
communicãtium multitudo: Sic animal, genus pecudis  
& hominis dicitur, quia eius eſſentia communis eſt pe-  
cudi & homini: Sic animalium genus dicitur, quia mul-  
torum

eorum communem essentiam habentium collatio: & sic Hercules, genus est Herculeorum, vt animal animalium singulorum: & eodem modo genus Herculeorum dicitur, vt animalium. Peccat tamen hîc Porphyrius, quòd Herculeorû genus, collatione vnus Herculis putat dici: Hæc enim significatio secunda est, qua genus à Porphyrio dicitur, quod generat, & quod est ortus causa & principium: vt pater, filij genus: & sic Aristoteles ait vicelimo octauo capite quinti libri Philosophiæ, genus pro generatione dici: & sic appellari Græcos genere, id est genitore, quia primus eorum parēs, est Græcus: ergo etiam Hercules sic genus Herculeorû: Quomodo etiã Latinè dixit Ouidius secundo Metamorphoseos,

*Iam cognosce genus* —, id est patrem. Ergo in hac significatione Porphyrius Aristotelem non imitatur, sed doctrinam, Aristotelis doctrinæ contrariam docet. Hîc etiam peccat Porphyrius, quòd locum, genus incolarû dicit: Nec enim Athenas, genus Atheniensium dicimus: sed Atheniensis, sic genus est Atheniensium, vt animal animalium: Verè tamen ait hoc secundum generis significatum vulgare, & prius esse eo, quod primum fecit. Tertia significatione genus dicitur, cui subiicitur species. Horum similitudine fortassis appellatum hîc Porphyrius hallucinatur: & hæc significatio tertia in primam recidit, & vbi multorum tum ad vnum, tum ad se se collatio essentialis est & affectio: ibi multa illa singula species sunt. Porphyrius intellexit duo significata esse generis, vnum vulgare & primum, quo genus pro genitore dicitur: alterum similitudine & metaphora mutatum, quo multorum tum ad vnum commune, tum inter se collatio comprehenditur. At explicare intelligentiam suam non potuit, ex vna significatione duas fecit: Attamen nondum genus talium partium subiectarum communione definitum est, nisi talis communio sit non secundum accidens, sed secundum essentiam. E tertia generis significatione Porphyrius aliam generis definitionem deducit: Genus est,

est, quod de multis & differentibus specie in quæstione quid est, affirmatur. In qua definitione cõmunis essentia partium comprehenditur magis, quàm explicatur: imò secùs quàm doceat, comprehenditur. De generis autem definitione duas opiniones diuersas in scholis video fuisse, & ab Aristotele traditas: illam priorem simplicem, qua genus dicitur multirudo essentiâ similitium, vel essentia multorum similis: & hanc Porphyrianam, qua genus definitur, quod de multis & specie differentibus in quæstione quid est, affirmatur: De qua vtraque commodiùs differetur, cum erit de specie, quod Porphyrius tradit, consideratum. Diuisio categorematum sequitur, quòd alia de vno, vt indiuiduum: alia de pluribus, vt genus, species, differentia, proprium, accidens. Consideremus hanc partitionem: primùm Porphyrianam, id est è Chrysippo aut nugatore aliquo alio collectam, non Aristoteleam esse video: nec in tota Aristotelis Logica sic categoremata diuiduntur, sed omnium rerum partitio est cõmunis etiam in propositione subiectarum, nō attributarum & categorematum propria: Sic enim Aristoteles in Interpretatione: Sunt verò rerum aliæ quidem communes, aliæ propriae. Et illic commune definit, quod in multis dicitur, vt homo: Propriū quod nō, vt Callias: & sic enuntiatio communis & propria non ex attributo, sed potiùs è subiecto dicitur. Ergo ista categorematum diuisio non est Aristotelea, nec omnino legibus & principiis Aristotelis consentanea: tum commune categorema diuiditur in genus, speciē, differentiam, proprium & accidens: Cur verò species, differentia, proprium, & accidens vnus non erunt, vt multorum? Sedenim rebus omissis partitio longè magis est vitiosa, multoque minùs catholica: Nam de causis, forma, & de comparatis, dissimile, differentia nomine comprehenditur: finis, efficiens, materia, omittitur: effecta & adiuncta & comparata reliqua nomine proprii, accidentis confunduntur, de subiecto tacetur: partiu, totius, definitionis, testimonij ratio nulla hinc habetur.



rur. Quæ tamen omnia logica categoremata sunt, eaque simplicia & affirmata, vt interim de oppositorum generibus in contrariis & repugnantibus taceam, quoniam non omnia categoremata, sed simplicia duntaxat & affirmata Porphyrius sibi proposuit. Hæc inquam, omnia partitione ista exclusa sunt: Et quamuis idem fortasse possit esse & efficiens & forma & simile & accidens, & è cæteris eodem modo, attamen non ideo rationes singulorum non sunt distinguendæ: Idem genus est & species, rationes tamen generis & speciei distinctæ sunt: sic finis, formæ, efficientis, materiæ, & cæterorum rationes distinguendæ & definiendæ fuerunt: Neque pro scholastica categorematis consuetudine iam dicatur, argumenta illa non *κατηγορεῖσθαι*: id enim iam antea refutaui ex Porphyrij & Aristotelis doctrina & autoritate, quibus categorema simplex est, quod enuntiationem non facit. Sic, vt iam posui, In senectute canescere: Cicatrix ex vulnere obducta, Porphyrio categoremata simplicia sunt: Sic Aristoteli in Topicis descriptio quæuis & definitio, categoremata sunt: Imò verò species relatione generis, categorema non erit, quia tantum hac ratione subiicitur: & tamen species est verè illo modo: & à Porphyrio postea etiam relatione generis definietur. Quamobrem è numero simplicium & affirmatorum categorematum, quæ sibi tractanda Porphyrius proposuit, tot & tam multa reiicienda non fuerunt. Hoc partitionis huius Porphyrianæ vitium magnum est: deinde cur proprium & accidens communis categorematis duæ species efficiuntur, cum accidens sit propriij genus, & proprium species, & omne Porphyrianum proprium sit accidens inseparabile? tum cur differentia, proprium & accidens potius efficiuntur species communis categorematis, quàm de vno affirmati? an nulla est differentia? an nullum est proprium indiuiduorum? quomodo igitur erunt? quomodo definiuntur? an nullum est accidens singulare? Cur igitur Porphyrius in hoc capite dicit accidentia communiter, sed non propriè

nec  
 ut  
 +  
 +  
 +

rima  
 +  
 +  
 +  
 +  
 +  
 +  
 +

nec den est tu s  
 proprii. et proprium  
 spec. idem.  
 ha porphyrii  
 at dua spec. s  
 + or  
 + propr

at aliquod a  
 li mod proprii  
 tu i di idur  
 non solum commun  
 atq. gema.

propriè alicui? quod ter deinde repetitur de accidente  
 communi. Postremò languida ista & tot plagis cōfecta  
 partitio, contra methodum hîc est collocata: Etenim A-  
 ristoteleam methodum adhibeamus, iubentem vt na-  
 turâ priora præcedant, posteriora sequantur: quo tan-  
 dem loco categorematæ partitio esse debuerit? nonne  
 antecedere speciales singulorum categorematæ defi-  
 nitiones debet? At hîc primo categoremate definito  
 sequitur: Ergo partitio Porphyrij non solum vitiosa est,  
 sed præpostera est: postremò videamus, quamobrem  
 hîc adhibeatur: Categoremata sunt sex, genus, species,  
 differentia, proprium, accidens, indiuiduum. Genus de-  
 finitum est, ad illud à ceteris categorematæ distinguen-  
 dum, & docendum planiùs cætera nondum definita, id  
 est ad cognitum incognita adhibentur. Aristoteles hoc  
 appellat petitionem eius quod in principio est, & inter  
 sophisticas sordes reponit. Ergo Aristotelis iudicio, Por-  
 phyrij doctrina sophistica est. Tum verò ridiculum est,  
 istas rerum differentias exquirere, si definitio recta ad-  
 hibita sit: Definitio enim vera explicando quid res sit,  
 eam ipsam ab omnibus rebus aliis distinguit: & sicut  
 magister ipse Porphyrius docet, definitio non solum  
 genus, sed differentiam rei maximè propriam compre-  
 hendit. Itaque quam nobis generis differentiam exqui-  
 rit, si generis definitione, generis à cæteris rebus diffe-  
 rentiam concludit? Nec Porphyrij voluntas hîc nobis al-  
 legetur: Voluit inquit, rudem isto modo discipulum  
 docere. Voluit igitur contra leges bene & facilè docen-  
 di: cōtra leges Aristotelis, cuius interpres videri voluit.  
 Genus definiendum sibi proposuerat, poterat è Philo-  
 sophia Aristotelis, illam veram definitionem seligere:  
 de communiōne multorum essentiâ similium, vel es-  
 sentia multorum simili: & exemplis insignibus illustra-  
 re. Quisquiliæ & nugas collegit, generis veram natu-  
 ram obscuravit. Sed in hac distinctione categorema-  
 tum vnum est valdè ineptum, quòd accidens dicitur at-  
 tribui in quale quid: quod etiam postea repetitur in dif-  
 ferentiis

per porphyrii  
 hinc b  
 d  
 diff x  
 t  
 n

ferentiis generis & accidentis: Sic enim Porphyrio differentia & accidens idem fuerint. Neque iam expecto, ut nobis obiiciatur, genus isto modo definitum, categoria non futurum. Etenim cur non fuerit? An si κατηγορεῖσθαι verbo in definiendo non utar, categoria non facio? Porphyrius ipse in definiendo proprio & accidente, κατηγορεῖσθαι verbo non utitur, sed accidere, sed esse, abesse, inesse dicit. Et tamen inter categoriata, proprium & accidens collocat: Non igitur, quia τὸ κατηγορεῖσθαι verbo in definiendo genere non utor, idem genus categoria non facio. In Topicis Aristoteles, ut genus, sic proprium, definitionem, accidens, categoriata appellat: nec in his definiendis κατηγορεῖσθαι verbo utitur. Tollatur igitur tam scholastica, tamque puerilis ineptia: neque nobis obiiciatur, artium propria vocabula esse: Propria etenim sumto: quis negat? sed ex communi usu artificum deprompta, non ab inertibus magistris somniata. Artifices porro rationis, sunt homines: ex eorum igitur usu deducantur artis vocabula.

## DE SPECIE.

Species hoc capite definitur, & diuiditur in subalternam & specialissimam: Eademque occasione definitur genus generalissimum & subalternum: Vocabula hæc sua coniugatione ἐνέργειαν quandam continent: & cum generale & speciale dicamus, non video cur non generalissimum & specialissimum, si non latinè, at certè logicè dici possit. Itaque etiam hæc teneamus: ne si melius quæramus, deterius inueniamus. Res tota magis hîc turbatur, quàm capite superiore turbata est. Speciei significationes duæ sunt, altera propria, qua species dicitur forma cuiusque: Altera modificata, qua dicitur pars generis. Secunda significatio logica est, & hîc tenenda: sed Porphyrius, ut iam monui, declarat se nescire definitionis usum: Definit speciem, partem generi subiectam: nec intelligit hac definitione speciei logicæ, differentiam

3 r b . gator  
 p gr .  
 ferentiam à cæteris significationibus cõtineri. Est verò  
 hïc admirabilis nugator Porphyrius : Sic enim appellat  
 Aristoteles nugas, hoc vitium , cùm res eadem sapiùs  
 dicitur . Definitiones speciei decem cumulantur , tres  
 speciei in vniuersum : Species, est quod subest assignato  
 generi: item, quod generi subiicitur: item, de qua genus  
 in quæstione quid est, affirmatur. Deinde specialissimæ  
 speciei definitiones sex: prima, quod multis & differen-  
 tibus numero in quæstione quid est, attribuitur : secun-  
 da, quæ tantummodò species , non etiam genus: tertia,  
 qua species inferior alia nulla est: quarta, quod ante in-  
 diuidua proximè dicitur : quinta , quæ cùm sit species,  
 non potest esse genus: sexta , quæ species cùm sit, in spe-  
 cies diuidi nequeat : Deinde subalternæ speciei defini-  
 tio, quæ & genus & species & genus esse potest. Permi-  
 scetur hïc etiã generis definitio vna, generalissimi duæ,  
 & ex iis quædam etiam sapiùs repetuntur. At mirifice  
 Porphyri, quid ad illam Aristotelis magistri legem re-  
 spondebis , nugas & repetitionem damnantis , & inter  
 sophistarum fines adnumerantis ? Si quis tres angulos  
 duobus rectis pares in vnaquaque trianguli specie do-  
 ceat, sophisticè docet & demonstrat : Tu quid hïc agis?  
 an de industria nugaris, & Aristotelis præceptum despi-  
 cis ? Polliceris nobis initio compendiariam institutio-  
 nem : quid igitur præstas ? Si definire speciem volebas,  
 vna definitio id præstare debuerat : at tres cumulas . Si  
 cùm genus speciémque definisses, definire velles subal-  
 ternum, generalissimum, specialissimum : definitiones  
 requirebantur , quot res erant definiendæ , non plures:  
 alioqui fuerint nugæ: At tu sine delectu, sine iudicio, sex  
 pro vna conturbas , & quicquid vndique potes , aggre-  
 gas: & dum Dialecticæ doctor videri vis, in vera Logica  
 te vehementer rudem & indoctum esse prodis . Hæc  
 prima capituli huius est Logica , hoc iudicium de nugis:  
 quæ certè ex Aristotelis Logica, quæ nunc est, deductæ  
 non sunt . Genus deinde & species Porphyrio sunt ad  
 aliquid: & tamen quanquam id non crederet, quod à di-  
 scipulo

par .  
 s .  
 p .  
 i .  
 m .  
 ob .  
 et .

cipulo suo tamen credi vellet, ex altero alterum definiendum tantum non putavit. Sed speciem definit, quæ dicitur de pluribus numero differentibus in quæstione quid est. At ista relatorum natura est, sicut Aristoteles docet, ut naturam simul sint, nec alterius absque altero natura possit intelligi: imò id ipse Porphyrius hinc ait. Ergo dum Porphyrius absque relatione hac speciem definit, re ipsa negat & inficiatur, quod verbo docet. Tertio loco, Aristotelis Categoria permiscetur intempestive: si categorema Porphyrij & Categoria Aristotelis sint doctrinæ diversæ, ut Porphyrius ipse putat: ἐπερογένετα siquidem est Aristoteli damnata. Categoriæ substantiæ exemplum Porphyrianum Valla reprehendit: imò Aristoteles ipse condemnat: Porphyrius hinc corpus animalium, facit animalis genus: At Aristoteles quinto capite quarti Topici contra sic ait: Non attenduntur autem plerunque ij, qui totum in parte constituunt: ut qui animal, corpus animalium aiunt: Nequaquam verò pars de toto dicitur: itaque non fuerit corpus animalium, genus animalis, quoniam pars est. Ergo Porphyriana substantiæ Categoria, ex Aristotelis doctrina deducta non est, sed ex aliquo eorum philosophorum, quos in proœmio præter Peripateticos sese dixit imitaturum: Et valde simplices eos merito iam dixi, qui Aristotelei Organi partem hanc, Aristoteli præsertim contrariam cacotechniam fecissent. Quartò facit Porphyrius collationem subalterni duplicem: altera enim genus est, altera species: facit generalissimi unam, quia tantum genus est. Ut igitur sibi constaret, & comparationis redditionem expleret, specialissimi debuit etiam unam facere collationem, quia tantum species esset: At duas fecit, & hominem non solum animalis, sed Socratis & Platonis speciem dixit: quod cuiusmodi sit, mox videbo. Quinto scholastica quæstio movetur: An ens, commune genus sit omnium entium: de qua apud Aristotelem contrarias opiniones duas video: altera negatur, quod hinc Porphyrius negat: altera contrarium affirmatur, ut in Philosophia

phia primo capite vndecimi libri, vbi  $\alpha\delta\upsilon$ , ens, genus statuitur: & quarto vndecimi, vbi entis differentia primæ statuuntur vnum & multa: cætera omnia, species: Quæ opinio secunda verior est, nec homonymia verbi est: quæ ratio est primæ opinionis: Omnia enim entia, definitionē entis habent communem, licet entium sint aliis alia præstantiora: sicut ex animalibus homo longè pecudi præstat: habet tamen comunē definitionē generis cum pecude. Et peior opinio à Porphyrio delecta: sed tamen vtraque inutilis & vana, cùm Logicus etiam ente quouis altiùs caput erigat, & de non ente etiam differat, vt ex Aristotele iam docui secundo libro. Sexto loco, Platonis methodus ad amplificandum tantùm nugas, non ad eius vsum, à Porphyrio confunditur. Plato in Philebo docet omnia æterna vno & multis constare, terminumque & infinitatem habere: comunemque intermediam ideam diuidendam esse, donec ad infinitatem peruentum sit, quæ ipsa omittenda sit: Hæc illic Plato: quæ Porphyrius hîc suis, non Platonis verbis interpretatur, à generalissimo per subalterna ad specialissimas species descendendum, vt indiuidua secludantur. Quæ regula ab Aristotele tam probata est, vt omnibus Philosophiæ partibus, non in logica solum ab eo celebrata sit. Disputationem eam totam, nono Animaduersionum libro copiosè differemus: At Porphyrius quid hîc misceret, ignorauit: Huius regulæ singularem & admirabilem vsum nunquam, vt ex eius factis apparet, cogitauit: Nam si ad regulam illam suam, Institutionem direxisset, nunquam in has nugas incidisset: definitionibus, partitionibus, exēplis perspicuis & succinctis rem vnā, vna doctrina, & vno tantùm loco docuisset: non iterasset sapiùs, res alienas non miscuisset. Neque verò locus erat hîc de methodo illa Platonica præcipiendî, sed in dispositione, post propositionis & syllogismi declaratam doctrinam. Ergo Platonis regula ad inanem pompam hîc inscienter & ineptè producitur. Septimo proluxa & nugatoria oratione dilatatur generis proprietas,

prietas, quòd de specie dicatur, non contrà: & superiora denique de inferioribus, non contrà. Oçtauo & extremo loco indiuidua nominantur, ex eo quòd proprietatibus vnumquodque constet: quarum collectio nunquã in aliud quicquam conueniat: & multis totius Institutionis Porphyrianæ partibus differre numero indiuidua dicuntur, non specie: quod etiam non rarò in Aristotelis Philosophia præcipitur: sed & contrarium præcipitur. Hac de re iam dicamus paulò plenius & vberius, & generis definitionem huc reiectam accuratius consideremus: & illa nobis opinio constituatur, de genere & specie, quam probamus & sequimur. Genus, est multitudo essentiã similiarum, vel essentia multorum similis: Species, pars generis: sic animalium, sic hominum genus, quia multitudo essentiã similiarum: sic animal, genus animalium singulorum: sic homo genus singulorum hominum, quia essentia multorum similis: Sic homo, species animalis, sic Socrates species hominis. Nihil autem refert ad speciei naturam, vtrum generis pars communis sit multorum, vt homo & bestia: an vnus propria, vt Socrates & Plato. Hæc opinio probanda nobis & demonstranda est: Ac ne qua nominis homonymia fallamur, tollamus generis & speciei significationes alienas: logicas tantum definitionibus expositas teneamus. Genus, significat aliquando genitorem, aliquando etiam speciem: de hoc genere modò non loquimur: species, significat aliquando formam, aliquando causam formalem, vt in physicis: aliquando ideam, aliquando substantiam, vt Alexander annotat in Philosophia sexto capite libri tertij: aliquando etiam significat genus, vt quinto capite primi Posteriorum Græci interpretes adnotant: de hac specie non loquimur, de logico genere, de logica generis specie loquimur. Dico igitur (vt iterum statuam) quicquid multorum communis & similis essentia est, illud est multorum illorum genus, & illa multa essentiã similia, species eius sunt: & sic hominem, genus esse singulorum hominum, & singulos ho-

F iij

mines,

Genus est multitudo  
essentiã similiarum  
vel essentia multo-  
rum similis.  
Species pars generis.

Genus est singulorum  
essentiã similiarum  
vel essentia multo-  
rum similis.  
Species pars generis.

mines, species esse hominis dico. Vnde igitur huius rei veritas exquiri potest? ab illo nēpe veritatis fonte, vnde omnis nostra disputatio manauit, ab Aristotelis principiis, obseruatione, experientia, inductione: Hic de artis institutis disputamus: Nauticæ dogmata, è naurarum vsu facta sunt: militiæ præcepta, è militum consuetudine sumpta sunt: sic Logicæ decreta, è communi logicorum, id est hominum vsu, sumenda sunt. Ergo quemadmodum iudices plerunque, sic nos in rem præsentem veniamus. Dicis Sequanam Lutetiæ exaruisse: id nego: Vt igitur controuersiam tollamus, huc ipsi veniamus, vt coram oculis & sensu fidem nobis faciamus. Dico genus, esse multitudinem essentiâ similium, vel essentiam multorum similem: & sic hominē, genus esse Platonis & Socratis, Platonémque & Socratem, species hominis: In rem igitur præsentem veniamus, nihil somniamus, nihil commentemur. Finge illa ipsa tempora, quibus logicum Organum ab Aristotele nondum collectum erat: Dialecticæ vis fuit, & homines, genera quædam & quasdam species dixerunt atque intellexerunt: Hic naturalis vsus, hæc humanitatis regula: Hæc Aristotelis experientia & inductio & finis & principium est: Vnde non dico temerè arripi, sed prudēter obseruari Dialecticæ præcepta omnia deceat. Consideretur igitur quid ea res est, & cuiusmodi, quam homines significant his vocabulis, genus, generalis, generaliter, generatim: species, specialis, specialiter, speciatim: Hoc obseruato, hoc posito, quod inficiari nemo, nisi malitiosè, possit, genus id omne dicemus, quod species habet: speciem, partem generi ita subiectam, vt eius non solùm nomen, sed definitionem & naturam vsurpet: communis multorum, an vnus propria sit, nihil interesse. Sic Plautus ait,

*Iuppiter, qui genus colis, aliisque hominum.*

Et Cicero: Dum genus hominum extabit, ait 2. Philip. Et idem cùm de se post reditum loquitur: Messenius legem speciatim de mea salute promulgauit. Sic ab eodem etiam difinitur genus primo de Inuentione: Ge-

nus,



nus, est quod plures partes complectitur, ut animal: pars  
 est, quæ subest generi, ut equus: Sed sæpe eadem res alij  
 genus, alij pars est: Nam homo, animalis pars est, The-  
 bani aut Troiani genus: Hic genus definitur multitu-  
 dine partium, & pars pro specie dicitur: tametsi exēpla  
 speciei de Thebano & Troiano minùs accurata sunt.  
 Sic generalis & specialis quæstio dicitur à Quintiliano:  
 sic generaliter aliquid & specialiter sæpe dicitur: Sic Se-  
 neca hominem, animalis speciem dixit: genus autem  
 Catonis, Ciceronis, Lucretij: Itaque, ait de homine,  
 quia continet multa, in genus cadit: quia sub alio est, in  
 speciem. Sic Iureconfulti loquuntur, cum hominem, ge-  
 nus: Stychem & Pamphilum, species appellant: Qua de  
 re lex est de Stipulationibus, in quibus aliàs species,  
 aliàs genera deducuntur: Sic iidē loquuntur, cum aiunt  
 in mutuo recipi non eandem speciem, sed idem genus:  
 Vbi Iureconfulti eleganter appellant eandem speciem  
 & idem genus, quod vulgus in scholis, idem numero,  
 & idem specie dicit: Socratem enim & Platonem scho-  
 læ dicunt numero differre, non specie: & esse duo indi-  
 vidua, speciem vnam: Meliùs Iurecōsulti, qui duas qui-  
 dem species, genus autem vnum vocant. At malim ve-  
 ri & proprii sermonis vsum à Iurecōsultis id est Reipu-  
 blicæ principibus, quàm à scholis inertium philosopha-  
 storum petere. Quod si dixeris Plautum, Ciceronem,  
 Senecam, Iureconsultos parum acutè differere, attamē  
 hoc mihi concedas, eos homines humano & naturali  
 hominum more loqui, cum hominem genus dicunt Ca-  
 tonis: Catonem, speciem hominis. Quod ad quæstio-  
 nem meam cōcludendum satis est: Doceo enim ex vsu  
 populari & naturali, id est vnico dialecticæ artis autho-  
 re & magistro singulari probari hanc orationē, Homo  
 est genus Catonis: Cato est species hominis. Et ista est  
 Aristotelis experientia, ista est obseruatio, hoc denique  
 Aristoteleum omnis doctrinæ principium. Attamen ne  
 quisquam queratur, parum certis naturalis vsus exem-  
 plis tantam quæstionem concludi: proferam authorem

u. A. \*  
 res partes plerit.  
 p. re est quæ b  
 ni per d.  
 cetero tam.

yf. os har. et  
 in + " l )  
 i. adent. i. a  
 et n. g. A  
 . 3 .

eum philosophum, quem philosophorum omnium principem & Homerum constat fuisse: Platonem dico. Quid igitur Plato? An ait hominem, Socratis esse speciem, ut Porphyrius ait? Imò verò & planè & clarè & frequenter dicit hominum genus, ut dicit genus animalium: Et in Regno, cum de speciei & partis differentia præcipit, axioma eiusmodi confirmat, quo necesse sit omnes has Porphyrij ineptias everti: Quicquid species est, & partè necesse est ipsam esse eius rei, cuius species dicatur. Quid est igitur? An cum speciem, ut fingit Porphyrius, quæ partes indiuiduas habeat, Platonis iudicio species erit earum rerum, quarum totum est? at contra hîc affirmat: & si quo alio loco hominem, Socratis speciem, id est *ιδέα* diceret, certè typum ipsum diceret, vnde indiuidua, quæ vocantur in Organo, velut ectypa formarentur: Quomodo sæpe & generales & speciales rerum notitias, ideas, ut mox dicam rursus, appellat: Imò pro eodem genus, species, idea sæpe apud eundem ponitur, ut in Parmenide: quomodo in posterioribus Analyticis Aristoteles etiam loquitur aliquot locis: Quo pacto etiam nominare possis animal, speciem hominis: & quoduis genus, speciem subiectarum sibi partium, quia ex eo, velut ex ore aliquo, quasi imago & similitudo ducatur & exprimat: Verùm aliud est species, cui opponitur effigies & imago: quomodo loquitur in Oratore Cicero: Perfectæ eloquentiæ speciem animo videmus: effigiem auribus quærimus: aliud species, quæ generi subiecta dicitur, & tanquam pars in toto comprehensa. Agitè verò, missos & poetas & oratores & Iureconsultos, quin Platonem ipsum missum faciamus: Aristotelè potius audiamus, & præceptis & exēplis id ipsum quod aio, confirmantem: Etenim non in dubio opere aliquo, sed in prima & summa Philosophia libri decimi tertio capite, genus ita definit: Dicitur verò genus, quo ambo differētia, vnum secundum essentiam, dicuntur. Genus nimirum definitur hîc communis essentia multorum: nec in partibus, speciei differentia, sed essentialis communio

munio proponitur: Et ibidem capite septimo: Id enim genus voco, quo ambo vnum idem dicuntur, habens differentiam, non secundum accidens, siue sit vt materia, siue sit vt aliter. Hic communiter genus definitur totum, cuius partes in ipso sunt, vnum, non secundum accidens, sed vt dictum est prius, secundum essentiam: & hic rursus partium communio essentialis in genere definiendo proponitur: Ergo videmus ex iis Aristotelis locis genus esse essentiam multorum similem: vt nihil interlit ad generis rationem, partes communes sint multorum, an vnus propriæ: Atque hanc suam doctrinam Aristoteles vsu & exemplis suis etiam confirmat, & huc naturalem vsu accommodat: Sic primo & tertio & quarto capitibus libri tertij Philosophiæ, vocantur vltima genera in indiuiduis, vt homo: Et in eadem Philosophia primo capite libri primi dicitur, Hominum genus arte & ratione viuit: Item in Longitudine vitæ, Diuturnioris vitæ est hominum genus, quàm equorum: Hominum genus, equorum genus, præceptis docet esse, & vsu suo cõfirmat. Quamobrem positam generis definitionem, demonstratam & confirmatam satis habemus: Secundam opinionem iam consideremus, qua genus à Porphyrio definitur, quod de multis & specie differentibus in quæstione quid est, affirmatur. Quæ definitio id tantum veri complectitur, Genus est, quod de multis essentialiter affirmatur: Cui respondet illud nostrum, essentia multorum similis. Partes igitur definitionis videamus: Prima pars illa, de multis affirmari, nostræ definitioni conuenit: de hac igitur disputari nihil est necesse. Secunda pars, differentibus specie, videtur omnino non congruere, quia singuli homines, de quibus homo dicitur, specie differre Porphyrio non dicuntur. Quamobrem inquam? quid enim est hoc ipsum specie differre? Id verò nobis ab Aristotele in Philosophia libri decimi capite octauo proponitur: Quæcunque siquidem in ratione sunt contrarietates, faciunt specie differentiam: Quæ verò in toto materiæ complexu, non faciunt:

q r t i n  
 trar da  
 sunt e ff  
 onti  
 to  
 complexu  
 t ior  
 e

faciunt : Vbi multis verbis docetur differre specie, quæ  
 forma essentiali differunt, non quæ accidentibus: Et ra-  
 tio illic pro forma sumitur, vt sepe apud Aristotelē : Ad  
 quam definitionem duobus modis responderi potest:  
 primò si vera sit, tamen singulos homines specie differ-  
 re: deinde captiosam & fallacem esse. Ergo priùs illud  
 agatur: Etenim inquis, homo & leo, forma communi  
 differunt. Et Cato inquã, & Cicero, forma quoque pro-  
 pria differunt: nec numeri differentia, quam inducis,  
 aliud est, quàm propriæ & indiuiduæ formæ differētia:  
 speciēque & formæ, vt communis & diuiduæ, sic pro-  
 priæ & indiuiduæ differētia sua est: Etenim longè aliud  
 videtur esse de fœmina & mare, aliud de Socrate & Pla-  
 tone: mutatis enim accidentibus, seruata essentiali for-  
 ma, potest numero vnus & idem esse fœmina & mas, vt  
 Aristoteles ait, & à poëtis de Tiresia proditum est: & à  
 Platone duodecimo legum de Cæneo, quomodo ex fœ-  
 mina, vir factus est: & reuera est, vt Hermaphroditus &  
 Androgynus: vt copiosè Plinius quarto capite libri se-  
 ptimi. Verùm duæ substantiæ, vt sunt Socrates & Plato,  
 detractis cogitatione omnibus accidentibus, essentiali  
 forma seruata, ne cogitari quidem posse videtur, vt ea-  
 dem numero & vna fiat essentia: aut si dicatur, singula-  
 rum substantiarum formas ex accidentiũ concursu fi-  
 ri, indèque numeri differentiam gigni, absurdiùs vide-  
 bitur offendi, quia substantiarum forma, id est substan-  
 tiæ primaria causa, fiat accidens: Deinde quia singula-  
 ria sola subsistant, quiduis erit accidens, substantia pro-  
 fus erit nulla: aut certè solæ rerum communes & sepa-  
 ratæ à singulis rebus ideæ, substantiæ erunt: quod Ari-  
 stoteles tam vehementer improbauit: denique essentialis  
 homo nullus erit, nisi communis, & vt ita dicam,  
 idealis. Nec sequitur, si formam Socratis & Platonis a-  
 liter, quàm accidentibus explicare non possis, ideo  
 formas essentielles diuersas non esse. Etenim philoso-  
 phi omnes vix ac ne vix quidè vnã hominis formam  
 norunt: attamen illa generali causæ ratione, norunt  
 omnium

h  
 poi. fuz.

o d. ff. r. e. p.  
 propria et indiuid  
 ter. ff. r. e. p.  
 h. p. d. ff. r. e. p.  
 commun. i. u. a.  
 fo. a. d.

g  
 u. i. p. u.

omnium rerum aliquam esse essentialem formam, quæ res sunt id quod sunt, quamvis specialiter quid vnaquaque sit forma, nesciant. Quare vel ad hanc specificæ differentiæ definitionem, singuli homines secundum formam, numero vnus homo non erit: numeróque differre, nihil aliud erit, quàm propria forma differre. Quæ propriæ formæ differentia non est minor, quàm formæ communis differentia. Duæ lineæ pedales singulares sunt, numero tantùm different, inquit: At inquam, hæ duæ lineæ quamvis accidentia sint, non substantiæ sint, in eodem tamen simul esse non possunt: neque permissionem aut confusionem dimensionum, natura rerum patitur: multò igitur minùs substantialium formarum permissionem patitur. Et quantò maior in singulis similitudo communis formæ, tantò maior est etiam differentia propriæ formæ, sicuti contrariorum sub eadem generis forma communicantium albi & nigri maior, quàm non communicantium albi & calidi. At (sicut in proverbio est apud Aristotelè septimo Politico) Grauius bella fratrum. Sed Aristotelem potiùs interpretationis huius authorem adhibeamus, vt à quo veram generis definitionem accepimus, ab eodem contrariæ refutationem sumamus: singulósque homines specie differre doceamus. Quicquid enim differt, differt aut genere aut specie: genere quidem differunt, quorum non est communis materia, neque generatio mutua: vt quorum est alia figura attributionis: specie verò, quorum est idè genus: Hæc Aristoteles, decimi libri Philosophiæ capite tertio: vnde assumo: At inquam, homo non differt ab homine, genere, quia communis est singulorum hominum materia, & homo generatur ex homine: Ergo homo differt ab homine specie, singulique homines sunt species, & homo, genus eorum. Quare ex Aristotelis doctrina, imò veritate ipsa conuincimus, etiamsi differre specie, esset differre forma essentiali, tamen singulos homines & indiuiduos, specie differre. At vt de secundo iam differamus, ea definitio captiosa est, & homonymia

a + p. et uer.  
 generis differt  
 q. v. n. b. p.  
 communis materia  
 neq. generabilis  
 materia:  
 p. et uer. d.  
 q. v. n. b. p.  
 m. s.

monymia significationis fallit. Etenim de specie logica differitur hoc tempore, non de causa formali, non de pulchritudine & cæteris, quæ species etiam significat. Definis speciẽ logicam relatione generis & cognatione. Ex hac igitur definitione dicam differre specie, quæ speciem habent diuersam: differre genere, quæ genus habent diuersum: Et vt diuersæ species inter se genere different, sic inter se diuersa genera specie different: nec enim patre differunt, nisi filij; nec filio, nisi patres: & sic relatio generis & speciei tenebitur: At idem rogatus, respondes ex alia significatione, quàm definiaris: & ais differre specie, quæ forma essentiali differunt: quasi species pro essentiali forma nobis esset definita: De specie logica loquimur, eiusque definitionem quærimus. At Porphyri (quod te iam sapius moneo) definitio rei, continet etiam rei differentiam, si definitio vera est: Tu verò definitionem speciei logicam è genere nobis instituis: differentiam autem è forma nescio quam facis: Perinde ac si genere definito interrogatus, quæ genere differrẽt, dicerem, quæ differunt patre & genitore, quia etiam generis est illa significatio. Quapropter ridiculum est aliunde speciei definitionem, aliunde differentiam petere: Totumque id scholasticum commentum reiiciendum, & concludendum, in secunda generis definitione, nihil esse, quod primam definitionem generis impediatur. Pars vna superest, quòd nostra definitio non doceat genus in quæstione quid est, affirmari: concedo: neque id omnino in generis definitione necessarium esse contendo: nam si maximè verum esset, extrinsecus tamen id accideret generi: naturale penitus & insitum, id est essentiali non esset. Etenim definitio propriè & verè respondetur ad quæstionem quid est: & tamen ex eo nequaquam definitio definitur: Accidens enim definitionis est, quod ad quæstionem quid est, adhibeatur: natura definitionis & essentia non est: Ita si genus ad quæstionem quid est, responderetur, attamen id accidens eius esset, cum genera rerum omnium cogitari & esse possint,

definitio rei  
est + et  
v. d. ff.

possint, etiam si nil interrogetur: Ita cum à genere abesse integra generis essentia, certè accidens esset. Veruntamen id in genere omnino falsum est: nec enim genus ad quæstionem quid est, respondetur, sed definitio, ut Aristoteles ait in Posterioribus, ubi certissimas instituedarum artium ac disciplinarum vias instituit: Illic enim genera quæstionum (An est, quid est, quia est, quamobrè est) diuidit, & quæstionè quid est, definitione, nõ genere solo soluèdam & exprimendâ præcipit: Et certè cum rei genus quæritur, nõ quæritur quid est, sed curus generis, vel è quo genere. Experientia, obseruatio, inductio Aristotelis adhibita, quæstionem hanc dissoluet. Categorematici sermonis ineptiæ hîc etiam fortassis obiicientur, sed satis iam refutaui. Hæc igitur Aristotelis indubitata principia sequamur. Sunt alij & contrariæ autoritatis loci apud Aristotelem: concedo: Sed Aristotelis philosophiam, omnium veterum philosophorum collectâ philosophiam esse meminerimus: in qua variæ sunt & sepe discrepantes & contrariæ opiniones: sed in eadem philosophia sunt Aristotelis etiã principia, per quæ licet è contrariis opinionibus congruentem Aristotelis iudicio sequi. Id modò facimus: Porphyrij imperitiam hîc arguimus, qui propositis definitionibus eiusdem rei repugnantibus, deteriorem selegit. Tu si Porphyrium tueri velis, arripe contra nos Aristotelis principia, experientiam, obseruationem, inductionem: & doce insignibus & naturalibus Homeri, Platonis Demosthenis, Aristotelis etiam, sed extra nugas istas scholasticas: denique cuiusuis probati & spectati authoris exemplis, hominem, dici speciem Socratis & Platonis: Socratemque & Platonem, hominis indiuidua dici: tum Aristoteleũ te & Aristotelis principia securũ laudabo & libenter audiã: secus confiteare te de præceptis contendere, quorum vsũ nescias, quorũ principia nescias: Et caue ne dicas hominẽ, genus quidem Socratis appellari in vsu populari & naturali: at in schola & doctrina nequaquã: artes enim omnes si veræ sunt, ex vsu naturali

No. n. n. s. sed of  
his ad quæstionem  
quid est respondet

discrepant in præceptis  
& contrariæ opiniones  
apud aristotelem.

Nullus pro b. n. s.  
ut h. n. s. n. s.  
dicitur propter omnia platonem  
& socratem. fortasse 13  
& platonem n. s. d.  
& socratem dicit.

2. r. s. on s. f. v. ex.  
 i x sub tu  
 v. la + sing. lar. b.  
 y r s. p. f. +

rali & singularibus exemplis profectę sunt, ait Aristoteles: nec in omnibus artium & generalibus præceptis, aliud docendum est, quàm in singularibus exemplis agitur. Discimus in schola Logicā, vt ad humanę rationis vsū maturiùs accedamus: mea definitione accedemus citò: tua nunquam. At dicet aliquis, summa fuerit categorematum confusio, si genus isto modo definiatur: Idem enim erit & genus & differentia & definitio: Nam sic animalium rationalium diceretur genus, & animal rationale, genus singulorum animalium rationalium: sic rationalium genus diceretur, & rationale, genus singulorū rationalium. Quænam inquam, ista confusio fuerit? aut quàm non ab Aristotele cõprobata? Aristoteles primo Topico categoremata quatuor efficit, accidens, genus, proprium, definitionem: Genus illic definit, quod de multis & specie differentibus in questione quid est, affirmatur. Quid inquam definitio animalis, nõnne de multis & specie differentibus in questione quid est, affirmatur? nõnne iccirco genus est? an dices categorema non esse, quia dictio non vna sit? At Aristoteles ipse partitione sua, categorema facit, & precipuum categorema: & iam de dictione simplici docuit falsum, nec Porphyrio, nec Aristoteli id esse visum. Quid differentia? nõnne ibidem ab Aristotele nominatum in generis locum admittitur, si communis & generalis fuerit? Etenim, ait, differentia cū generalis sit, loco generis est habenda: Quomodo igitur inquires, categoremata distinguentur, cū sit idem & genus & definitio & differentia? Quomodo inquam, genus & species, causa & effectus, forma & differentia, pars & totum distinguētur, cū idem possit esse genus & species & cæterorum vnumquodque? Ratione opinor, & definitione dices distingui: Sic igitur animal rationale, definitio erit, quia explicat propriè & succinctè quid res sit: & genus, quia est essentia multorum communis: & cætera similiter. Quamobrem (vt disputationē nostram concludam) Genus, est multitudo essentiã similitum, aut essentia

e. ms. d. f. r. h. o. t.  
 i. h. t. i. a. l. e. p. r. o. d. e.  
 i. d. u. t. d. r. t. o. n.  
 t. h. t. b. e. n. e. f. i. n. i. t. i. o. n. e.  
 d. i. s. t. i. n. g. u. e. n. t. u. r. a. b. i. n. u. e. n. i. e. n. t. i. a.

D, VII -



essentia multorum similis: Et illa nimirum est idea Platonis, de qua disputationem huc reieceram: vt genere cognito, Platonis idea facilius cognosceretur. Etenim Platonis idea nil est aliud, quam genus haectenus à nobis definitum: Idque ne dubius author nobis proponatur, Aristotele doctore & interprete confirmo: licet multis locis Platonem hac de re cauillari videatur. In posterioribus igitur Analyticis, capite octauo libri primi, vnum quippiam extra multa videtur Aristoteles non probare, cum vnum & idem in pluribus probat. At decimo octauo capite secūdi, probat vnum quippiam extra multa: quod in omnibus illis quidem vnum & idem insit, omnino comprobatur, & sic vniuersale suum definit. Verūenimvero loci sunt in Philosophia permulti, quibus copiose & amplè disputatio ista tractatur, qua praeclarè vindicat Aristoteles, Platonis ideam, non esse exemplar nescio quod separatum, sed genus esse logicum: Argumentorum Aristotelis capita variis è locis in vno conferam, quò facilius quaestio tota percipiatur. Si non est idea, ait in Philosophia lib. 3. capite sexto, principiorum genera numero definita non erunt: sed tot, quot res singulae. At hoc absurdum: Vnde concluditur apertius (est enim sententia haec Aristotelici argumenti, ibi valde confusi) Ideas necessarium est ob id esse. Etenim tamen non bene, nec intelligèter exprimunt, id tamen est, quod volunt, qui dicunt ideas: & haec illis dicere necesse est, quòd idearum quaedam essentia ad singulas res attinet: nec quicquam est per accidens. Atque in eadem Philosophia quarto capite decimi tertij dicit: Socrates quidem vniuersalia, separata non faciebat. Rursusque ibidem nono capite de ideis. Id verò, quemadmodum in superioribus diximus, mouit Socrates propter definitiones, non tamen à singularibus separauit: Id rectè intellexit non separans. Ergo Aristotelis iudicio, Platonis ideae, non sunt exemplaria segregata, sed logica genera. Aliquando etiam Aristoteles appellat formam, figuram ideae, vt in Philosophia tertio capite septimi.

Hæc

Platoni id est  
 Cuius est quod dicitur  
 ab Aristotele  
 in libro de  
 essentia simili  
 aut of omnium  
 similis.

Hæc vera & logica est ideæ Platoniciæ interpretatio & intelligentia: Contraria opinio refellitur in eadem Philosophia septimo capite primi, & quarto, quinto, decimo decimotertij. Sempiterna siquidem exemplaria singularum rerum, velut imaginum, & ab iis separata (per quæ tanquam formas, imagines ipsæ resque singulares & sint & cognoscantur) ideas fingere, diceréque eas esse tantum substantiarum naturalium, easdemque esse numeros, est nugari, & poëticas metaphoras loqui: Nec enim res esse possunt per id, quod ab iis separatum sit, nec omnino generari aut conseruari: Nec quisquã hoc exemplar in agendo respicit, nec ad cognoscendum genera rerum, quæ sola tractantur in artibus, ideæ tales quicquam conferunt: sunt enim genera ipsa communitio tantum numero multiplicata: nec constantibus argumentis ideæ tales à suis authoribus confirmantur: nec enim sequitur, si scientiæ non sint singularium, sed eorum quæ sunt in multis, & quæ intelliguntur, vt sunt iccirco separatarum idearum: sunt enim vniuersalium & generalium: Et hac ratione idea fieret artificialium rerum, quarum scientia est: & negationis, quia de multis dicitur: & singularium corruptibilium & relatorum, non solum substantiarum naturalium, vt separatarum idearum authoribus placet: omnium denique rerum, quia omnes intelliguntur: Tum etiam tertius existeret homo: singularis nempe, cum communis & singularis, & idealis, vt ita dicam, prius esset. Denique si exemplaris & imaginis est aliquid commune, ideæ fuerit idea: si nihil, homonymia tantum fuerit. Postremò cum fiant ideæ numeri, quo pacto substantiarum causæ erunt: quo pacto non ex multis ideis, vna fiet idea, sicut ex multis numeris, vnus efficitur numerus? Quapropter exemplaria illa seiuncta sic Aristoteles refellit: & de iis ait decimo octauo capite primi Posteriorù, Species valeant: inanes siquidem veluti prolusionum ac præcætionum pompæ sunt. Sed de genere & specie satis: concludamus, genus esse multitudinem essentiã similibium, aut essentiã

essentiam similem multorum: Speciem, partem esse generis: Idque & ab Aristotele probari, & à Platone ideã appellari, & humanæ rationis vsu confirmari.

## DE DIFFERENTIA.

Caput tertium de differentiæ diuisionibus tribus, & definitionibus quinque succedit, nugatoriã & præposterã doctrinã valdè ineptum, nec vlla ferè parte Aristoteleum. Res prosequar deinceps, vt à Porphyrio collectæ sunt. E diuisionibus differentiæ prima est in communem, propriam, & maximè propriam: vitiosa, quia primæ duæ partes differentiæ, quæ de cõmunibus quinque categoriæ vnum est à cæteris distinctũ, non cõueniunt: Differentia communis, est accidens commune: differentia propria, accidens proprium est: potest etiam esse commune, si Porphyrius Platonice illam, imò Aristoteleam methodum, quam paulò antè insciens attigit, sequeretur, vt sequi debuit: si rectè atque ex ordine docere vellet, & rem primò definiret, istam partitionem nugatoriam esse perspiceret. Nec verò partitio Aristotelea est, nec è logico Organo sumpta: maximè propria differentia aliud efficit, eique vis à Porphyrio duplex attribuitur: prima definiendi, quia speciem quasi faciat, ideòque specifica dicitur: altera diuidendi & separandi, quia species generis diuidat & separet alias ab aliis. Hæc definiendi & partiendi vtilitas Aristotelea, est è primo Topico deducta: Neque tamen tautologia hîc opus fuit, ab Aristotele tantopere damnata. Secunda diuisione, differentia alia separabilis efficitur, alia inseparabilis: Tertia diuisione, inseparabilis alia per se, alia per accidens: At vtraque partitio, in primæ vitium relabitur: differentia enim separabilis, & differentia per accidens, quæ dicitur, non sunt tertium commune categoriæ: catholicum igitur id non est, ideòque legibus Aristotelis damnatum. At inquires, ambiguum prius distinguendum, quàm definiendum. At inquam, id ridiculè admodum

dum dicitur, tanquam definiendo non distinguamus, & definitio, tantum sit expositio rei, non etiam differentia & distinctio à cæteris. Definitio, Porphyri, cõstat differentia, vt tute ipse hîc docet: Ergo vt veram differentie significationem distingueres à cæteris, ea tantum definienda fuit, tum verissimè, tum maximè propriè, vt loqueris, distingueres. Verum pergamus: In differentia per se repetitur vis definiendi iam propõsita, quod sit in essentia ratione: tautologia nugatoria est: Item quod neque magis, neque minus, sed æqualiter subiectis suis attribuitur: quod è Categoriis Aristotelis deductum est: tametsi Aristoteles ipse aliquando id dubium faciat, vt octauo capite secundi Phisici. Repetit Porphyrius inani repetitione, tres has præclaras diuisiones, & ex illa vi definiendi, differentiam appellat cõpletiuam & constitutiuaam speciei: Intereaque religionis suæ deum nescio quem nobis fingit corporeum. Hæc prima capitis huius pars est in diuisionibus, in qua videmus quàm catholica sit Porphyrij doctrina: Secunda sequitur *ὄρον ἀπὸ γένους*, de diuisionibus: Differentia est, qua species superior est genere, quia speciei definitio differentias vna plures habet, quàm generis: At differentie accidens est, vnde minimè definienda fuit: nec enim accidens, vt hîc Porphyrius docet, per se differentia est: & tamen etiam proprio species superat genus: nec ideo soli differentie definitio ista conuenit, & alia caussa vitiosa est. Hîc etiam Porphyrius argutatur, differentias in genere esse potestate: non autem actu: quia videlicet essentia multorum communis cogitari possit, sine vlla specie. Ergo hæc prima definitio differentie vana est: nec certe ex Aristotelis Logica: Chrysippi aut nescio cuius nugatoris ista doctrina est. Secunda definitio sequitur, Differentia est, quæ de pluribus & differentibus specie in quaestione quale quid est, affirmatur: Quæ non omnem differentiam specificam & veram complectitur, nec ideo definiti propria est. At voluit, dices, generalem tantum differentiam definire. Stultè inquam, & imperitè, & contra

tra logicas verè docendi leges voluit. Sophisticè docet, ait Aristoteles, qui generale & commune specialiter & præcipuè instituit: Vera autem differentia & maximè propria est, non solum generis, sed etiam speciei: imò verò hinc specifica Porphyrio dicitur, non (quasi diceret) genifica. Sophisticè igitur Porphyrius hinc definit: Neque certè definitio hæc in Aristotelis Logica est. Hinc Porphyrius definitionem ex genere & differentia comparat, rei materia formæque compositæ: sed nec verè, nec Aristotelicè: Genus enim, vt animal est, hominis nõ solum materiam, vt substantiam corpoream, sed formæ partem continet, vt vitæ & sensus facultatem. Et Aristoteles in Posterioribus longè veriùs docet, generalibus contineri causas communes specierum, non materiam solum: Tertia definitio deinde est, Differentia est, quod natum est ea diuidere, quæ sub eodem genere sunt: Et hæc definitio vitiosa, nec Aristotelea: nam proprium & accidens, possunt etiam diuidere species: Itaque debuit Porphyrius explicare sua definitione, quomodo differentia diuideret species: Sed neque id demùm vitio careret: nec enim differentia speciem suam tantùm diuidit à specie opposita, vt in hoc capite Porphyrius appellat, sed à cæteris rebus. Quarta definitio sequitur: Differentia est, à qua differunt à se singula: At differunt etiam proprio: Quare & hæc definitio similiter est vitiosa, nec ex Aristotelis Logica sumpta est. Quinta definitio postrema est: Differentia est, quod ad esse conducit, & quod quid erat, esse, & rei pars est: At genus ad essentiam rei conducit, & eius pars est: Vitiosa igitur & ista definitio est, nec Aristotelea. Hæc sola definitio fuit, quæ logica posset videri: Causam siquidem formalem complecti voluit, sed explicare non potuit: Forma siquidem est causa, qua vnumquodque est id quod est, & à cæteris distinguitur rebus: & nomine differentia; in scholis etiam Aristotelis conturbatur, quia hac vna maximè res differunt: At prior eius virtus erat definire rem & formare: vnde sequebatur differentia & dissimilitudo

rerum. Et illa nimirum Porphyrij sunt in hoc capite, specificum, completiuum, constitutiuum speciei: sed Porphyrij aliena commenta colligentis, quorum vsum ne cogitasset quidem vnquam. Quin differentia nomen totum comparationis est: nec simpliciter & sine comparatione dicitur differentia huius, sed differentia huius ab illo: Et proprie Aristoteles primo Topico, similitudini opposuit: quomodo etiam in Topicis Cicero: quomodo etiam in comparandis postea categorematibus Porphyrius, cum quaerat, quid commune, & quid differens habeant. Ergo forma, causae nomen est: differentia, comparationis. Neque redeamus ad illas scholasticas sermonis ineptias, quod forma non sit categorema. Cur enim non erit? nonne conuenit suo formato? An si hoc modo dicere non liceat, Homo, est anima rationalis: illo modo non licebit, Homo, est praeditus anima rationali. At nimium de categoricis nugis, & nimis saepe respondeo. Videmus igitur totum caput, quam tot definitionibus & diuisionibus nugatorium: quam etiam amethodum & praeposterum: quam denique nil verum, imò ne Aristotelicum quidem doceat. Vani tantum nugatoris, & quidem fortassis eorum cuiuspiam, contra quos Aristoteles disputauit, commenta hic à Porphyrio collecta sunt.

## D E P R O P R I O .

Proprium, modis quatuor hic describitur: Quod soli speciei, non omni accidit, vt homini, medicum esse: Quod omni, non soli, vt homini bipedem esse: Et soli & omni & aliquando, vt homini in senectute canescere: Quod soli, omni, semper, vt homini, natum esse ad risum: Hic morbus idem, qui prius: & ideo eadem medicina esto. Si de proprio quicquam praecipendum esset in Logica, primo definiendum esset proprium, differentia maxime propria: tum vnica definitio esset, qua categorae significationes alienae essent distinctae. Sophisticum est, ait Aristoteles, plures doctrinas pro vnica facere. Deinde

de hæc quatuor definitiones, ex Aristotelis Logica non sunt acceptæ, sed è Chryssippea aliqua: Aristoteles enim quarto capite primi Topici longè secùs istud docet: definit enim proprium, quod non indicat quid est, esse: soli autem conuenit, & cum re conuertitur. Præterea negat esse quicquam verè proprium, sed aliquando, vel ad aliquid. Tum verò qualis est quarta Porphyrij definitio? Etenim Aristoteles, vt proprium à definitione distingueret, addidit illud (quod non indicat, quid est, esse.) At id Porphyrius omisit: An dices, id verbo (accidit) à Porphyrio comprehendi? quod proprium accidat, ideòque non indicet, quid est? Ergo inquam, illud est, quod capite secundo monui, accidens, genus esse Porphyrio: speciesque duas accidentis ab eo describi, accidens proprium & commune: Et imperitè species generi præponitur: & genus imperitè pro vna specie postponitur. Aliud etiam est hîc vitium, quòd proprium, speciei accidere dicitur: Nec enim species cum proprio, sed cum genere confertur: Tum verò cur speciei potius, quàm generi, quàm etiam indiuiduo accidere dicitur? an indiuidui, an generis proprium nihil est? Subiecti verbo hîc Porphyrius vti debuit, vt paulò pòst in definiendo accidente. Sic Aristoteles docet quarto capite primi Posteriorum, subiectum proprio essenziale esse: & in ratione quid est, dicente: indèque propositiones per se fieri. Et in Topico primo, rei, non speciei nomen adhibuit. Quàobrem si Porphyrius Aristotelis doctrinà colligere vellet, verum proprium primo loco definire, & ex subiecto, non ex specie definire debuit: Si inquam, de proprio in Logica præcipuè præcipiendum esset, ita præcipiendum esset. At quinam locus in Logica proprio proprius erit? Aristoteles in Topicis facit è proprio quandam descriptionem, & definitionis ideo speciem: vt hominis proprium, Grammaticæ capacem esse. Id si sequimur, proprii doctrina, cum definitionis doctrina coniungetur. At simplicia quædam adiuncta, non definitiones tantùm, aut descriptiones suo etiam subiecto, omni,

foli, semper accidunt: Quin forma & differentia, for-  
 mati propria vel à Porphyrio dicitur, cum ait differen-  
 tiam communem, propriam, maximè propriam. Quid  
 igitur? Certe commune quid sit, Logico est intelligendum  
 non minùs, quàm quid proprium: de illo tamen  
 nullum in Logica præceptum ponitur, quid commune  
 & quot modis dicatur: Idem est de proprio: commune  
 causæ, propriæ causæ, communia facta, propria facta.  
 Communia item similiter aut propria cetera argumen-  
 ta sunt, proprium nullum est argumenti genus, vt ge-  
 nus, species, forma, de quibus iam diximus. Nec magis  
 decet accidentis speciem è proprio facere, quàm è com-  
 muni: nec accidentis potiùs, quàm cuiuslibet argumen-  
 ti. Res tamen quæ modò à Porphyrio proprij nomina  
 videtur significari, ad factorum vel adiunctorum locum  
 attinet: Ita proprium ignis, calefacere; hominis, naturam  
 esse ad risum.

### DE ACCIDENTE.

Accidens definitur quod adest & abest absque sub-  
 iecti interitu: & hoc adesse & abesse, Porphyrius inter-  
 pretatur re ipsa aut cogitatione: Itaque efficitur acci-  
 dens aliud à subiecto separabile, aliud inseparabile, nempe  
 actu. Hic Porphyrius sapientior est in definiendo  
 accidente, quàm fuerat in proprio, accidentis specie  
 definit enim accidens ex subiecto, non ex specie: Et ta-  
 men hoc valdè absurdum est, quòd genus pro vna spe-  
 cie modò numeretur, tanquam accidens, esset species  
 categorematis opposita proprio, proprij genus non ef-  
 fet. Definitur rursus accidens duabus aliis definitio-  
 bus: Quod accidit eidem inesse aut non inesse. At ista  
 definitio cum superiore congruit: nugatoria tautolo-  
 gia tantum est. Tertia deinde sequitur definitio: Acci-  
 dens, quod neque genus, neque differentia, neque pro-  
 prium, in subiecto verò semper consistit. At hæc definitio  
 per negationem facta, ab Aristotele primi Topici capitulo  
 quarto, superiori postponitur: & si Porphyrius vellet Ar-  
 ristotelis



aristotelis doctrinam tam breuiter colligere, quam initio profiteretur, è duabus definitionibus, melior & Aristoteli probatior colligenda fuit: Verùm ex Aristotelis vna duas, primam & secundam facit: & quã Aristoteles postposuerat, adiungit: Quasi Porphyrius sine iudicio, sine delectu proposuisset omnia vndique accumulare, quæ quisquam iis de rebus dixisset. At illa non est compendiaría institutio nobis initio promissa. Ergo Porphyrij doctrina non minùs est híc vitiosa, quàm priùs fuerat. Imò verò & res quæ docetur, híc magis confusa: Accidentis enim nomine, facta, adiuncta, etiam rerum inter se comparationes cõprehenduntur, vt Aristoteles quarto capite primi Topici: Attamen cum dicimus, Cato sibi manus attulit: Cæsar Galliam subegit: Cato est sapiens: Cæsar est fortis: Sibi manus afferre, Galliam subigere, sapientem, fortem esse, non satis propriè accidentia Catonis & Cæsarís dicimus, sed propriè facta & adiuncta. Neque certè in Græco sermone minor est huius sermonis improprietas: Etenim vt Aristoteles ipse nos in Philosophia docuit tricesimo capite quinti, & secundo sexti, & septimo vndecimi, accidens, propriè significat fortuitum, infinitum, inordinatum: quod neque ex necessitate, neque frequenter eueniat: vt si quis plãtã gratiã scrobem fodiens thesaurum inuenerit: Denique Aristotelis iudicio accidens est fortuna seu casus: & causa per accidens, sic ab Aristotele sæpe dicitur. Ergo tantam cõfusionem tollamus, res propriis nominibus distinguamus, & distinctas doceamus: facta, adiuncta, comparata separemus: ambiguitatẽ tollamus: Amphibolia magnum doctrinæ vitium est, & ab Aristotele inter sophisticas captiones numeratum: Quamobrem si Porphyrius, vt polliceri videtur, vellet Aristoteles Logicę compendiaríam institutionem de accidente tradere, debuit accidētis ambiguitatem talem tollere, & factorum, adiunctorum, cõparatorum locos, ab Aristotele ipso præsertim in Topicis distinctos, distinctè tradere. Atque Porphyrij doctrina est de genere, specie, differētia, pro-

prio, accidente, eiusmodi. Genus & species ad logicæ inuentionis locum de toto & partibus attinent: Genus à Porphyrio definitum verè & propriè non est: Species vera definitio cum falsis confusa: Differentia neque nomine suo & proprio, id est forma dicitur, nec vsquam verè definitur: Proprium, logicæ artis præcipuum nihil est: Accidens, fortunæ & casus nomen est: quo ideo vitiosè factorum, adiunctorum, comparatorum loci confunduntur. Atque in tota de communionibus & differentis quinque categorematum, Porphyrij doctrina, quàm pauca sint Aristotelea, perspeximus, vt Chrysippi aut etiam deterioris magistri nugæ à Porphyrio collectas perabsurdum sit pro Aristotelea doctrina connumerari: Sed tamen pars operis ferè media superest, Aristotelea nequaquam, sed Porphyrij tota propria, in admirando nugarum genere consumpta: Nugæ Aristoteles tot locis & tam sæpe condemnat, vt tam sæpe ipse coactus repeto: caput denique Hydræ sophisticæ constituit: Qui dicit duplum dimidij, nugatur, ait Aristoteles, quia duplum ipsum per se dimidij intelligitur: Qui trianguli proprietatem per species docet, nugatur, quia tres doctrinas pro vna facit, ait Aristoteles. Quid verò Porphyrius deinceps agit in communionibus de differentis quinque categorematum? quas nugæ nugatur? Cõparationes facit vnam & sexaginta: communiones vnam & viginti: Differentias ipse dicit esse decem, vt singulæ semel numerentur: generis quatuor, differentiarum tres, speciei duas, proprii vnâ: At quadraginta re ipsa facit: Generis, viginti: cum differentia, sex: cum specie, quinque: cum proprio, quinque: cum accidente, quatuor: Differentiarum facit vndecim: cum specie, quatuor: cum proprio, duas: cum accidente, tres: Speciei facit octo: cum proprio, quatuor: cum accidente, quatuor: Proprii facit tres, nepe cum accidente. Et in tot tantisque nugis, definitionum antecedentium partes repetuntur, non semel & sexages tantum, quot hîc sunt comparationes similitudinum & dissimilitudinum, sed etiam ex iis quædam sunt sæpius iteratæ

iterata & repetitæ: Et duobus locis præterea Porphyrius prædicat in collatione generis & differentie: & tandem post absolutū opus, se multò plures collationes habuisse, sed has sufficere. Falsa, quæ refutata iã sunt, aut è refutationibus nostris intelligi potuerūt, prætereo. Quædam hîc etiã singularia sunt: vt illud, Sublatis differentiis rationali & irrationali, genus animal nō tolli, quia sine illis potest animal cogitari: At ô beate Porphyri, cogitari potest essentia animata, sentiens, sine vel rationali vel irrationali, cōcedo: Ergo sublatis rationali & irrationali non tollitur animal: quæ nã ista consecutio est? Cogitari potest, ergo esse potest. Cogitur, ergo nō tollitur? ergo manet in rerū natura? At id, opinor, Aristoteles nunquã docuit, esset enim idea illa separata: Hoc Porphyrianæ doctrinæ palmariū est. Alterum est non ab simile: Generi & proprio cōmune esse Porphyrius ait attribui nō magis, non minùs. At Porphyri, te ex tua doctrina cōuincō, & de proprio quod ais, falsum esse doceo. Inseparabiliū differentiarum genera duo facis, alias per se, quas ais adhiberi in essentiæ ratione, nec augeri, nec minui: alias per accidens, quas ais essentielles non esse, sed augeri & minui. At inquam, propriū tuum, est inseparabilis differentia: nō per se, quia non indicat quid est: ergo per accidens: augetur, igitur & minuitur: Alias etiam fortasse grauiores offensiones prætereo: Cōcludo totū hoc collationum genus, ineptum & sophisticum, & Aristotelis summis & catholicis legibus damnatū. Nōne verum, inquires? Sanè multis locis iam falsum esse docui: Sed tamen verum esto: quid tum? Nonne etiã, inquam, verū dicit, qui dicit duplū dimidij? At nugatur, inquit Aristoteles, & sophisma facit. Nonne qui docet Isofceles, Isopleurum, Scalenum, tres angulos duobus rectis pares habere, verum docet? at nugatur, ait Aristoteles, & sophisma facit. Quamobrem simplices iuuentutis animos his tricis & apinis ne diutiùs impediri & retardari patiamur. In Organo leges catholicas & indubitatas, & ab omnibus philosophis concessas, de materia artis, de  
forma

forma artis audiamus & sequamur : iis cætera indicemus & æstimemus : quæ conuenient illis , probemus quæ repugnabunt , tollamus. Repetitiones hæc principis Aristotelis sunt contrariæ , nec quicquam nisi Porphyrij ignorantiam logicam possunt ostendere : Descripsit Porphyrius categoremata , ergo genera & differentias , id est communionem & differentias categorematum proposuit. Si quærat igitur Porphyrius , quas communionem , & quas differentias habeant , nõne quærat , quæ genera & quas differentias habeant ? Sed tamen esto , nil offenderit Porphyrius : Categoremata sua , indiuiduum , genus , speciem , differentiam , proprium , accidens rectè definierit , nil nugatoriè repetuerit : attamen institutionis Porphyrianæ paupertas & inopia summa fuerit . Omnis enuntiationis , ideòque omnis ex enuntiationibus facti syllogismi materies , omne fundamentum his categorematis continetur vulgo creditur : In capite primo refutauit , sed è re ipsa , ex fine & vsu ad extremum refutemus : Nec enim solum descriptionem artis : sed multò magis vsum spectemus : Quandiu enim de præceptis artis disputatur , nullum tam verum , tamque constans argumentum reperitur vnquam ad hunc errorem confutandum , cui captione & sophismate obsisti non possit : vsui autem naturali & vero sic illudi non potest. Quis igitur vsus , quis fructus de Porphyrij doctrina petitur ? quomodo iuuentus hîc exercetur ? Exercitatio porrò duplex est , altera in analysi dialecticorum exemplorum , altera in genesi & effectione similium , vel etiam præstantiorum. Quinam igitur oratores , qui poëtæ , qui philosophi , cuius doctrinæ doctores : quomodo denique Porphyrius ipse , Porphyrij præceptis explicatur ? quæ thetica in scholis scribendo , declamando , colloquendo disputantur ? Hîc familiariter agam & ad Porphyrianorum categorematum vsum cognoscendum , Porphyrium ipsum proponam . At inquiet hîc magister aliquis , quem admodum faber fabricatur arma , quorum vsum nescit , sic

sic philosophus logicus, artem logicam docet, cuius  
 usum tradere non debet. Quid igitur inquam, nonne  
 est ars aliqua arma fabricandi, cuius usus est arma fa-  
 bricari? quæ cum faber fabricatur, usum suæ artis exer-  
 cet & exprimit? At tu magister, nihil fabricaris, nil  
 etiam discipuli fabricari tui ex tua doctrina discunt:  
 Saltem eos doceres in Porphyrio ipso, si in aliis autho-  
 ribus non potes, quis sit usus Porphyrianæ Logicæ.  
 Agè verò: nonne ut Grammatica Donati grammaticè,  
 sic Logica Porphyrij logicè descripta est? Donatus do-  
 cet omnem dictionem, qua in loquendo scribendove  
 utimur, esse nomen, pronomen, verbum, aduerbium,  
 participium, coniunctionem, præpositionem, interie-  
 ctionem: & huius ipsius doctrinæ exemplum ostendit,  
 & usum interea exercet: Nulla enim dictione utitur,  
 quæ non aliquo eorum octo generum contineatur: ut  
 puer Grammaticæ discipulus iam possit & nominum  
 & pronominum & reliquorum usum & exemplum in  
 eo ipso Donati libello cognoscere: ac si in primo illo  
 versu, (Dominus, quæ pars orationis?) Donatum roga-  
 uerit, ut singulas dictiones ad artem referat, Donatus  
 sine mora dicet, Dominus, est nomen: Quæ, pronomen:  
 pars, nomen: est, verbum: orationis, nomen. Simile de  
 Porphyrio nunquid est? Porphyrius docet, omnia quæ  
 de re aliqua verè possunt dici, eius ipsius rei esse indi-  
 uiduum, genus, speciem, differentiam, proprium, acci-  
 dens: Si verè docet, suæ iam doctrinæ exemplum &  
 usum in hac his de rebus doctrina ostendit & exercet,  
 & tam multas toto libro de genere, specie, differentia,  
 proprio, accidente, indiuiduo: definitionum, partitio-  
 num, proprietatum, communitatum, differentiarum,  
 explicationum denique omnium rationes necesse est  
 esse subiecti, de quo dicuntur, indiuiduum, genus, spe-  
 ciem, differentiam, proprium, accidens. Sic igitur, quis-  
 quis Porphyrium interpretaris, usum artis Porphyria-  
 næ nobis ostende, & fructum categorematum, in ipsa  
 categorematum doctrina experiri incipe: considera  
 singulas

singulas definitiones, quænam sui definiti, sui que sub-  
 iecti, de quo dicuntur, categoremata sint: an indiuidua,  
 genera, species, differentiæ, propria, accidentia sint,  
 perspicere: ut in oratione, nulla dictio sit, quam Gram-  
 maticus non referat ad aliquam octo partium: sic vide,  
 an omnis enuntiationis abs te adhibitæ categorema,  
 sit subiecti indiuiduum, genus, species, differentia, pro-  
 prium, accidens: an ratio explicatiõque nulla sit in toto  
 Porphyrij libro, quæ non sit aliquod Porphyrianum  
 subiecti sui categorema: Denique quoniam singulæ  
 rationes, genera, species, causæ, cætera argumenta, in  
 logicis sunt, quod in grammaticis dictiones singulæ,  
 explica nobis in Porphyrij prælectione singulas ratio-  
 nes, quibus tota Isagoge cõtexitur, & ad Porphyrianas  
 categorematum species reuoca, ut Grammaticus ille  
 singula orationis vocabula ad octo partes orationis  
 reuocaret: Ut enim Grammaticum, qui hoc nesciat, sic  
 Logicum, qui illud nequeat, esse neminem putaremus.  
 Hæc prima & facillima exercendorum categorema-  
 rum via est, quæ nos admonẽbit, qualis sit Porphyrij  
 doctrina, quod non omnia categoremata, ad omnes  
 enuntiationes & explicationes & ratiocinationes ne-  
 cessaria tradiderit, cum tam multis utatur, de quibus  
 tamen nil præcipiat: In omnibus enim pronuntiatis  
 negantibus, quæ tam multa in Porphyrio sunt, nullum  
 est Porphyrij categorema: in omnibus pronuntiatis,  
 definitionem de suo definito indicantibus, quæ tam  
 multa sunt in Porphyrio, nullum est Porphyrij catego-  
 rema. Hic naturalis vsus, qui vel in ipso Porphyrio est:  
 hic inquam vsus, Porphyrium sine mea disputatione  
 vlla conuincet & confutabit, & demonstrabit non om-  
 nium enuntiationum fundamenta nobis à Porphyrio  
 institui. Atque id cum fecerimus, categorematum ana-  
 lysim ad alios authores transferamus, eaque diligentia  
 disquiramus de singulis rationibus, ad quod catego-  
 rema referantur: Genesim adhibeamus, conemur quic-  
 quid deposita quæstione dici possit, è fundamentis &  
 instrumentis

instrumētis Porphyrianis exprimere : imperfectionem categorematum deprehendemus , infirmitatem logicorum fundamentorum sentiemus. Hanc disquisitionem & probationem doctrinæ suscipiamus : neque nobis persuadeamus hac animaduersione & disputatione, veterum libros tolli, præcepta veræ artis negligi & despici. Grammaticæ principes sunt Varro, Diomedes, Priscianus, Valla, qui tamen pueris in schola non explicantur, sed Grammatica ex his collecta prælegitur. Doctores Grammaticæ in suis priuatis bibliothecis eos Grammaticos habent : & vbi opus est, legunt & citant & adhibent. Ita Porphyrius, si lubet, si commodum est, inter Logicæ scriptores & authores numeretur. Plato de genere & specie scripsit, scripsit Aristoteles, scripserunt tam multi philosophi : quàm multos libro primo proposui : Philosophiæ itaque magister hos habeat in bibliotheca philosophos, & legat & cognoscat, sed ex omnibus, quod catholicis Aristotelis legibus congruum est, quod optimum est, discipulo tantùm tradat, vt quam facillimè & celerrimè ad vsum deducat: tam diuersis opinionum commētis, quod Porphyrius in colligendis categorematum definitionibus fecit, ne obruat: Denique si Porphyrium lubet in scholis legi, cum iudicio legatur, principiis & summis legibus æstimetur. Platonica Parisiensis Academix lex illa seruetur, non de verbo ad verbum ( vt ipsa loquitur) ne sapiùs idem repetatur, ne multa falsa, aliena, inutilia misceantur, sed de puncto in punctum, vt vera, propria, vtilia semel exposita sint, philosophorum libri doceantur. Ergo ad propositum Logicæ compendium, è Porphyrij Isagoge, veram, propriam, naturalem generis, speciei, formæ definitionem excerpamus : factorum & adiunctorum, comparatorum locum è nominibus accidentis & proprii exprimamus, eorùmque locorum vera & vtilia præcepta exquisitè doceamus: diligenter, vel ad verbum, ediscamus : Hoc quidem vehementer & laudo & probo : Verùm vsus eorum quærat

tur, exercentur in his negotiis explicandis & expediendis, quorum gratiâ fuerunt inuenta: Puer cognoscat Grammaticam, fructum Grammaticę ne quærat in clamore & grammaticis præceptis & altercatione: Discat Arithmeticam, Geometriam, disciplinas liberales & ingenuas: exercent porrò in rebus seriis, in exemplis vtilibus, nec vllam artem ad clamandum de seipsa re-pertam & inuentam existimet: vt magister tandem fiat artis, qui de præceptis clamare didicerit, etiamsi vsum nunquam audierit: imò ne cogitarit quidem. Opificiis & artificijs multis hæc amplissima ciuitas vtitur, quibus etiam artium suarum magisteria sunt: pudeat verò architectos, pistores, pharmacopolas, fartores, lanios, cæterosque mechanicos opifices, talia suarum artium examina iudiciâque fieri: Artes breuibus monumentis ex vsu & quotidiana rerum experientia depromptis & probatis, comprehensas certo tempore in exemplis perpetuis, primùm à magistro cognoscunt, deinde per se ipsi meditantur & exercent: completòque tyrocini tempore, vt magisterium artis assequantur, non solum de præceptis interrogantur, sed difficillimo genere exemplorum & explicandorum & formandorum, quid in arte valeant, tentantur & probantur: nec artificis nomine digni iudicantur, nisi difficillimum quodque & grauissimum artis, non dico præceptum memoriter recitare, sed opus in promptu facere atque exhibere valeant. Nunquàmne igitur intelligemus, nos falsò philosophos appellari, qui philosophiæ nescio quas regulas tantùm didicerimus, vsum earum ne suspicati quidem vnquam fuerimus? Si quis se coquum, pistorem, aut vllò alio genere opificem profiteatur, qui cibos curare, qui panes pinsere, qui denique opifici sui opus facere non posset, non solum nequitix & inertix hominem damnaremus, sed cõstringendum, & pistrino dignum clamaremus. Quænam igitur æquitas ista nostra est, quod in aliis supplicio plectendum iudicamus, id in nobis non solum venia, sed laude & præmio dignum



dignum iudicare? Ergo Logicam ad clamandum de logicis præceptis inuentam non putemus. Non exercuit Aristoteles viuis Dialecticam in clamoribus de Dialectica, sed in analysi & explicatione Homeri, quem Alexandro Regi exposuit: sed in præstantium authorum lectione, explicatione, cognitione, refutatione, cõfirmatione: Deinde in thesi, de ciuilibus & honestis, & humanis exēplis de artiũ studiis. Hic Aristotelis viui mos fuit exercendæ in philosophia iuuetutis: Coniungebat eloquētiã cum philosophia: Philosophiam ille manè docebat, à prandio eloquentiam: & discipulos sic exercebat, vt disertè dicerent, & acutè disputarent. Hoc in Aristotele tantum & tam singulare exemplum spectemus, amplectamur, excolamus: Hanc eloquentiã & philosophiã coniunctionem, vel potiùs hanc philosophiã cum suis præceptis exercitationem, lex Academiã postulat: plusquàm ducentos quotannis dies, philosophiã prælectionibus vacuos, ad eam rem concedit: Tanti temporis otium, Calendaria publicis Academiã Procuratorum & Rectorum tabulis & libris præposita definiunt: Nec solùm lex Academiã, tantum bonum postulat, sed recens Senatusconsultum commendat. Res facilis est, & in medio posita. Quare ne diutiùs nobis ipsis tantum bonum inuideamus.

FINIS LIBRI TERTII.



# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-  
fessoris, *Animaduersionum Aristo-  
telicarum liber quartus,*

IN CATEGORIAS.

AD

*Carolum Lotharingum  
Cardinalem.*



**Q**UARTVS *Animaduersionum liber,* in  
Categorias nobis erit: ad quas animad-  
uertendas & considerandas, Aristote-  
lis principia de materia, deque forma  
artis, teneamus. Quicquid in Catego-  
riis illi fundamento congruet, verum  
esse: quicquid repugnabit, falsum esse:  
Deinde, quod secundo libro disputatum nobis & con-  
clusum est, meminerimus duas esse partes Logicæ, in-  
uentionem & dispositionem: & quicquid Dialecticæ  
seu Logicæ fuerit, alterutrius esse: quod neutrius sit,  
dialecticæ & logicæ artis nihil esse. Quibus positis, re-  
quiramus ex methodi ratione ad Categoriarum intel-  
ligentiam & disputationem, quid Categoria sit, quæ  
sint eius genera, & quæ species. Neque græcis interpre-  
tibus, Ammonio, Simplicio, cæterisque credamus ob-  
scurum Aristotelem de industria esse, ab eoque de  
industria

industria logicas leges, à se præsertim latas violari: Id enim secūdo libro satis superque refutatum est. Aristoteles sexto Topico ait definitionem obscuram esse, si nesciatur cuius sit definitio: sed quemadmodum veterum pictorum imagines, nisi quis præscripisset, nesciretur quorum essent. Aristotelis verò mihi videtur iam hoc opus in illorum veterū pictorum numero ponendū esse: nō solūm quia quid definiat aut doceat, ex eo ipso nescitur, sed ne titulus quidem operi præpositus intelligitur. In hoc enim libro nec Categoria in vniuersum, nec in partibus sigillatim quid sit, explicatur aut definitur, sicuti patebit: imò aliter quàm necesse sit ad libri titulum intelligendum. In capite de Substantia, Categoriæ nomen bis vsurpatur: Omnes autem ab his attributiones aut indiuiduis attribuuntur, aut speciebus: à prima autem substātia, nulla attributio est. Duobus autem locis in capite de qualitate, in sententiam libri titulo congruentem legitur. Id autem manifestum sigillatim subducenti alias Categorias: vt si est iusticia iniusticiæ contraria: qualitas verò iusticia, qualitas vtique etiam iniusticia: nulla enim aliarum Categoriarum, iniusticiæ congruit. Nullo præterea loco nomen Categoriæ in hoc libro legitur: Definitionem igitur Categoriæ hīc requiro, nec in toto libro animaduerto: Hoc primū vitium est in hoc libro. Omnis scientia definitione cōparatur, ait Aristoteles 17. cap. 2. Posteriorum: Definitione igitur Categoriæ prætermissa, eius ignoratio sequitur. Methodus & artificiosa doctrinæ dispositio, primo loco definitionem expetebat: nulla est. Veruntamen sicut in Categoriæmatis Porphyrij fecimus, sic in Aristotelis Categoriis faciamus: Non definiuit Porphyrius, ipsi tamē definiuimus: non definit Aristoteles, ipsi quoque ex Organi subductione & locorum aliorum comparatione, definiamus. Video autem Categoriā esse categorematum homogeneorum ordinationem & descriptionem per generalissima, subalterna, specialissima: Primus locus est in Porphyrio, iam declaratus, vbi de-

finitionem Categoriarum Porphyrius in hunc modum describit: & exempla substantiarum, per genera & species diuisę demonstrat: vt substantia, summum sit genus, à qua per intermedia & subalterna genera, ad specialissima descenditur: Secundus locus est ex ipso Categoriarum libro, vnde constat Categoremata in Categorias distribui: Ergo tertio capite ad illam categorematum ordinationem, duę regulę sunt: Quando alterum de altero dicitur, vt de subiecto: Quotcunque dicuntur de dicto, totidem etiam de subiecto dicentur. Heterogeneorum & non subalternatim positorum diuersę specie etiam differentiarum sunt item capite quarto: Eorum quę secundum nullam complexionem dicuntur, vnumquodque significat substantiam. Hęc categoremata diuiduntur in decem Categorias: Et eodẽ capite docetur, nil eorum quę Categoriarum capiant, enuntiationem esse, sed eorum coniunctione affirmationem & negationem fieri: tanquam Categoriarum non suppeditent propositiones, sed suppeditent materiam propositionum: Quo capite eadem res diuiditur in decem genera, quę diuisa prius à Porphyrio in indiuiduum, genus, speciem, differentiam, proprium, accidens. Prima diuisione rationes rerum communes diuisę: secunda, rerum, in quibus rationes illę versarentur, genera diuisa sunt, vt Categoriarum, categoremata homogenea distincta & partita complectantur. Tertius locus est primi Analytici capite vicesimo octauo, vbi à copia propositionum describenda, Aristoteles ad Categoriarum descriptionem recurrit, & summo genere imisquę & indiuiduis omisissis, admonet media sumenda esse: Ac ferè rationes & considerationes sunt maxime de iis. Oportet autem enuntiationes circa vnũquodque horũ sic assumere. Quartus est locus, primi Posteriorũ capitibus quinque, decimo quinto, decimo sexto, decimo septimo, decimo octauo, decimo nono: quibus magna illa quęstio ex Categoriarum descriptione disceptatur: An indiuiduis summoque genere positus & finitis, media sint infinita. Quintus & postremus locus est primi

mi Topici capite septimo, cùm quatuor genera categorematum, accidēs, genus, propriū, definitio, in quatuor problematis exposita & definita essent: Postea definienda sunt Categoriarum genera, in quibus sunt expositæ quatuor differentiæ. Et deinde Aristoteles cùm decem Categoriarum genera recēsuisset, addidit, Semper enim accidēs & genus & proprium & definitio, in vna Categoriarum harum erit. Omnes enim ab his enuntiationes, aut quid est, aut quale, aut quantum, aut aliā quandam Categoriam significant. Hic locus etiam loquitur, Categorias, comprehensiones esse categorematum, nec rei cuiusquam categorema esse, quod in aliqua Categoria non comprehendatur. Quamobrem licet, vt methodus requirit, Categoria definita nō sit initio disputationis & institutionis deategoriis susceptæ, attamen ex his Organi logici locis, sententia & intelligentia iam hoc verbo comprehensa percipitur. Atque hæc de rei definitione: nomen non minùs est incertum. Cùm Aristotelis libri authore Sylla, sicuti primo libro diximus, publicati essent, liber hic videtur sine titulo & nomine fuisse, vt pictorum illorum aliqua vetus imago: Itaque Adraustus, vetus interpres, τὰ πρὸ τοπικῶν nominabat: alij aliter. Et certè *συνοχίας καὶ συνθέσεως* nomine, id in Organo nonnunquam significatur: At in Philosophia prima, varium est hoc nomen: primo capite decimi, Categoriae entis dicuntur: primo & quarto septimi vocantur *κατηγορήματα*: item *κατηγορήματα* primo septimi: sæpissimè verò *σχήματα κατηγοριῶν*, formæ Categoriarum, vt sexto & septimo quinti, secundo sexti, primo septimi, decimo noni, tertio decimi: Sed tamen res intelligatur, sitque Categoria, homogeneorum descriptio per generalissima, subalterna, infima. Quæ Categoriae definitio, nil aliud est, quàm artis & scientiæ vera methodo dispositæ definitio: Ars enim, est rerum homogenearum per generalissima, subalterna, specialissima, comprehensio & ordinatio: Sic Arithmetica numeros, Geometria magnitudines methodicè traditæ com-

plectentur : At Logica & inueniendæ & disponendæ artis, imò rei cuiuslibet legem generalem & communem tradit : artes & res ipsas singulas in logicis præceptis non ponit. Id enim catholicum non esset, nec Aristotelis principiis consentaneum : generalia enim generaliter docēda sunt, ait lex Aristotelis:secūs sophisima esto. Sed in partibus id accuratiùs disceptabitur, tantùm hinc intelligatur. Vnde verò tantus error ortus sit, si quis requirat, hinc fortasse reperiet : Quemadmodùm à Rhetoribus, sic à philosophis, inuentionis artem institutam esse : illi primo loculos proprios coniecturæ ambigui scripti, & sententiæ contrariarum legum aperuere: deinde iudicij, deliberationis, demonstrationis paulò communiores, tum ad partes orationis, locos generaliores, tandem ad omnium quæstionum, caussarum, partiumque orationis inuentionem pertinentes, ex caussis, factis, subiectis, adiunctis, oppositis, comparatis, ratione nominis, partibus, finitionibus, testimoniis : Sic in scholis suis philosophi res inibi disputari solitas contemplati, quosdam locos distinxere, substantiam, quantitatem, & reliquas Categorias : quia tractabatur in scholis eorum physicæ artes, de substantia: mathematica, de quantitibus : Deinde cùm esset ab iis animaduersum, hæc genera re distincta esse, nec omnium quæstionum esse cõmunia, altiùs peruentum ab his est, & loci illi reperi, caussarum, factorum, & reliquorum, qui essent omnium omnino quæstionum communes. Has varias Logicorum inuentiones, Aristoteles collegit, vt etiam Rhetorum collegerat : Et primus liber Animaduersionum, harum tot inuentionum magistros & authores ostendit. Hæc inquam, superiorum inuenta Aristoteles collegit, legibus autem & principiis suis congruenter nequaquam exposuit, vt tandem percipietur. Quamobrem eiusmodi caussa Aristoteles in hanc Categoriarum commentationem mihi videtur inductus esse : Simillimè fortasse atque Porphyrius in argumentorum inuentionem minimè scilicet agens aut cogitans : sed eum dico vel impru-

imprudentem atque aliud agentem huc incidisse: nec aliò, si vsum spectemus, Categorias referri posse confirmo: Et quidem quò minùs id nouum sit aut mirum, Aristoteles ipse, licet aliis verbis, tamen eòdem refert, cum Categorias dicit fundamenta esse enuntiationum, quia hinc omnium enuntiationum (vnde syllogismus fiat) materies & facultas & abũdantia depromatur. At cum syllogismi terminos tres tantum faciat, maiorem & minorem quæstionis esse doceat, ideòque extrinsecus Logico proponi, solus medius superest, qui in Categoriis ad enuntiationes conficiendas requiratur: & medium hoc, argumentum est. Quare vel Aristotelis testimonio, Categoriæ ad illum inuentionis fructum referendæ sunt. Hic ineptissimam & stultissimam quæstionem ab interpretibus & Græcis & Latinis agitaram non moueo. Rerumne an nominum Categoriæ sint, quæ in Academia Parisiensi anno Christi passimillesimo quadringentesimo septuagesimo tertio sub duobus Rectoribus, Ioanne Fanutio Parisiensi, Realium authore & defensore, & Dionysio Saleurayo Carnutensi, Nominalium duce & patrono, vt publicis Rectorum tabulis & monumentis testatum est, motus admirabiles excitauit: Neque hinc similis sapientiæ quæstionem proximis superioribus annis in Italia à quodam agitaram excito: qui cum editis commentariis, Categorias, logicæ artis negaret esse, easque Metaphysicæ subiiceret: omnes Aristotelei professores Itali contrà clamare & scribere cœperunt: vt ex hoc egregio argumento, libris & ad confirmandum & refellendum compositis, opus Iliade maius collectum & diuulgatum sit: Dico enim hoc libro neque nominum, neque rerum logicam vllam doctrinam præcipuè contineri: sed exquirendis partibus id postea suo loco tractabitur & explicabitur. Hactenus de titulo libri, de libri partibus iam disseramus. Primum caput tres definitiones habet: Homonyma dicuntur, quorum nomen solum cõmune & secundum nomen, ratio essentiæ diuersa, vt homo, & homo pictus. Synonyma dicuntur, quorum

nomen cōmune, & secundum nomen, ratio essentiaẽ eadem: vt homo & bos, & nomen & essentia animalis cōmunicāt inter se. Aristoteles tertio capite primi Elẽchorum homonymia ad verbũ retulit: vt *μανθάνειν*, significat discere, quod est discipuli: & intelligere, quod magistri possit esse. Si quis esset proprius in Logica locus synonymorum, attamẽ satis esset synonyma definiri, homonyma definiri non oportuit: Nam in arte cùm sit virtutis definitio necessaria & homogœna, contrarij vitij definitio neque necessaria est neque homogœna. Satis igitur erat synonyma definiri, si proprius eis esset in Logica locus. At vtrunque alienum est & heterogœnũ: Grammaticum enim est, & sermonis, non rationis: nec ideo logicum: Et Aristoteles in Elenchis ait ex homonymia natam captionem fieri propter dictionẽ: At Logica nõ est dictionis, sed rationis tantũ. Verẽque Aristoteles ait octauo capite primi Posteriorum: Non ad externum & prolatum sermonem demonstratio est, sed ad interiorem animi rationem: quin neque syllogismus. Aristoteles omnem suam logicam aliquo syllogismi genere conclusit: & tamen syllogismum, negat esse sermonis externi, sed rationis & mentis. Vsurpemus igitur Aristoteleam sciẽtificæ materiaẽ legem: Artium præcepta homogœna sunt: Arithmetiç in Geometria est *ἀριθμητικόν*. Geometricum in Arithmetica est *ἀριθμῶν* ergo & logicum in Grammatica est *ἀγράμματον*. & grammaticũ in Logica est *ἄλογον*. Grammatica igitur grammaticẽ, logica logicẽ doceatur. Nec verò Grammaticus etymologiam dictionum interpretari potest, nisi significationes earum intelligat: & ista synonymia, vel homonymia videtur etiam extra Grãmaticam esse. Nec enim Grammatica, dictionum significationẽ & intelligentia tradit, sed artem intellectis dictionibus bene vtendi. Synonyma denique & homonyma nil sunt inuentionis, nil dispositionis: nil igitur logicæ sunt artis. Paronyma, quæcunque ab aliquo differẽtia casu secundum nomen habet appellationem: Vt à grammatica grammaticus, à

forti-



fortitudine fortis, coniugata sunt: quæ casus, quo nomine hîc Aristoteles vtitur, in Topicis etiam nominantur: Sed tamen non omnis ista paronymia, coniugatio est: si fortitudinis paronymum sit fortis, nō contrā fortitudo. Quare cognito in logica inuentione, coniugatorū loco, paronyma inutilia fuerint: & nugatio tantum erit, ab Aristotele tamen tantopere damnata: quia generaliter dictum in coniugatis, specialiter in paronymis repetetur. Secundum caput sequitur, vbi categorēmata diuiduntur in composita (vt homo vincit) & simplicia (vt homo & vincit:) id est in enuntiationē, & partem enuntiationis: & simplicia tantum categorēmata retinentur. Sed enim quædam eorum (vt scholasticis verbis vtar, sicuti postea sæpius cogimur) essentialiter attribuuntur, quædā accidentaliter: illud, de subiecto dici: hoc, in subiecto esse Aristoteles appellat: vnde entium quadripartitam diuisionem instituit, quod alia de subiecto tantum dicantur, vt cōmunes substantiæ: alia in subiecto tantum sint, vt indiuidua accidētia: alia partim de subiecto dicantur, partim sint in subiecto, vt cōmunia accidentia: alia nec dicantur de subiecto, nec sint in subiecto, vt indiuiduæ substantiæ. Partitio non ad inuentionem, non ad iudicium necessaria, neque ideo catholica: imò genere sermonis planè cōmentitio facta: nam (esse in) ad accidens hîc refertur. Porphyrius in capite de specie, ait speciem, totum esse, nō alterius, sed in aliis: in partibus enim tota est. & Aristoteles contrā in capite de substantia dicit indiuidua esse in speciebus: capite de oppositis dicuntur contrarię species in eodem esse genere: & in Analytico primo, cuiuscumque generis categorēma sit, sic tamē dicitur mediū in maiore, minore: aut maius minusve in eo esse, vel nō esse: & Posteriorum primi capite quarto (esse in) modò est attributi, modò subiecti: Vt par dicitur esse in numero, & numerus inesse pari: imò ibidem accidēs appellatur, quod de subiecto alio dicitur. Quare tota partitio hæc, imò partitionis etiam sermo alienus à vera Logica est: Sic Euclideanus videlicet aliquis inter sophistas vete-

res locutus erat, vnde hæc Aristoteles accepit. Tertio capite duæ regulæ sequuntur, de quibus iam dixi: Quâdo alterum de altero dicitur, vt de subiecto: Quotcūque dicuntur de dicto, totidē etiam de subiecto dicuntur. Hæc regula è loco generis sumpta est, quales vulgo Maxime locorum singulorū innumerabiles fingi possunt: Intellecta tamē generis natura in præceptis artis, hæc regula est inutilis & nugatoria: nā ex generis definitione, patet genus de suis partibus, & partiū particulis etiam dici: vt animal de homine, Socrate & Platone dicitur. Secunda regula est: Heterogeneorū nec inuicem sibi subiectorū differentes specie etiam differentiæ sunt: vt animal & scientia, sunt res heterogenæ, ideóque differentias etiā specie diuersas habent. Hæc regula ex superioris cōtrario ducta est, & in eodē numero etiam ponenda. Nugationē Aristoteles improbat, & inter sophisticas captiones numerat, etiāsi res vera, etiam si cōmoda sit. Trianguli cōmunem affectionem, qui per tres species docet, rem quidē veram & cōmodam docet, attamē sophisticè docet, ait Aristoteles quinto capite primi Posteriorum: nugatur, & tres doctrinas pro vna facit. Quapropter Aristotelis lege, harū regularū nugatio è logicis artibus tollatur. Quarto inde capite diuisio Categorematū repetitur, in simplicia, quæ partes sunt enūtiationis, & cōposita, quæ sunt enūtiationes affirmantes vel negātes, veræ aut falsæ. Tum simplicia diuiduntur in decem genera, vt appellat Aristoteles in fine noni capitis, substantiam, qualitatem, quantitatem, ad aliquid, vbi, quando, situm esse, habere, agere, pati: At ex omnibus categorematū partitionibus ista est imperfectissima. In Isagoge Porphyrij, in capite vicesimo octauo primi Analytici, in Posterioribus, in Topici primi capite tertio, Categoremata nō accuratè quidē, neque legibus Aristotelis aptè diuiduntur: At logica tamē res quædam nominibus generis, speciei, differentiæ, proprii, accidentis, summi, medij, infimi, definitionis cōprehenditur. At hîc neque res, quæ docetur, neque doctrina ipsa logica est: Diuidit

Aristo-

Aristoteles in logicis artibus entia, peccat: multoque verius ait, cum docet in Philosophia, Dialecticam esse non solum entis, sed etiam non entis: Præceptaque ideo logica quouis & ente & non ente communiora & generaliora erunt: Deinde ait entium simplicium decem esse genera, substantiam, quantitatem, qualitatem, ad aliquid, agere, pati, situm, habitum, tempus, locum: quorum inter se coniunctione, propositio omnis affirmans, negans, vera, falsa constituitur: peccat, multoque vero propius affirmat causas, opposita, ceteraque logicorum argumentorum genera, primas entis differentias & primas species esse: quæ tamen & substantia, & qualitate longè communiora sunt & generaliora: Nec tamen id satis est, etiã non entis & causæ & opposita & cætera possint exquiri: & tot modis, imò etiã pluribus falsæ propositiones fieri, quàm veræ. Ergo partitionis huius enuntiatio (omne categorema est substantia, aut quantitas, aut qualitas, aut ad aliquid, aut actio, aut passio, aut ubi, aut quando, aut situm esse, aut habere) falsa est, quia categorematis multò plures & altiores sunt differentia: eadem nempe quæ argumenti, quoniam categorematis nomen in Logicam pro fide & argumento irrepsit, ut initio tertij libri copiosius exposui: nec simplicia categoremata, id est compositi categorematis seu propositionis partes his decem Categoriis catholicè docentur. Propositionum inquam, & e propositionibus factorum syllogismorum hæc principia, hæc fundamenta, hæc categoremata decem inepta sunt: Vera autem decem categorematum genera, verè Categoriæ decem sunt, causæ, facta, subiecta, adiuncta, opposita, comparata, nominum ratio, diuisio, definitio, testimonium: Veræ inquam, sunt hæc decem Categoriæ, quas ex Aristotelis Organo, tum ex Aristotelis legibus & principiis collegimus: Veræ inquam, sunt hæc decem Categoriæ, quæ omnes omnis enuntiationis affirmatæ, negatæ, veræ, falsæ partes, omnem materiam continent. Sed de iis iterum copiosius in singulis Categoriis agemus.

Quid est substantia? Categoria non definitur: hoc autem iam monui: Dico similiter ducentis & triginta versibus, qui consumuntur in hoc capite, substantia non defini. At dicet aliquis, summum genus est, nec potest defini. At inquam, definiuntur genus, species, differentia, proprium, accidens, indiuiduū, tota substantię Categoria superiora, generaliora, id est naturā priora, à quibus consequentia non conuertitur: nihil enim est in Categoria substantię, quod non sit eorum aliquid: nec tamen genera, species, differentia, proprium, accidens, indiuiduum quarūcumque rerum, sunt in Categoria substantię. Deinde quid de relatione & qualitate respondebis, quam tamē vult Aristoteles initio definire? Paribus in causis cur ius tam dispar erit, vt illic initio definiatur duo summa genera, hīc dicatur, quia summum sit, defini non posse? Saltem fuisset initio (vt methodus & artis vera collocatio requirit) si non accurata definitio, at certē quāsdā descriptio: At ea nec primo, nec medio, nec extremo loco est: nulla vsquā est: nec quid substantia sit, omnino potest hīc intelligi. In toto capite, quatuor omnino sunt, quæ ad generalem & omnis substantię communem differentiam videantur spectare: Commune substantię, Non esse in subiecto, *χωρὶς ὄντας* dici, Nil habere contrarium, Non suscipere magis & minus. At secundum, commune est omnium cuiuscunque Categorię categorematum: nam homonymum, nullius est certi generis: nullius Categorię proprium: Reliqua verò, primum, tertium & quartum, negationes tantum sunt, per quas nil designatur aut describitur: Et in primo quod Aristoteles ait, quæ in subiecto sint, nomine tantum dici, non etiam ratione: albumque dici de corpore, albi definitionē & rationem non dici: falsum est: vt enim corpus est album, sic visum disgregat. Vt Cicero dicitur Orator, sic bene dicendi peritus verē dicitur: nec cuiusquam accidētis nomen verius de suo subiecto dicitur,

toto te

P  
1 si. Jati  
at v  
tuz.

dicetur, quàm accidentis definitio: Quæstio autem quæ hîc adhibetur de partibus substatiæ, quæ substatiæ etiam sint, Analytici primi capite tricesimo tertio differitur. Tertium quomodo verum sit, animaduertatur: etenim rationale & irrationale, contraria sunt, & sub eodem genere plurimum differunt: Quæ definitio contrariorum vera est, & obiecta in Categoriæ quantitate, non refellitur: Et quòd dico species sub eodè genere cõtrarias esse, eius rei testimoniũ ab Organo capio: Etenim Porphyrius in capite de specie, vocat nõ solùm oppositas differentias sub eodè genere, sed oppositas species, cum quærit velut impossibile quoddam, quomodo genus sub se contrarias differentias habeat: & respondet potestate, non actu habere, ne opposita in eodem esse videantur. Imò verò Porphyrius idem cum tria genera differentiarum facit, maximam pugnam & differentiam definit ex specifica differentia. At talibus differentiis homo & bestia sub eodem genere differunt: & idem author ait differentias contrarias nunquam misceri, contraria accidentia interdum misceri: Vbi non solùm formas substantiarum contrarias efficit, sed multò magis contrarias, quàm inter se accidentia contraria sunt. Hoc igitur dogma falsum est: & si maximè verum sit, tamen commune tantum sit accidens, & cum quantitate postea fit commune: nec eo potest substantia describi. Quartum si verum sit, tamen postea cum quantitate fit item commune, neque substantiam propriè quicquam describit, sed accidens commune est. Quare quæ referri possint toto isto capite ad generalem substantiæ definitionem aut descriptionem, non solùm nil propriè definiunt aut describunt, sed falsa etiam proponunt. Superest vt consideremus quæ specialiter ad species substantiæ definiendas sunt accommodata: Duæ proponuntur, prima substantia & secunda. Quæ partitio si de nominibus intelligatur, valdè fit absurda: nec aliud erit prima & secunda substantia, quàm nomen substantiam significans propriæ & appellatiuæ qualitatis, vt

Gram-

Grammatici loquuntur: & sic prima substantia appellatur Analytici primi capite tricesimo octavo, propria substantia, Si de rebus, multò absurdior: nec enim genus animalium aliud est re ipsa, quàm singula animalia collecta: nec substantiæ species alia est in secundis substantiis, quàm est in primis. Et licet in cæteris Categoriis eodem modo partiri, vt prima dicatur & secunda quantitas, & reliquæ Categoriæ similiter. Sed tamen videamus quæ pertinent ad primam substantiam in hoc capite: Primæ substantiæ neque de subiecto dicuntur, neque in subiecto sunt, neque magis, neque minus substantiæ sunt. Negationes sunt, quæ nil nobis propriè describunt: nulla categoremata affirmata, nullas Categorias affirmatas significât. De prima substantia omnia alia dicuntur, vel in ea sunt, & ideo maximæ substantiæ: Itaque primis sublatis substantiis, impossibile est aliorum quicquam esse. Hic postremus locus, est valdè lubricus. Substantiæ primæ, quanuis nulla sit hîc earum definitio, tamen res materiatae & corporeæ & sensibiles, & in quibus accidentia omnia sint, & quæ secundum sui mutationem contraria suscipiant, vt paulò post dicetur, significâtur ab Aristotele: præter eas, negatur quicquam esse. Plato sæpe docet Deum, Deique æternam sapientiam, ideas, genera, speciésque rerum complexam verè esse: Omnia ista sensibilia, quæ hîc primæ substantiæ nominantur, cùm oriantur & intereant: in dies, vel horas potiùs mutantur, verè non esse. Hic igitur à quocunque Aristoteles hanc doctrinam collegerit, Platonice philosophiæ contrarius, ait substantias, in quibus quantitas, qualitas & accidentia reliqua sensibilia sint, quæ contraria secundum sui mutationem, suscipiant: solas verò esse, solas principalissimè, primò, maximè esse: & iis sublatis, nil aliorum remanere. Quare neque Deum, neque angelos, neque hominum animos substantias esse, imò nil prorsus esse Atheus ex hac Aristotelica doctrina concludet. Nam cùm omne ens Aristoteli diuidatur in Categorias de-

cem,

cem, Deus & angeli, è nouem Categoriis accidentium nil sint, & his postremis conditionibus etiam de genere substantiæ tollantur: Aristotelis sanè ista doctrina nihil erunt. Hæc doctrina impia est, à quocunque philosopho sit hîc ab Aristotele collecta: Longèque verior est illa in Interpretatione, libri secundi capite tertio sententia, ab eodem Aristotele collecta: Quædam, sunt actus siue potètia, vt primæ substantiæ: Aristoteles igitur illo Interpretationis loco statuit quasdã substãtias, quæ non secundum sui mutationem contraria suscipiunt: quod hîc negatur. Longè etiam verior est illa sententia nono capite primi de Cælo, quæ diuina supra mundum & cælum entia, immutabilia & impatibilia collocat: optimamque & beatissimam vitam sempiterno suo degentia: vnde cæteris rebus præsterur, aliis quidem vberius, aliis parcius, & essentia & vita: quod idem repetitur in Philosophia, & magnificentius etiam asseritur. Ergo categorica ista sententia, impia est, & meliore apud Aristotelem sententia damnatur. Sed cætera videamus: Primarum substantiarum categoremata, sunt etiam cæterarum categoremata: Commune accidens est: Idem de aliis Categoriis dici potest: Primarum quantitarum categoremata, sunt etiam secundarum: hoc propriè nil describit. Prima substantia significat hoc aliquid: id est, vt iam dixi, est propriæ qualitatis: & id categorema, accidens est cum cæteris Categoriis commune. Vnum superest, quo videatur prima substantia posse describi, quòd secundum sui mutationem contraria suscipit. At hæc linea sic contraria suscipiet, & secundum sui mutationem modò recta, modò curua erit: modò longa, modò breuis: sic color idem modò similis eidem, modò paululùm mutatus dissimilis: Hoc denique categorema, accidens est commune, & valdè tamen considerandum: Impietatem enim illam imprimis sustinet, quòd primam substantiam nullam dicat esse, quæ contraria secundum sui mutationem non suscipiat: quod Deo & illis supramundanis Aristotelis entibus

entibus non possit conuenire. Ergo substantia prima quid sit, ex his præclarorum categorematum dogmatibus percipi non potest. Secunda substantia multò obsecrariùs explicatur: quòd species sit, aut genus primæ. A prima secundaque quantitas qualitasque, vt dixi, potest isto modo dici: & secunda quantitas, quæ species sit primæ, & hoc accidens commune est. Secundarum substantiarum magis substantia species, quàm genus. Hoc ex illa pietate est, quia prima substantia, quæ oritur, quæ interit, principalissimè, primò, maximè dicitur: Ideo species, quæ propius ad eam accedit, magis substantia, quàm genus. Secunda substantia significat quale quiddam, & magis genus quàm species. At Porphyrius genere & specie, quid: differentia, quale quid significari docet, & idem in Topicis affirmatur: nec ex iis ineptis cognoscere omnino quid sit secunda substantia: Hæc enim categoremata, communia duntaxat accidentia sunt. Quamobrem tam longa torversuum oratione, substantia neque generaliter, neque specialiter explicatur: Imò neque satis propriè nominatur: *σείρα* enim, quo verbo hîc utitur Aristoteles, essentiam significat, & commune nomen est, & causas cõplectitur. Itaque & quantitatis & qualitatis essentia dici potest: sic in definiendis synonymis & homonymis ratio essentiæ accipitur: Sic Aristoteles ipse appellat formam, cuiusque rei essentiam: Sic sæpe etiam totam rei naturam: Id quod modò dicere voluit, explicare autem non potuit: magis propriè *ὑπόστασις*, substantia diceretur: quo etiam verbo Porphyrius utitur. Ergo etiam nomine communi & omnium siue quantitatum, siue qualitatum, siue rerum cæterarum naturam complexo, Categoria hæc etiam comprehenditur: vt neque etiam ex tam longæ orationis, si lubet, definitione, neque nomine percipiatur: Imò verò, quod multò maius, vna doctrina percipi nequaquam potest: cum ista substantiæ Categoria complectatur Theologiam de Deo & angelis: Physicam de substantiis corporeis & simplicibus, cælo, igne, aère, aqua, terrâ:

no  
 p. m. t. i.  
 v. m. a.  
 ar  
 ut  
 & a



terra: & compositis tum brutis, vt sunt meteora in aëre: vt in aqua, maria, flumina, fontes: vt in terra, lapides, metalla: tum viuis, vt sunt stirpes, pecudes, homines: Et si comprehendi posset, attamen eiusmodi rerum per genera & species descriptio, id est Categoria, non esset Dialecticæ seu Logicæ propria, sed Theologiæ, sed Physicæ. Idque ideo Aristotelea illa homogeniæ lege reuicior: Præcepta artium, ait Aristoteles, homogenea sunt: Arithmeticum in Geometria est ἀριθμῶν geometricum in Arithmetica est ἀνωμέτρων. Ergo, inquam, quod Theologiæ, quod Physicæ homogeneum sit, in Logica est heterogeneum: ideoque tollendum: Logica altior est, vt ait Aristoteles, totaque & entis & non entis communis. Distinctiones hinc expecto, quod substantiæ aliter tractentur à Logicis, aliter à Theologis physicis: quia Logici quatenus enuntiationes ex his faciunt, substantias considerent. Hoc nempe catholicum medicamentum est, quo tam multa vulnera, contra catholicas Aristotelis leges huic arti imposita curentur. At ista bella ratione, omnes artes Logicæ artis partes erunt, quia nihil in his est, ex quo enuntiatio fieri non possit. Captiones igitur omittamus: Aristotelis summa illa & indubitata principia sectemur, & iis iudiciis nostra iudicia conformemus. Collegerit hæc Aristoteles, vt collegisse existimatur: At certè ad illius catholicæ libræ lancem non examinauit: qua tamen omnes artes, omnesque scientias examinandas esse iudicauit. Nonne, inquires, quæri solet in rebus omnibus primùm quæ sit essentia rei, qua de agitur? Certè, sed essentia quæ sic in omnibus rebus quæritur, significat non vnicam speciem entis, vt hic Aristoteli significat: sed entis, imò etiam non entis cuiusuis causas, propter quas reuera est aut fingitur: significat denique naturam, & illud, quod quid est, sæpe in Organo dicitur: non significat istam corpoream essentiam à cæteris nouem Categoriis distinctam. Illam autem essentiam in primo logicæ inuentionis loco, causarum nomine doccamus, & vt

neccf-

sub  
maj est prop  
t v in et p  
m

o u o t  
u + h  
j a t agit

necessariam, homogeneam, propriam, id est catholicam teneamus. Istam inutilem, heterogeneam, impropriam reiiciamus.

## DE QUANTITATE.

Substantiæ Categoria cōsiderata, secundam animaduertamus. Qualis igitur quantitarum Categoria est? Idem videlicet prorsus in secunda Categoria reperimus, quod in prima comperimus: ducentis ac nescio quot senariis versibus, neque quantitatem in vniuersum, neque quantitatis vllas species definiri, aut omnino propriè describi, & toto capite nihil omnino dialecticum institui. Tria sunt toto capite, quæ videntur ad quantitatem describendam accommodari, Nil habere contrarium: Non magis & minùs suscipere: Secundum quantitatem æquale vel inæquale dici. Primum falsum est, quia multum, paucum, magnum, paruum, contraria sunt & aduersa, non relata: Quippe quorum alterum sine relatione alterius possit intelligi. Nec sequitur, si diuersi subiecti respectu, idem magnum sit & paruum, ideo contraria non esse: Hac enim ratione, relata ipsa, opposita non essent, quia idem pater & filius. Tum verò quid de loco sursum & deorsum dices, cùm videas in hoc ipso capite, contraria & dici & probari, neque probationem refelli? Ergo primum hoc dogma falsum est, Quantitati nihil esse contrarium vel aduersum: Sic enim (vt in scholis dicitur) contrarium modò sumatur: & si maximè verum sit, tamen commune cum substantia, ex Aristotelis sententia fuerit, qui docet substantiæ nil esse contrarium. Hic igitur quantitatis explicatio propria nulla est, negatio est rei aut falsa aut certè communis. Secundum dogma simile est, falsum primò: quia vt in qualitate albor & nigror, licet non suscipiant & magis & minùs, tamen candidum & nigrum suscipiunt: sic in quantitate, quanuis longitudo, altitudo, multitudo non suscipiant magis & minùs, attamen longius

gius, latius, altius, plus dicimus: & longissimum, latissimum, altissimum, plurimum: Ergo secundum dogma falsum est: & si maximè verum sit, tamen ex Aristotelis sententia, cum substantia commune fuerit, quæ item nec magis, nec minùs capiat. Hoc igitur etiam dogma nullam nobis quantitatis explicationem propriam affert. Tertium dogma, æquale vel inæquale dici, omni quantitati conuenit: At non soli. Etenim primum loco, temporis, orationi conuenit, vt Categoriarum author hîc affirmat: At horum trium mox demonstrabo quantitatem per se nihil esse. Deinde cum duos calores, triû vel quatuor graduum comparamus, quomodo dicemus an similes? At similitudinem hîc non consideramus: Possunt enim similes esse alter trium, alter quatuor graduum, & aliquam qualitatem eandem habere, à qua similes dicantur: Aequales hîc igitur appellabimus: Ergo tertium hoc dogma non huic solùm quantitati, quam Aristoteles separare vult à cæteris Categoriis, conuenit, sed accidens commune est, & naturalis vsus aliis Categoriis id attribuit. Ac quidam est quãtitatis communior & generalior in vsu naturalis & humanæ rationis, sensus, quàm arithmetis & geometricis artibus comprehendatur: quique neque discreta, neque continua quantitate contineatur. Sic vnus dialecticæ inuentionis communis & generalis de comparatione locus, duas facit quasuis res (seu substantiæ, seu quantitates discrete continuæ ve, seu qualitates seu actiones, passionésque fuerint) maiores, minores, æquales: imò verò causas, facta, subiecta, adiuncta, opposita, Categoriis omnibus altiora & generaliora sic plerunque comparamus: & quantitatis mêtio, quæ possit in dialecticis tractari, ea sola est: & in Topicis Aristoteles de comparatione, ita loquitur. Sic in omnibus Categoriis de intentione & remissione quærit, Quantitas, actio, passio, magis & minùs dicuntur: Substantia, quãtitas, magis & minùs non dicuntur: nec iis vocabulis (magis & minùs) solas numerorum, linearum, planorum, corporum dimensiones intelligit,

sed logicam illam & vniuersalem quãtitatis notionem sequitur. In Philosophia libri quarti capite secundo, & vndecimi libri capite tertio verissimè docetur æqualitatem & inæqualitatem, primas entis esse differentias: vt omne ens sit æquale vel inæquale: non autem sola hæc categorica quantitas. Quare tam multis Aristotelis testimoniiis hoc dogma refellitur: neque categoricę quantitatibus proprium est, æquale vel inæquale dici. Concludamus igitur quãtitatem tribus his dogmatis, Non habere cõtrarium: Non suscipere magis & minus: Æquale vel inæquale dici, à cæteris Categoriis distinctam, neque absolutè definiri, neque propria descriptione vlla comprehendi. Atque hæc de genere, species videamus. Diuiditur variè, Quanti aliud quidem est discretum, aliud continuum: Atque aliud quidem positionem inter se habētibus inuicem ex ipsis partibus constat: aliud ex nō habētibus positionem. Secūda diuisio inutilis est, & si quid vtilitatis habet, id est in prima. Discretę quantitatibus partes hęc fiunt numerus & oratio: continua, linea, superficies, corpus, locus, tempus. Harum partium nulla prorsus definitur: non est satis: falsę species pro veris supponuntur, locus, tempus, oratio. Etenim quæramus quid de loco in physicis Aristoteles sentiat, nonne docet locum, superficiem esse corporis physici, corpus aliud continentis? Ex hac igitur Aristotelis doctrina videant interpretes, quid concludamus:

*Omnia continua quantitas physico materiatoque corpore et motu soluta liberatque consideratur: sic enim à geometris consideratur.*

*At locus à physico materiatoque corpore abstractus non potest considerari: Si quidem loci essentia cum physico corpore coniuncta sit: nec omnino reuera geometrę, cum tam multa de continuis quantitatibus præcipiant, de loco quicquam præcipiunt.*

*Locus igitur, non est quantitas continua. Postremò videamus cum in eadem diuisione genus esse debeat & species, vt in Topicis Aristoteles ait primo capite quarti,*

ti, quâ fieri possit, vt loci interrogatio, id est (vbi) ad aliam Categoriâ pertineat, responsio de loci generibus & differentiis ad aliam: & quales his nodis solutiones adhibeantur, animaduertamus. Categoria, generalissimum, subalterna, specialissima, homogœnea complectitur: generalissimum in vna Categoria cõstituimus: subalterna & specialissima in alia reponimus. Hæc igitur species falsò quantitati continuæ subiicitur, neque continua quãtitas est locus. De tempore manifestius etiam concludo: Tempus, non est cõtinua quantitas: quid ita? Profer nobis è Phisicis Aristotelicam definitionem tẽporis: vt sicut antea de loco, ita nunc de tempore ratiocinemur. Tempus, est numerus motus secundum prius & posterius: Sic ergo concludamus: Nullus motus est continua quantitas: nec enim generatio, corruptio, accretio, diminutio, alteratio, ad locum latio. Quod etiam Aristoteles in Phisicis nominatim docet, cùm quarto libro tempus ait esse continuum, ratione motus, & motum ratione magnitudinis: Verba eius sunt quarto libro: Quia magnitudo continua est, ideo & motus continuus: & quia motus continuus est, ideo & tẽpus etiam continuum: Quãtus enim est motus, tantum est & tẽpus. Quod profus idẽ dicitur in Philosophia libri 5. capite decimo tertio. Statuo igitur ex Aristotehs doctrina, syllogismi propositionem:

*Nullus motus, est per se continua quantitas.* Tum assumo:

*Tempus est motus, numeratus nempe.* Deinde concludo:

*Tempus igitur per se, non est quantitas.* Addo etiam ad

definitionẽ, theorema illud & decretum mathematicũ:

*Continua quantitas ab omni motu materiãque, abstracta consideratur:*

*Tempus non potest sic considerari: imò natura eius, est motus:*

*Tempus igitur non est per se quantitas:* Deinde rogemus geometras, si tempus sit species quantitatis continuæ: cur in Geometria & continuarum quantitatum doctrina, nullum de tempore præceptum posuerint: Postremò

etiam quæramus, cur (quando) quæ temporis quæstio est, aliam Categoriã faciat, aliam tempus & temporis species, quæ huic quæstioni respondeant: eiusdẽmque corporis caput alibi, alibi discerpta à corpore membra iaceant. Quapropter tempus quantitatem per se nõ esse concludo, & falsò speciem hanc quantitati subiectam: Superest oratio, quæ quia ratione syllabarum longarũ, breuium, quantitas appellatur: & longa seu naturã, seu positione definiatur, quæ duo habet tempora: breuis, quæ vnum habet: & cùm definitio, definiti causã sit: tempus autem in definitione longæ vel breuis naturã syllabę statuatur, tempus, huius quãtitatis esse causã, disputandum pluribus minimè fuerit, orationem, temporis ratione quantitatem esse non posse, cùm tempus ipsum, quãtitas per se minime sit. Quare & hæc species falsò quãtitati subiecta: Vnde iam quæstionem primam repeto, & concludo, quid sit quantitas, ex his præceptis distingui, defini, describi nullo modo posse. Deinde totam Categoriã prorsus inutilem & alienam esse ad extremum moneo: Etenim interpretes Organi, qui hæc interpretantur, conuertant sese ad earum rerum, quæ huic Categoriæ subiiciuntur, doctrinã: Arithmetica & Geometria est: Videant ad totum Euclidem, ad totum Nicomachum, ad totos denique Arithmeticos & Geometras intelligendum, quid proderit scire, quantitatem nihil habere cõtrarium: non suscipere magis & minus: locum, tempus, orationem, quantitates continuas esse: Hac inquam, perpendant & æstiment, quem vsum, quẽ fructum, in vera quãtitatum doctrina habeant: nullum horum categorematum in totis mathematicis competent. Quæ cùm secum reputauerint, ignoscent, vt spero, sedulitati meæ: & si æquiores esse volent, gratias habebunt. quòd de tantis rebus tam studiosè admoneam. At fortassè, vt de Categoriã substantiæ, sic de Categoriã quantitatis aliquis requirat: si perfecta sit, qualis ea tandem sit futura. Ego verò mirabilem quandam & diuinam numerorum & lineamentorum, & singulari metho

modo descriptionem factam agnoscerem, quæ id nobis  
 repræsentaret, quod adhuc homo nemo repræsentare  
 potuit. At hæc Categoria nequaquam esset in logicis  
 artibus instituenda. Catholicam Aristotelis legem huc  
 appello: Fines artium regatur, ait: Quod est Geometriæ  
 proprium, in Arithmetica est ἀριθμῶν quod Arithmeti-  
 cæ propriū est, in Geometria est ἀνωμίτητον. Denique  
 quod artis cuiusque proprium est, in alia arte est alien-  
 num: At numerus, Arithmetica: linea, superficies, cor-  
 pus, Geometriæ propria materies est: In logicis igitur  
 artibus est aliena: nec quantitatis huius categoricæ cō-  
 sideratio, in logicis est catholica: Tollatur igitur è logi-  
 cis libris, quoniam Aristotelea lex ita præcipit. Distin-  
 ctiones hinc futuras intelligo, quales antea fuere: Quan-  
 titas, quatenus ex ea fiunt enuntiationes, ad Logicam  
 pertinet. At Aristoteles nunquam diceret geometrica  
 esse Arithmetica, quia numerari possent: Sic enim legē  
 illam cognationis violaret, quam tantopere celebravit.  
 At hi fines Dialecticæ valdè ridiculi essent: nihil est, ex  
 quo non possit enuntiatio fieri, ergo nihil est, cuius præ-  
 ceptio ad Logicam non pertineat: Quænam ista com-  
 plexio est? Nonne, dices, in omni re quantitas quæri po-  
 test? vt sit etiam generalis & communis: ideoque Logi-  
 ca quantitatis sit consideratio? Certè quantitas in omni-  
 bus rebus quæri potest. At non hæc numeri, lineæ, su-  
 perficiei, corporis: sed illa quæ comparatione parium,  
 maiorum, minorum disputatur: Aequalitatē & inæqua-  
 litatem Aristoteles ad omnes entis differentias retulit:  
 & sic in Organo, æqualitatis & inæqualitatis logicus  
 sensus frequenter adhibetur, cum Aristoteles ait primas  
 substantias, item secundas substantias, eiusdem generis  
 species, æqualiter substantias esse, indiuiduum, speciem,  
 genus inæqualiter: speciem magis quàm genus: indiui-  
 dum maximè omnium. Item cum Porphyrius ait, ge-  
 nus, speciem, differentiam, proprium etiam dici æquali-  
 ter, accidens inæqualiter modò magis, modò minus: his  
 comparationis vocabulis, neque numerus, neque ma-  
 gnitudo

gnitudo significatur: Sensus hic quantitatis logicus. Et ista nimirum quantitas est logica, quam in logico comparationis loco tradi & institui ex Aristotelis catholica lege volumus.

## A D A L I Q V I D.

Duas adhuc Categorias animaduertimus categorematam, quæ pollicebantur inanes, nec vllum logicæ artis catholicum præceptum continētes: tertia speciem oppositorum, id est relata, ducentis ac nescio quot verbis nobis promittit, & definitur initio, contra quam in duabus Categoriis factum est, quanuis summum genus interpretibus videatur: Sed ita tamen definitur, ut hac definitione nil ab aliis Categoriis substantiæ, qualitatis, quantitatis, positionis, discretum & distinctum habeamus: optabiliusque fuisset relationem omnino nõ definiri. Relatorum vera à cæteris differētia fuerat, hoc ipsum quod sunt, aliorum dici: ut pater, filij pater: filius, patris filius. Quid igitur? quomodo hîc relata definiuntur? Quæcunque hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur: vel quomodolibet aliter ad aliud: Et hac definitione, substantiæ, ut caput, manus: item quantitates, ut magnum, paruum, multum, paucum: qualitates etiam, ut scientia, virtus, habitus: & ferè omnes aliæ Categoriæ comprehenduntur. De substantiis, quia res alienior esse videbatur, dubitatio tandem quædam facta est: res tamen suspensa, non definita est: ut postea in capite de qualitate, quæstio eadem sic incerta relinquitur: quasi possit eadem res diuersis Categoriis subiici. Ergo hæc definitio, quia relationem nil distinguit ab aliis Categoriis, quia proprium eius nil ostēdit, nil etiam definit: definire enim, non est solum rem explicare, sed etiam certis & suis & propriis finibus terminare: vnde definitio dicta est. At inquires, multa disputantur in hoc capite, quibus definitio illa confusa restitui possit. Minimè inquam, imò quæ veræ definitionis propria erant, con-

fun-

at . . . at  
 q a . . .  
 q a . . .  
 q a . . .  
 q a . . .  
 q a . . .

f ali . . .  
 ali . . .  
 ali . . .



funduntur, & falsis relatis attribuuntur, vel improban-  
 tur. Quatuor ea dogmata sunt: Primum, Relationi esse  
 aliquid contrarium: vt virtuti, vitium: Secundum, Rela-  
 tioni magis & minus inesse, vt simili æquali. At hæc  
 omnia sine relatione possunt intelligi: & ab Aristotele  
 in Ethicis definitur virtus absque vlla vitij relatione: sic  
 vitium definiri potest: sic simile, quod eandem qualita-  
 tem habeat: & æquale, quod eandem quantitatem: Nec  
 necessarium, vt pater definitur per filium, sic simile per  
 simile, aut æquale per æquale: & tamen habere contra-  
 rium, commune esset cum qualitate, vt habere magis &  
 minus. Duo reliqua (quæ veræ relationis propria erant)  
 tertium, ad conuertentia dici: vt pater, filij pater: & fi-  
 lius, patris filius: Quartum, Simul esse naturâ: vt si pater  
 est, filij pater est: & si filius, patris filius: Et huius ratio-  
 nis in vtroque causâ mutua sit: Hæc duo inquã, in hoc  
 capite cum falsa substantiarû & aliarum Categoriarum  
 relatione communicata sunt: Imò quartum, Simul esse  
 naturâ, negatur relatorum esse proprium, quia scibile &  
 scientia non simul sint naturâ: At in coniugatione no-  
 minum scibilis & scientia, fallacia est, nec in eadem si-  
 gnificationis ratione sumuntur: Scibile enim, potentiã:  
 scientia, actum significat: sicut in hoc confectario, Bona  
 facit, ergo bonus est, captio est, quia coniugata dissimi-  
 liter sumuntur: habitus & subiecti fallacia est: de qua  
 primi Analytici capite tricesimo sexto: Propior relatio-  
 nis species esset in (scitû & scientia) quia vtrunque, actû  
 significat: vel singendum nomen, vt Aristoteles etiam  
 in hoc capite admonet, quo significaretur vtrumque re-  
 latum similiter: Vt circulus sciri potest: ergo potest eius  
 esse scientia, & contrâ. Adde etiã quòd scientia sine vlla  
 relatione scibilis, vel ab Aristotele definitur in postero-  
 ribus Analyticis, cognitio rei per causam, propter quã  
 res est: & cognitio per demonstrationem. Quare rela-  
 tionis definitio, tam verbosa tamque proluxa oratione,  
 in hoc capite non explicatur, sed conturbatur, & falsa  
 denique traditur. Duabus primis Categoriis nulla ne-

que generalis, neque specialis substantiæ vel quantita-  
tis definitio tradita est: In tertia plus est factum: Vera  
enim definitio relatorum, quæ fuerat (hoc ipsum quod  
sint, aliorum dici) falsa adiectione conturbata est. Nulla  
de relatis doctrina præterea est in hoc capite: Sed tamē  
vnum est vehementer admirandum: Substantia quanti-  
tisque Categorias non habent: nomen tamen habent  
Categoriæ, & potest in substantiis & quantitatibus per  
generalissimum, subalterna specialissima, categorica  
descriptio fieri. At ratio ne nomen quidem Categoriæ  
sustinet, nedū Categoriā habet: nec hīc omnino som-  
niari potest, quid per generalissimum, subalterna spe-  
cialissima categoricè ordinari possit. Cū de relatis di-  
xeris, id ipsum quod sunt, aliorum esse: & ad id expo-  
nendum, dixeris conuerti, & simul esse naturā, nil præ-  
terea quod dici possit, habebis: nulla sunt subalterna,  
nulla specialissima. Hoc interpretes considerare & ani-  
maduertere valdē vehemētēque cupio: atque etiā hoc  
alterū, quod dicturus sum, accuratius perspicere. Disser-  
ui antea, si substantiæ & quantitatis Categoriā perficere-  
tur, quales essent hæ Categoriæ. Huic quæstioni locus  
hoc tempore nullus est: ratio, Categoriā non est: ratio,  
Categoriā esse nullo modo potest. Quid ita? Categoriæ  
mata illa decē, causa, factum, subiectum, adiunctū, op-  
positum, cōparatum, ratio nominis, tortū, definitio, testi-  
monium, Categoriis singulis generaliora sunt: in vna  
quaque Categoriā, vt inferiori videlicet subiecto, sunt  
causæ & effecta, genera, species, differentiæ, non con-  
trā. Ergo cū mihi specialem in subiectis rebus, Cate-  
gorematum partitionem pollicear, nonne ridiculum  
fuerit, si causam, dicas esse Categoriā: si speciem, di-  
cas esse Categoriā: si oppositum, dicas esse Cate-  
gorematum? At relatum, generale categoriæ est: imō particu-  
la categoriæ: est enim species oppositi. Sic Aristote-  
les non solum in Topicis, sed in hoc Categoriarum  
libello, oppositorum genera quatuor efficit, relata, con-  
traria, priuantia, contradicentia. Quamobrem animad-  
uertite

in substantiis et  
5 in potest sub  
et sp  
def r t i e r e r o r  
q u a d i s t a t e g o r  
u o e l l a e t t  
a l t e a a s p e r t i a  
s m

cut or  
to p  
also n

ut on  
na B categor  
ca. ut in i t t e

uertite, interpretes, quid sibi velit hæc Categoria, & relationem ad locum logicæ inuentionis remittite, quia species est oppositionis, quam Aristoteles in Topicis ad inuentionem verè & logicè retulit.

## DE QVALI SEV QVALITATE.

Quid qualitas? quomodo definitur? quam per generalissima, subalterna, specialissima, Categoriā interpretatur? Definitio qualitatis vitiosa, partitio vitiosior. Quid est qualitas? Interpretes qui negabant substantiam & quantitatem, quia summa genera essent, definiri posse, volunt hoc summum, quod putant, genus definire, & qualitatem dicere, secundum quam quales dicimur. At hæc definitio, omnium categoriarum communis est: in singulis enim Categoriis, suæ differentiæ sunt, secundum quas, quales esse dicimur. Sic Rhetores in questionum diuisione (An est, quid est, quale est) qualitati quantitatem numeri & magnitudinis subiiciunt: & de magnitudine ac numero, quantus sol, an & vnus mundus, ait Quintilianus de quæstione qualitatis. At fortasse multa toto capite sunt, vnde qualitas hæc propriè definiri, & à cæteris Categoriis distingui possit. Minimè: tria enim sola sunt, quæ videantur huc spectare: primū, habere contrarium: secundum, suscipere magis & minùs: tertium, simile vel dissimile dici. At duo prima non omni qualitati conuenire Aristoteles ipse docet: Rubro nil esse contrarium: Figuram magis & minùs non dici: Quinetiā addubitat, an qualitas omnino magis & minùs dicatur, vt iusticia & Grammatica: quamuis iustior & γραμματικώτερος dicatur: quomodo iā docuimus quantitatem magis & minùs dici: Quamuis enim longitudo nec magis, nec minùs dicatur: longius tamen aliud alio dicitur, & contrarium in substantia & quantitate esse docuimus. Ergo hæc duo communia tantum accidentia sunt. Differentia item porrò, vt diximus, est in ea Categoria: Ideoque qualitas, à qua similes aut dissimiles dicamur:

r dato est lo  
n int ion  
per n ope fito

d f. 20 qf fact  
trad t bar t  
est unio categori

Qua fa abot tr  
r . i p ut e  
u d' s  
ar tr  
pro

camur: propterea que non est proprium qualitatis huius  
 à cæteris Categoriis distincta, secundum eam simile vel  
 dissimile dici. Et Aristoteles multò veriùs loquitur in  
 Topicis, cum simile & dissimile, facit communem ra-  
 tionem omnis quæstionis: Itémque in Philosophia, li-  
 bri quarti capite secundo, & vndecimi capite tertio: vbi  
 ait similitudinem & dissimilitudinem, primas esse dif-  
 ferentias entis: imò ibidem decimo quarto capite quin-  
 ti, vbi ait qualitatem esse, qua cuiusque essentia diffe-  
 rentia & affectiones nominantur. Sed hæc satis: Cate-  
 gorem hoc, cõmune accidens esse cognoscimus: Con-  
 cludamus igitur à cæteris Categoriis distinctam quali-  
 tatem, neque primo loco definiri, neque toto capite de-  
 scribi. Partes qualitatis videamus: Quatuor species no-  
 minibus octo proponuntur, habitus & dispositio, po-  
 tentia naturalis & impotentia, qualitas patibilis & pas-  
 sio, figura & forma: Attamen quæ hîc confunduntur:  
 nullam enim definitionem habent: Habitus distingui-  
 tur à dispositione, quòd ille diuturnior sit, hæc mutabi-  
 lior. At quid habitus, quid dispositio sit, definitio nulla  
 est, imò dispositio tandem genus habitus efficitur, & di-  
 stinctio posita tollitur, & habitus postea pro Categoria  
 sumitur, & habitus postea priuationi opponitur: & ha-  
 bitus, Analytici primi capite tricesimo sexto rursus ali-  
 ter dicitur, vt habitus & susceptiuum opponantur, vt  
 sanitas, habitus: sanus, sit susceptiuum, vt homo: nullo  
 tamen loco definitur. Secundo loco potentia naturalis  
 & impotentia aliquot exemplis sine vlla definitione se-  
 quitur, vt sanus, morbidus: Tertio loco de qualitate pa-  
 tibili & passione, multa disputantur, quòd qualitates  
 elementorum, calidum, frigidum: item animorum, vt  
 iracundia, amentia, hac specie comprehendantur: Defi-  
 nitio vno loco nulla certa ponitur: imò passio, quæ cum  
 ea pro vna tantum specie initio proponebatur, tandem  
 è qualitatis genere tollitur: Quarto figura & forma sine  
 definitione differuntur, & dicitur secundum formam  
 vnumquodque quale esse. Quæ forma videtur ea esse,

de qua contra Porphyrium disputavi, quòd ille differentiam non rectè vocaret. Distinctio hìc interpretibus non deerit, quòd ad corpus hæc forma pertineat: quasi substantiis corporeis non sint etiam formæ: Sed cogitant interea nil esse tam peruersè, tam præposterè dictū, quod distinctionibus eiusmodi defendi non possit. Adhuc genera qualitatis quatuor, octo nominibus proposita vidimus, nullum definitum vidimus: Quinetiam huic bellæ partitioni noua genera subiecta sunt, rectitudo, curuitas: & an alia genera qualitatis sint, Aristoteles addubitat: Sed fortasse alius quicumque modus appa-  
 uerit qualitatis, ait. Quamobrem cùm qualitatis categoricæ definitio vitiosa, tum partitio etiam vitiosior sit, utilitatem spectemus: quàm logicè Logica ista facta sit, expendamus: animaduertamus in mathematicis, in physicis, ethicis, ubi figura & forma, passio & patibilis qualitas, potentia & impotentia, habitus & dispositio versari videantur: qualis trium dogmatum, seu res, seu nomina spectentur, sit utilitas: Habere contrarium magis & minus, Simile vel dissimile dici: Nullam in totis artium illarum doctoribus, harum nugarum mentionem reperiemus. At fortassis, vt antea, requires si perfecta Categoria sit, quid sit ea futurum. Ego verò, quod iam de quantitate & substantia respondi, de qualitate respondere nullo modo possum: Substantia & quãtitas quamuis Categoriæ veritatem non habeant, Categoriæ tamen nomen sustinent, & ea quæ pollicentur, completi possunt: qualitas non potest: Ideòque Categoriæ nomen non sustinet, nedum veritatem. Etenim dubiis rebus ista quæstio non agitur, definitione Categoriæ disceptatur: Categoria, est homogeneorum per generalissimum, subalterna, specialissima, descriptio & ordinatio. Qualitas, per habitum, dispositionem, potentiã, impotentiam, passionem & patibilem qualitatem, figuram & formam, & alias eiusmodi species collecta, talis descriptio non est: Hæ siquidem species homogeneæ non sunt, nec vnus generis proximi, cùm sit in vnaqua-  
 que

que Categoria ex differentiis sua qualitas, sicut in initio dixi: qualitasque alia substantiæ, alia quantitaris, relationis, actionis, passionis. Quare qualitates omnes non sunt homogeneæ, nec in iis vnum proximum generalissimum, unde subalterna & specialissima deducantur. Quare qualitas hæc à Categoriis substantiæ, quantitaris, & reliquis distincta Categoria esse non potest: neque veritatem: neque nomē Categoriæ sustinet, sed vanam, & ex variis artibus confusam commentationem. Nec verò iam pluribus admonendos interpretes existimo, ut intelligant totius huius capituli doctrinam, à Logica alienam esse, quia logicum lumen omnium rerum illustrandarum & illuminandarum: id est entis & non entis, ut ex Aristotele sæpe iam repeto, commune hinc nullum est: Aliud est solis lumen, aliud est res illustrata solis lumine: causis, factis, subiectis, adiunctis, oppositis, comparationibus, rationibus nominum, tributionibus, definitionibus, testimoniis: id est tota inuentione, propositione, syllogismo & methodo: id est toto iudicio, habitus & dispositio & cæteræ hinc adhibitæ species illuminantur, explicantur, declarantur: Logicæ itaque lumē non sunt: logicæ lucis nulli radij sunt: Logicæ partes omnes & seipsas, & cætera illustrant omnia. Quare ex Aristotelis lege concludo:

*Præcepta veræ Logicæ debent esse catholica:*

*Hæc Categoria non est catholica: quia est inferior & specialior omni Logica:*

*Non est igitur veræ Logicæ præceptum.* Nec illa ridicula distinctio nobis opponatur, quod enuntiationes hinc effici possint, cum possint ex omnibus artibus, omnibus omnino rebus, etiam nulla arte comprehensis, enuntiationes fieri, nec tamen omnium artium, omniumque rerum præcepta, sunt logicæ artis propria. Verum agere, priusquam hinc abeamus, nullumne fructum ad Logicam hinc referemus? imò verò de qualitatibus capite referemus, vel potius inuitis ac repugnantibus præceptis his auferemus? Adiunctorum locus frequenter incurrit in  
confi-

A. etiam la.  
atque a. p. et t. s.  
) ex at o at

considerationem huiusce Categoriz, qualitatis: nempe  
 vt in subiectam rem: vt qualitas personæ ex virtutibus,  
 vitiis, sciëntia, iusticia, moderatione, iracundia, prudëntia,  
 amentia, naturali corporis firmitate vel infirmitate: for-  
 ma denique & figura. Itaque ad illustrandũ in logica in-  
 uentione generalem illum adiunctorum locum, specia-  
 lia quædam exempla hinc depromi poterunt, sicuti ex  
 omnibus artibus: Vnde tamen minimè concludemus,  
 his de rebus præcepta logicæ artis esse. Secũdum etiam  
 fructum ex hoc capite capiemus: Nulla res est, quæ rei  
 alteri comparata, non sit ei similis aut dissimilis, vt iam  
 dixi. Quamobrem ad Logicam, duplicem fructum ex  
 hoc capite exprimemus: Primum ad illustrationem adiu-  
 ctorum: secundũ ad cõparationem similium & dissimilium.

Nulla res est quæ  
 alteri comparata  
 non sit ei  
 dissimilis.

## DE AGENDI ET PATIENDI

*et reliquorum generum Categoriarum.*

De reliquis sex Categoriarum, vix viginti sunt senarij  
 versus: Agere & pati, habent contrarium: item magis &  
 minus suscipiunt. Categoremata hæc cum qualitate  
 communia iam facta sunt, nihil propriè hinc explicant:  
 Situm esse, ad relationis Categoriam remittitur, & tamen  
 hinc Categoria efficitur: Sic Quando & Vbi, Categoriz  
 temporis & loci, in quantitatis Categoria positæ sunt:  
 Sic Habere, Categoria nunc fit: tamè habitus, fit species  
 qualitatis: tamen habitus priuationi opponitur: De Ca-  
 tegoria habendi, sicut de Categoria tēporis & loci, Ari-  
 stoteles, propterea quòd manifesta sit, ait nihil esse præ-  
 cipiendum. At vltimo capite huius libri, octo habendi  
 modi describuntur. Hinc Aristoteles quod nesciebat, quod  
 scire nullo modo poterat, ignorare videri noluit, sed tã-  
 quam facile & manifestum præterire: At nullum Cate-  
 goriz nomen, non modò nullam facultatem aut pote-  
 statem hinc esse dico. Actio, si tamen tantum bonũ lubet  
 hinc interpretari, categorema est, & ad effectorum locum  
 pertinet: de quo in Topicis etiam Aristoteles. Ergo vt  
 do

et  
 ut  
 et  
 et

de relatione dictum prius est, ita nunc de actione dicatur, Categorema esse, ideoque non esse Categoriam. Sed agere, Categoriarum definitionem reperamus: Categoria, est homogeneorum per generalissimum, subalterna, specialissima, descriptio & ordinatio: Actiones omnium rerum non sunt inter se homogeneae: Actiones enim Dei, angelorum, daemonum, animorum, hominum, pecudum, avium, piscium, elementorum, omnium denique rerum naturalium, heterogeneae sunt, non homogeneae. Actionum igitur Categoria esse nulla potest. Eadem Categoriarum definitio ad passionem & reliquas quinque factas hinc Categorias adhibeatur, Categorias esse non posse concedemus: & nos hinc absurde delusos intelligemus, quod haec tanquam facilia & manifesta se praeterire praedicet, quae tamen sunt impossibilia: Pergamus, & quod postremum est, exquiramus: Quid ad Logicam hinc auferemus? Actio, si tamen hoc nomine lubet effecta quaevis significare, logicae inuentionis decimam quandam partem obtinet: effectorum locus esto: Passionis nomine quid intelligat Aristoteles, non definitur, & videtur actionis tantum contrarium intelligi: attamen τὸ πάχαιν καὶ πεπονθῆναι nomine, Graeci saepe vtuntur, pro accidere: & τὸ ἐπιπονεῖν, id mihi accidit, Graeci dicunt: atqui Aristoteles ipse in Analyticis ita loquitur, cum ait demonstrari πάθημα καὶ πάθος, passionem de genere subiecto: Passionem dicit, quod ibidem, accidens. Quod si sequamur, passio nobis idem erit, quod Porphyrij accidens, & totum adiunctorum locum quodammodo complectetur, licet non explicet. Ergo si lubet, hinc etiam adiunctorum locus notetur. Quod antea de quantitate & qualitate dixi, idem potest de quatuor postremis generibus dici: In earum considerationem nonnunquam adiunctorum locum incurere, & quomodo situm sit, & ubi, & quando factum & habitum, inquiri: sed tamen logicum lumen & vniuersale nullum hinc esse: Nam de iis si quaestio sit, situs ad situm explicandum, habitus ad habitum nil valebit:

lumine

etc. ategorema: gff  
 nioy at goria: d rff  
 tor Lo my postionem  
 t agira in hioni  
 par quad d tim.

πράξις ἢ πρῶτον ἢ  
 πρῶτον ἢ πρῶτον ἢ  
 πρῶτον ἢ πρῶτον ἢ  
 πρῶτον ἢ πρῶτον ἢ  
 πρῶτον ἢ πρῶτον ἢ



lumine verò & inuentionis & dispositionis logico non modò cætera omnia, sed ipsamet etiam Logica illustratur. Quamobrem de Categoriis quod initio statui concludere, meritissimo iure possum: Tantùm abesse, vt per decem Categorias, omnia substantiæ, quantitatis, relationis, qualitatis, actionis, passionis, situs, vbi, quãdo, habitus, categoremata cognoscamus: omnẽ omnium enuntiationum materiam, facultatem, copiam habeamus: vt quid sit substantia, quantitas, relatio, qualitas, actio, passio, situs, vbi, quando, habitus, prorsus per easdem ignoremus: neque Categorias hîc esse, quales ipsum Categoriæ nomen pollicetur: sed Categoriarum nomina, imò ne Categoriarum quidem nomina: nam vt quantitatis nomen, Arithmeticæ & Geometriæ Categoriæ: substantiæ nomen, physicarum rerum Categoriæ specie indicet: certè qualitas, quæ omnium artium aliquid misceat, Categoriæ vnã indicare non potest: Cætera suis nominibus non Categorias, sed categoremata vix indicant: Cùmque de Categoriis decem, relationem ad locum oppositorum, actionem, passionem, ad locum effectorum & adiunctorum retulerimus, cætera logicæ facultatis omnino nil erunt: nullum dialecticum præceptum habebunt. Ac si quis roget ad secundariam inuentionem initio positam, quænam veræ Categoriæ sint, Categoriæ definitionem sibi proponat, Categorias, esse categorematum homogeneorum per generalissimum, subalterna, specialissima, descriptiones & ordines: deinde attendat Grâmaticam, Rhetoricam, Arithmeticam, Geometriam, Musicam, Astrologiam, Physicam, Ethicam doctrinam, omnésque artes bene traditas, tales descriptiones esse: tum concludat artes bene traditas, Categorias esse. Sed de Categoriis rursus alia quædam, si tamen prius pauca, quæ restât in hoc libello, considerauerimus. Caput est decimum de oppositis vel contrariis, vt Cicero loquitur: cuius species quatuor hîc ponuntur, quæ sunt ad aliquid: item quæ scholæ nostræ contraria nominant: nos cum Cice-

rone aduersa dicimus: Habitus & priuatio, vt affirmatio & negatio. Totus hic locus est inuentionis logicæ proprius, vtilis, verus, catholicus denique: concedo, laudo, retineo: Et Aristoteles in Topicis inter argumentorum genera collocat: Id quoque vehementer approbo, & in nostra Dialectica totum hunc locum doceo & illustro: Verùm vt rem ipsam probo, sic rei doctrinam & explanationem hinc non probo: Quamobrem? quia neque genus, neque species ipsas definit: imò verò quid ea sint, perturbat & cōfundit: Primùm relata videamus. Antea capite septimo relatio, facta erat Categoria, imperitiè, vt docui: Hinc verò non categorema, sed species categorematis, id est oppositionis: Antea vera relationis definitio conturbata est: hinc rursus eadem cōturbatur, nec melior explicatur: Repetuntur superiora illa, Quòd relata ad cōuertentia dicuntur: additur, quòd non necesse sit relatorum alterum semper inesse: quòd ad describendam relationem aut propriè definiendam accommodatum nihil est: Præterea de relatis nil dicitur: de contrariis aduersis disputatio magna est: quòd ad conuertentia non dicantur: quòd posito altero, non necesse sit alterum positum esse: quòd de quolibet non necesse sit alterum verum, alterum falsum esse. Tres negationes sunt, propterea quid aduersa sint, nihil hinc propriè descriptum aut definitum habemus. Sequuntur deinde alia, quòd aduersa sint circa idem specie, vt morbus & sanitas in animalibus: aut genere, vt albor & nigror in corpore. Hoc accidens, est cum cæteris oppositis commune, nil propriè describit, & tamen ex subiecti loco categorema attingit: item quòd aduersa sint in eodem genere, vel in cōtrariis generibus, vel ipsa contraria genera, sub nullo genere posita: vt bonum & malum, quæ in genere nō sunt, sed ipsa sunt genera. Hoc dogmate, contrariorum definitio posita in quantitatis capite, subuertitur: Cōtraria sunt, quæ sub eodem genere posita plurimùm differunt: cū contraria quædam in nullo esse genere, hoc dogmate confirmetur: Et sub eodem genere constitui, cum relatis est

commune: quæ vtraque vno genere continentur. Nec  
 ad contrariorum definitionem, generis mentio quic-  
 quam facit, imò præpostera est. Genus enim, deriuatum  
 è causis argumentum est, nec ordine potest, nisi post  
 prima, cognosci: Postremum est ad cōtrariorum aduer-  
 forum descriptionem: quòd aduerforum nisi alterum  
 insit à natura, alterna mutatio fieri possit, si subiectum  
 sit: vt qui volet substantias contrarias dicere, vt hominè  
 & bestiam, ignem & aquam (quomodo in physicis Ari-  
 stoteles loquitur) hoc loco dicet contrariorum genera  
 duo notari, quòd quædam in subiecto sint, vt calor, frig-  
 us: quædã subiecta sint in nullo alio subiecto, vt ignis  
 & aqua. Hæc toto capite sunt, vnde collecta falsò puta-  
 tur ista definitio aduerforum (quæ sub eodè genere po-  
 sita, plurimùm differunt: & mutuò se expellunt, nisi al-  
 terum insit à natura.) Hæc scholarum nostrarum defi-  
 nitio est: primùm enim hîc dicitur, quædam esse contra-  
 ria in nullo genere: Deinde cæteras in hoc capite defi-  
 nitionis illius particulas nõ sic affirmatas hîc inuenies.  
 Atque hæc de aduerforum definitione: Diuisio duplex  
 hîc ostenditur, quòd quædam sint sine medio, quorum  
 alterum necesse est inesse subiecto: quædam cōtrã. Item  
 quædam simplicia, vt sanus, æger: quædam composita,  
 vt Socrates est sanus, Socrates est æger. At hîc composita  
 contraria non magis sunt æger & sanus, quàm priùs:  
 nec contrariis aliter, quàm in enuntiatione, attributis  
 vti possumus. Ergo secunda species contrariorum non  
 accuratiùs hîc exponitur, quàm prima, sed veritas v-  
 triusque cōturbatur. Tertia species est priuantium: Pri-  
 uatio satis hîc apertè declaratur, vt priuatio accidat, vbi  
 natus est esse habitus: & priuari, sit eo carere, quod ha-  
 bere natus sis: Item vt habitus mutetur in priuationem,  
 non contrã. Quæ ego laudo & probo, & Logicæ catho-  
 licum dogma hîc agnosco: At tam multæ præterea de  
 his nugæ (quòd priuari, non sit priuatio: habere habitũ,  
 non sit habitus: priuari & habere habitum opponantur,  
 vt priuatio & habitus: quòd priuatio & habitus nõ sunt

relata, non aduersa, non sit necesse eorum alterum semper inesse) tam multæ nugæ negantes, nil docentes, nullum dogma catholicū ostendentes, probari nullo modo possunt. Postrema species est oppositorum, vt affirmatio & negatio: sicut sedet, non sedet: vbi neque affirmationem, neque negationē, neque verum, neque falsum Aristoteles disputat. At Aristoteles in hoc ipso capite, suo & testimonio & exemplo commentum hoc refellit, cū ait in affirmatione & negatione alterum verū, alterum falsum esse: & negatio (non) siue nomen, siue verbum afficiat, negat: vt non honestum, non sanatur. Et verum ac falsum transcendentia nomina sunt, & de quolibet alterum eorum dicitur. Atque hæc postrema speciei definitio ad superiorum definitionum diligentiam aggregetur, & concludatur hoc capite, neque contrarium, neque contrarij species, excepta priuatione, definiri, sed veras definitiones cōturbari: Nec ideo tantum caput catholicum esse. Capite vndecimo, quinque priores significationes tractantur, cū partitione tamē tantū quatuor proponantur: Hoc in partitione vitiosum est: sed est in rebus non minus vitium: nam prioris ista doctrina, Dialecticæ nihil nec inuentionis, nec dispositionis quicquam habet: & prius vt caussa dicitur, sic effectis, subiectis & cæteris loci dici possit: Et capite duodecimo Aristoteles istam quinque mēbrorum partitionem refellit: Simul & prius opponuntur: sed (simul) significationes duæ tantū hīc expositæ sunt tempore, naturā. Ergo hæc oppositi tractatio demonstrat aut se imperfectam esse, aut oppositi sui, id est prioris tractationem supernuacaneam: Tot enim modis simul aliquid est, quot & prius. Decimo tertio capite motus species diuiduntur: Hoc physicorum est, ad eos remittatur: id enim homogeneous non est, nec ideo Aristotelis lege catholicū. Nec distinctio vana illa repetatur, quod hinc enuntiationes fieri possint: Tales enim distinctiones à veritate & proprietate artis dialecticæ, catholica lex Aristotelis distinguit. Postremum caput, omnium est ineptissi-

atw t m at  
no sta

ab  
+ a Jambra u  
dk, el ult  
v j it

cept priu ti  
utroq  
p e ab ar potatem of  
7

to  
m  
m

eptissimum, de modis habendi: Lexicon de vocabulo-  
 rum significationibus varium & multiplex, & à multis  
 Grammaticis Græcis & Latinis collectu habemus: nul-  
 lus tamen adhuc tam ineptus extitit, qui tales significa-  
 tionum quisquilias assumeret. Pudet catholicam legem  
 Aristotelis hic adhibere: Res tam graui refutatione in-  
 digna est. Hactenus partibus omnibus Categorici li-  
 belli consideratis & animaduersis, ad Categorias de-  
 cem redeamus. At ne vllam nostram negligentiam in  
 hac quæstione homines quidam reprehendant, omnes  
 latebras excutiamus: quicquid contrà dici possit pro de-  
 fensione Categoriarum, id ipsum subducamus. Nō sint  
 igitur Categorix substantiarum, quantitatum, relatio-  
 num, & cæterorum categorematum per generalissima,  
 subalterna, specialissima, descriptionem complexæ, di-  
 cat aliquis: At decem summa genera sunt, vnde omniū  
 enuntiationum materia, omnia media, omnia syllogif-  
 morum & conclusionū instrumenta depromuntur: nec  
 secundaria, sed primaria dicatur inategoriis inuētio:  
 & iam sit idem Categoria, quod categorema: & ad  
 eandem Categorix definitionem, auctoritatem cate-  
 gorigi doctoris adhibeat: qui capite nono, cū de Cate-  
 goriis peroraret, ait, De propositis igitur generibus sa-  
 tis dictum sit. Adiungatur etiam illa Porphyrij auctori-  
 tas: Categorix prima genera, sunt velut elementa de-  
 cem. Ergo talium horū categorematum artem primūm,  
 deinde vsum spectemus. Quid igitur in generum (vnde  
 omnium enuntiationum & mediorum materia, facul-  
 tas, abundantia oriatur) descriptione & ordinatione ge-  
 neralissimū? Definitio est Categorix, qua intelligamus  
 hoc nomine summum genus nobis proponi. Definitio  
 ista primo loco non est, vt categoricus ordo postulat.  
 Quæ deinde subalterna & specialissima? Causæ, facta,  
 subiecta, adiuncta, opposita, comparata, ratio nominis,  
 tributiones, definitiones, testimonia, & eorum singulo-  
 rum species, quas in Dialectica nostra persecuti sumus.  
 Quid de his categoricus author? horum omnium nihil,

effect  
 fa  
 10

1  
 +  
 ut  
 +  
 pro  
 ubi partium  
 bus.

+  
 tur

excepta (quæ oppositorum particula est) relatione: Item effectis & adiunctis: quæ actione fortassis & passione comprehendantur. Horum inquam, omnium, nihil non dico definitione, sed ne vlla qualicunque significatione notauit aut indicauit. Quid postremò categoricus author facere debuit, vt Categorias κατηγορικῶς καὶ λογικῶς, perspicuè videlicet & splèdidè explicaret? Singulares cuiusque generis species & partes definire: exèplis, quàm maximè fieri possit, insignibus illustrare debuit, vt doceret & vnde præcepta hæc sumerentur, & quò referretur. Omnis siquidem obseruationis studio, scriptori huius artis contendendum fuit, vt à primo naturalis & humani vsus fonte præcepta sua deduceret: quemadmodum tricesimo primo secundi Priorum & decimo quarto, item decimo octauo secundi Posteriorum, verissimè docetur, omnes artes & scientias experientia, obseruatione, inductione exemplorum singulariū fieri. Sunt Homeri, Platones, Demosthenes: sunt in quavis lingua innumerabiles omnis generis præstantes homines, id est Logici & Dialectici authores: varietas denique & copia exemplorum & suauitas deesse diligentibus obseruatoribus nulla potest. Hac de re nihil in Categoriis categoricus author cogitauit: Non igitur Categoriis verè describit: non verè docet, nec omniū mediocriorum, argumentorum, enuntiationum fundamenta vera constituit. Verumenimvero ista medicina tam inueteratum morbum nunquam curabimus: quandiu de præceptis disputabitur, fucus, fallacia, captio denique aliqua reperietur: Vsu, vsu inquam, nobis opus est, qui captionibus & distinctionibus eludi non potest. Quid? inquires, nonne Logicæ vsus tractatur, cùm quotidie de præceptis & regulis disputetur? An artis præcepta omnino reiicis, nec vlla iuuentuti proponi vis? Ego præcepta volo, & eorum gratiâ tam multa disputo, vt vera, vtilia, propria, iuuentuti tradantur, & ad verbum ediscantur, non solùm disputentur: sed cognitionem artis in hoc esse dico, vsus artis in hoc esse nego. Grammaticam

ticam puer miseris adhuc temporibus, & Dialecticam ferè eodem modo doctus sum, disputando de præceptis & altercando. At Grammatica, nõ est doctrina de grammaticis præceptis disputandi: Finis & vsus artis non est in eo: Logica, non est doctrina de logicis præceptis altercandi: Finis in eo & vsus non est. Grammatica est doctrina rectè loquendi: Ergo in rectè loquendo exerceatur. Logica item est doctrina bene differendi, seu scripto, seu voce id fiat: Ergo bene & voce & scripto differendo exerceatur: Socraticumque illud teneamus, philosophiam non solùm esse scientiam, sed multò magis actionem scientiã monstratam. Hebræorum liberi, vt Eusebius ait, spreteis Græcorum artibus, Logicam exercebant in explicatione historiarum, canticorum & poematum compositione, enigmatum enodatione: Rectiùs multò illi sine arte vsum sectabantur, quàm scholæ nostræ artem nescio quam sine vsu. Ergo logicæ exercitationis analysim adhibere, graue & molestum quanuis sit, tamen ne putemus. Præcipit & affirmat categoricus author omnia categoremata significare substantiam, quantitatem, relationem, qualitatem, actionem, passionem, vbi, quando, situm esse, habere. Repetatur huc à Grammaticis simile illud aduersus Porphyrium, nobis adhibitum. Donatus docet octo partes orationis esse: intereaque arte sua vtitur, nec vlla dictione, non ex earum partium aliqua, vtitur. Quòd si quatuor diceret esse partes orationis, Nomē, pronomen, aduerbium, coniunctionem: & Grammaticæ discipulus aliquis ipsum Donatum admoneret, multas esse partes orationis in eius ipsius Donati libro, quæ neque nomen, neque pronomē, neque aduerbiũ, neque cõiunctio essent, vt verba, participia, præpositiones, interiectiones: an Donatus hinc non erubesceret? errorem doctrinæ suæ non agnosceret? At categoricus hic author, Donatus est: profiteretur omnia categoremata significare substantiam, quantitatem, aut aliquam Categoriam: polliceretur se mihi partes orationis traditurum, vnde omnem propositionem,

nem componam: id est omnem materiam, facultatem, copiam promittit, vnde quasuis enuntiationes concipiam: diuidit in partes decem: Atque in eius ipsius libro reperies multas enuntiationes neque ex hac materia fabricatas, neque ex his partibus cōstructas & compositas. An non igitur errorem doctrinæ suæ cognoscet, sed obstinatè vitiosam doctrinam defendet, & pro vera & utili vendicabit? Hoc scholis nostris analytice familiare exemplum propono, vt intelligant, quemadmodum categorici doctoris præcepta, ipsiusmet vsu testimonio verissimo refellantur: artificium, artificis vsu ineptum esse demonstretur. Hunc tantum, tamque grauem errorem facillimè verissimèque perspicient interpretes, si ad vsum sese contulerint: si periculum doctrinæ suæ in propositis exemplis, non tantum librorum suorum, sed quorumlibet hominum, poetarum, oratorum, philosophorum fecerint: si Aristotelis physicam & ethicam philosophiam, ista libra perpendent: si omnis Aristotelicæ philosophiæ categoremata, media, argumenta, enuntiationes, ratiocinationes, ad ista categorica principia reuocarint: si etiam non analytice tantum, sed etiam generis, & operis alicuius syntaxim susceperint. Multa disputant in scholis quotidie: aliquid ex his vnum facillimum sibi proponant, in eoque disceptando, Categorias suas adhibeant & exercent. De homine permulta disputantur in scholis: Thema igitur esto de homine, de quo quicquid è Categoriis suis possint, eruant & dicant: quin etiam magistrum suum, si lubet, interrogent. Quid verò dicant, ô categorice magister (quoniam nos doces, omnia categoremata significare substantiam, quantitatem, relationem, qualitatem, actionem, passionem, vbi, quando, situm esse, habere) dicta nobis ex ista Categoriarum doctrina, genera categorematum, mediiorum, argumentorum, vnde enuntiationibus abundemus, & copiosam aliquam disputationem, & philosopho dignam habeamus. Artes verò traditæ, consilia sunt: Consilia igitur doctrinæ,



petentibus discipulis ne nega. Quid hic magister respō-  
debit: eadem, opinor, si sibi constare volet, quæ in libro  
docuit. Itaque videte, inquiet, hominis substantiam,  
primæne sit an secunda: & quantitatem in numero, ora-  
tione, tempore, loco, linea, superficie, corpore: & rela-  
tionem: & qualitatem in habitu, dispositione, potentia  
naturali & impotentia, patibili qualitate & passione,  
figura, forma: item agere & pati, & ubi, & quando, &  
suum esse, & habere: Hæc enim admirabilia doctoris  
huius sunt consilia: hæc Categoriarum doctrina: hæc  
sapientia dialectica est, quæ sequantur, cum de homi-  
ne volent dicere. Amabò tamen, Aristotelearum Cate-  
goriarum magistri & interpretes, generalia verorū ca-  
tegorematum, verarum Categoriarum, id est verorum  
& logicorum locorum consilia nostra cōtrā comparent,  
& eorum vires in hac eadem quæstione tentent & ex-  
cutiant: caussarum locus consulat cōsiderandas esse ho-  
minis caussas omnes, & finem & formam & modis om-  
nibus efficientem, quæ procreet, quæ conseruet: quæ  
per se efficiat, quæ adiuuet: quæ ex his per se consilio  
vel naturâ, quæ per accidens necessitate vel fortuna ef-  
ficiat: tum materiam, in quibus tot caussis, hominis na-  
tura non Aristotelicè comprehenditur, ut in categorico  
substantiæ vocabulo, ubi iubet categoricus magister  
considerare, primæne sit an secunda, sed etiam per par-  
tes declaratur: Substantia enim hominis & natura, caus-  
sarum hominis coniunctione cohæret & continetur: E  
reliquis argumentorum locis, tum facta proponet, quæ  
sunt in consiliis, Categoriarum actiones, vel omnino  
nihil: tum subiectum, de quo præceptum nullum est in  
Categoriis: tum adiuncta: tum omnium generum cir-  
cūstantias, quarum notam quandam fortassis Cate-  
goria passionis præbeat: illustrationem verò & exem-  
plum quandoque categorica quantitas, qualitas, si-  
tum esse, ubi, quando, habere: tum statuet è regio-  
ne, opposita contraria in relatis, aduersis, priuantibus,  
contradicientibus, quorum præter relationem

in decem Categoriis nihil est: Quid verò? nonne ista generalis inuentionis logica doctrina, Categoriarum interpretes obruet multitudine rerum, de quibus nullum in Categoriis suis consimilium Categoricalis magister tradit? Promet enim è repugnantibus, maioribus, minoribus, paribus, similibus, dissimilibus, coniugatis, partibus tam variis, finitione, testimoniis & humanis & diuinis tantam consilij copiam & vbertatem, vt permirum videatur. Itaque videant ij, qui Aristotelicas animaduersiones admirantur, in hac facili quæstione, quàm multis necessariis fundamentis, Categoriæ careant. Quid porrò si quæstio aliqua non à schola Categoriarum, sed è schola humanitatis, & communi hominis & vita & prudentia ponatur? Si de Grammatica, Rhetorica, Logica ipsa, mathematicis, physicis, ethicis thema ponatur, vtrùm Organicus magister, Categoriarum suarum mentionem facere, an hircere omnino audebit? Quid si igitur de bello, de pace, de Republica, aut eiusmodi ambigua re quæstio ponatur, an Categoriæ ad hanc explicandam quæstionem adhibebuntur? Atenim considerat deliberantis animus, non substantiam belli, quæ nulla est ad Categoriarum legem, nec belli lineas aut superficies aut binarios, sed causas, sed euenta, sed subiecta, sed adiuncta, sed opposita considerat: comparat res omnium generum: rei partes intuetur: rem definiendo comprehendit: hominum iudicia & testimonia, deliberando perpendit. Quamobrem omnibus rationibus & viis, seu spectes artem, seu consideres artis vsum, agnosces Categoriis ea ipsa, quæ putabis, enuntiationum, syllogismorum instrumenta minimè suppeditari. Experti sumus ætate nostra quantæ contentiones in scholis fuerint, vt Alexandrinæ Grammaticæ barbarissimi & solæcisimi hominibus in ea eruditus ostenderentur: rationibus certè & argumentis probati & persuasi non sunt. Nam cum Virgilius, Cicero, Terentius in scholas induciti essent, & eorum hominum lingua, Alexandrinæ Gram-

maticæ

maticæ tam dissimilis audiretur: Placuit aliam Gram-  
 maticam institui, quæ illum puritatis & elegantię  
 vsûm & fructum doceret: Ita cûm poëtis, oratoribus,  
 philosophis, Logica demonstrabitur, vt in illis Gram-  
 matica, eorûmque Logicorum logicus vsûs tam dissi-  
 milis huius logicæ Categoriæ cognoscetur: tum de-  
 mum placebit aliam Logicam iuuentuti proponi, quæ  
 pueros præstantium & excellentium virorum, senûm-  
 que hominum more deliberare, iudicare, disceptare,  
 ratiocinari: virtutem denique, senilémque mentem,  
 in puerili tamen ætate comparare doceat. Est homo  
 mortuus: ergo est homo: sophisma est, vt in logico Or-  
 gano præcipitur. At inquam, Logica in commentariis  
 & regulis ac præceptis posita, Logica mortua est. Quid  
 ita? quia eius vita & anima, est vsûs, quo scriptæ regu-  
 læ carent, quantumlibet magnis clamoribus per nos  
 agitatz. Ita quanuis omnes regulas edidiceris, omnes  
 memoriæ mādaueris, si nunquam in exemplis poëtarû,  
 oratorum, philosophorum exercuisti: nunquā scribendo  
 dicēdoque, ad eorum imitationē differere, vel oratione  
 vel perpetua vel cōcisa cōsueuisti, nunquā deniq; vsûm  
 adhibuisti, libris & commentariis tuis nihilo λογικώτε-  
 ρος es: & quas regulas memoria & mente complecteris,  
 libri illi paginis & foliis suis complectuntur: At vsûm  
 præstare regularum suarum non possunt Logici: itaque  
 mortui sunt. Tu præstare non potes: memento itaque  
 cûm Logicum te appellabis, vnus honore verbi titulû  
 tuum augere, tēque Logicum mortuum nominare. Ista  
 nimirum captio est secundum opinionē, de qua Aristo-  
 teles vicesimo primo capite secundi Priorum, de qua  
 etiam primo primi Posteriorum: quòd generalibus co-  
 gnitis, possunt tamen ignorari singularia. Quare qui-  
 cunque philosophiam istam docetis, his monitis exci-  
 tati, cogitate iam de vsu scholastico & exercitatione iu-  
 uentutis vobis commissæ, quæ doctrinæ præmia, quæ  
 prudentiæ insignia ex his Categoriis capiatis: quem Ci-  
 ceronem, quem Virgilium, quem philosophum, quem  
 liberalem

liberalem & ingenuum scriptorem, his præceptis explicetis: quas ut dicitis, positiones ad Rhetoricum Aristotelis vestri morem in schola vestra declamatis: Aristoteles enim viuus, ut antè dixi, discipulos suos in thesi sic exercuit, ut non reiuuè & aridè, sed copiosè & ornate dicerent: An in Categoriis exercendis eam consuetudinem vestri principis imitamini? Dixi antea in Porphyrio de vsu, & vos hîc sentitis, quid urgeam: Utinam me vno feliciores hîc essetis: Nunquam in schola Aristotelica, & quidem in tot dierum, tot mēsiū, tot annorum clamoribus, vllum de vsu Categoriarum, verbum audiui: Credidi (quia discipulum Aristoteles credulum esse iubet) de Categoriis non acriter admodum inquirendum, quid aut quamobrem discerentur, sed tantum disputandum & clamandum: disputavi pertinaciter, & vehementer clamaui: Credidi si thesim de Categoria in schola positam defenderem, non esse aduersario, etiam verissima dicenti, cedendum, sed contrà distinctionis alicuius captione, totum clamorem conturbandum esse: sin contrà ipse oppugnarem, hoc vnice & singulariter agendum & enitendum, ut aduersarium non docerem, sed ratione quauis, vera an falsa, nihil interesset, vincerem: Sic institutus & informatus eram. Hæc categorica scilicet pila nobis iuuenibus erat proposita, qua ludemus: quam amissam clamando repeteremus: quam acceptam nullo clamore nobis eripi pateremur: Id mihi persuasum erat, Aristoteles Logicæ summam in eo esse positam, ut de ea fortiter & animosè clamando disputaretur. Quando igitur aut quomodo, dicitis, his meliora videre cœpisti? Dicam & apertè & libenter, ut si vobis eadem medicina prodesse possit, quæ mihi tam miserabiliter affecto profuit, vos liberaliter utamini. Non disputabo isto loco, ut vos conuincam, sed candidè & simpliciter explicabo, quomodo Aristotelicis tenebris liberatus sim. Cùm tres annos sexque menses in philosophia Aristotelica, ex Academia nostræ legibus, posuissim, logicis Aristotelici Organi libris cognoscendis, disputan-

d nte si orator  
 e t ar  
 fice t d v  
 f .  
 a .

sputandis, meditando (ex omnibus enim Aristotelicis  
 libris, logici præcipuè toto triennii tempore clamantur  
 & reclamantur) cum inquam, tempus illud ita traduxis-  
 sem, & iam ut absolutus artium scilicet magister, philo-  
 sophica laurea donatus essem, subducta ætatis meæ ra-  
 tione, in Aristoteleis artibus consumptæ, consideravi  
 quibus in rebus logici Organi artes, quas antea tot  
 clamoribus & sudoribus didiceram, imposteroùm exer-  
 cerem: Non in historia & antiquitate rerum prudentio-  
 rem: non in dicendo disertio-rem: non in poësi prom-  
 ptio-rem: non denique vlla in re, Aristotelis logicis me  
 sapientio-rem factum deprehendi. Hei misero mihi, ut  
 obstupui, ut altè ingemui, ut me naturamque meam de-  
 ploravi, ut infelici quodam miseroque fato, ut ingenio  
 à musis prorsus abhorrenti me natum esse iudicavi, qui  
 nullum fructum eius sapientiæ, quæ tanta in Aristoteli-  
 cis logicis prædicaretur, percipere aut cernere tantis  
 laboribus potuissem! Ne igitur omnino nihil agerem,  
 redii ad intermissa quadriennio iam antè studia elo-  
 quentiæ, atque in iis, erudienda iuuentute me ipsum  
 exercui: ita tamen, ut ad inclusam illam de Aristotelicis  
 logicis opinionem & persuasionem perpetuò respice-  
 rem: In omni enim poëtarum & oratorum lectione vi-  
 gilavi, laboravi: modis omnibus contendi, an fieri pos-  
 set, ut logicos Aristotelici Organi libros ad aliquem  
 eruditionis usum reuocarem. Secundam Dialecticæ di-  
 stributionem in Cicerone & Quintiliano, de inuentio-  
 ne & iudicio legi: sed legi magis ex more temporum  
 nostrorum (quæ de his præceptis tantum disputarent,  
 usum in his nullum quærerent) quam penitus cognoui:  
 Nec ex illis authoribus id admodum percipere potui,  
 cum uterque inuentio- nis magis varias artes, quam di-  
 stinctum usum: neuter autem iudicii doctrinam expli-  
 caret, sed dispositionis nomine multa confunderet: ut  
 mihi viderentur eam partitionem potiùs auditam reci-  
 tare, quam perceptam & cognitam declarare. Aliquot  
 post annis cum insitus ille iuuenilis persuasionis amor  
 huc

huc me perpetuò reuocaret, Aristotelico Organo totum me denuò dedidi: diligenter obseruauit: publicè, vt maioris diligentia necessitatem mihi ipsi imponerem, explicauit: falsis etiam laudibus, quas tum veras arbitrabar, exornauit: Et quanuis nihil adhuc solidæ utilitatis tota compositione Logicorum Aristoteleorum cernerem, aliquid tamen in partibus quibusdam deprehendi. Quare non desperauit: Imò verò omnes omnium libros, qui de hac arte editi essent, curiosè peruestigauit: multos & latinè & græcè conscriptos reperi: vnū etiam Hebraicè, ex recetioribus Hebræis: In quibus omnibus nihil nisi Aristotelicæ huius Logicæ contractas quasdam sententias reperiēbam: viam, quæ ad vsum duceret, commodiorem non reperiēbam: Pauci quidam non nihil in partibus quibusdam reprehendebant: summam tamen vniuersæ confusionis sequebantur: nullum vsum (quod caput tamen rei fuerat) aperiebant. Vnus Agricola voluit aliquid hîc meliùs, quàm potuit: Incidi tandem in Galeni librum de Decretis Hippocratis & Platonis: decreta Dialectica admiratus sum: tum illud per mihi mirum fuit, quòd in illa Dialecticæ laudis contentione, Galenus Hippocrati, quem vt deum quendam coleret: non Aristotelem, quem artis huius inuentorem & perfectorem credideram, sed Platonem, tanquam in hac arte, philosophorum omnium principem compararet. Sed tamen hac Hippocratis & Platonis comparatione non tam sum satiatus, quàm excitatus ad omnes Platonis dialogos, qui de Dialectica aliquid præciperent, perlegendum, Hîc, vt verum fatear, optatissimus mihi & gratissimus salutis portus fuit: Ex Socratis enim sermonibus generalem illam rationis humanæ facultatem, percepi idem esse differere & ratione vt: partitionem inuentionis & dispositionis, logicam esse cognoui: Sed præterea, quod omniū maximū fuit, vidi regulam Categoricæ methodi: tum varia variis locis de argumentorum generibus seria & vtilia præcepta didici: Id etiam in Platone valdè probaui, & amaui, quòd

quòd Socrates in falsis opinionibus refellédís, id vnum maximè sibi proponeret, vt eas, quas contra disputaret, à sensibus opinionum, & testimoniis hominum auocaret, traducerétque ad equitatem animi & libertatem iudicii: quia philosophis stultum esse censeret, hominum sententiis, quæ plerunque fallaces essent & mendaces, potiùs temere commoueri, quàm rei cognitæ, & ex omnibus causis perceptæ constanter assentiri. Quid plura? cæpi egomet mecum (cum alio enim id mihi religiosum fuisset) sic cogitare: Hem? quid verat paulisper *σωκρατίζω*, & omiſſa Aristotelica authoritate, quærere, verane sit & propria Dialecticæ hæc doctrina? Fortasse enim philosophus iste sua nos authoritate decepit: vt mirum esse mihi diutiùs non debeat, si fructum, qui nullus inesset, in iis libris non inuenerim. Quid si commentitia sit ista doctrina? nõnne frustra me torqueo & crucio, vt è sterili & arido solo fruges capiam? Sic itaque animatus, & sacris Aristoteleæ superstitionis tantisper exemptus, ad Aristotelici Organi lectionem redi, vt intelligerem, qualis esset Aristotelea Logica: Quæsiui primùm ex illa Platonica categoricæ methodi regula summum Logicæ facultatis & generalissimum finem: definitionem primam, qua mihi definiretur ars bene differendi, tam generaliter & latè, quàm pateat illud, (vti ratione.) In logico Organo definitionem, repetito opere vniuerso, non reperi: commemini tum Dialecticæ partitionis de inuentione & dispositione. Et cum tantam lucem, tamque mentis humanæ in inueniendo & disponendo propriam, studiosiùs essem contemplatus & admiratus, ad Aristotelicam Logicam conuersus obstupui: chaos quoddam mihi videre visus sum: sic inuentionis dispositionisque partes inter se sine definitionibus, sine partitionibus, sine popularibus & perspicuis exemplis confusas animaduerti: ac tum me falsa scholasticæ opinionis persuasione deceptum cognoui. Ignoscite mihi, quicumque ista audieritis, si verè & simpliciter vobiscum loquor: Quo me tum gaudio exultasse, qua

qua lætitia affectum esse, qua animi voluptate percussum creditis? Magnum enim sapientiæ fundamentum mihi iactum existimaui, quòd tam crassæ ignorationis caligine solutus essem: & me, quòd scholastica sophismata didiceram, nihil sapientiæ consecutum intelligerem. Siquidem rectè Horatius:

*Virtus, est vitium fugere: & sapientia prima,  
Stultitia caruisse. —*

Antea mihi videbar onus Aetna grauius sustinere: Sic falsa persuasione vexabar, quòd Aristotelicam Logicam & perfectissimam esse, & perfectissimè doceri, atque exerceri crederè: Et cùm ea tota cognita, & scholasticis clamoribus vehementer clamata nullam vim Logicæ, nullumque vsum percepissem, ingenio ad miseriam damnato me natum arbitrabar: Itaque pro tanto tam gratæ liberationis munere, Deo Opt. Max. gratias immortales, nomine Platonis habui, quòd eum mihi nauclerum præbuisset, per quem ex tam longinqua iactatione, tot fluctibus, tot tempestatibus creptus, tandem incolumis aut portum attingerem, aut certè propinquam terram aspicerem. Ex eo autem tempore multos iam assiduos annos Dialecticam disquisitionem illam docendo, meditando, scribendo, id est vsum, veræ artis parentem, magistrum, effectorem, arbitrum, hac planiore & apertiore via persequor: Ac quâuis magnis tēporum calamitatibus afflictus, maioribus hominum calūniis etiã vexatus, grauisimis interdictis, quicquam de hac re aut docere aut scribere prohiberer: animo tamen & studio institutum tam sanctum, tam Reipublicæ salutare, ac communibus studiis tam vehemèter profuturum nunquam intermisi: Aliquid quotidie non solum studium, sed ætas, sed tempus, sed ipsa rerum natura, sed vsus denique demōstrat, quod fuerat nobis occultum: & spero Dei Opt. Max. gratiã aliquando futurum, vt quod tantis laboribus ac studiis affectum persequimur, perfectum atque absolutū gaudeamus: Sed omnis etiam mali medicinam apud Aristoteleas scholas longè grauisi-



mam, in Aristotele ipso comperio, qui leges de materia  
 artis, de forma artis, tam catholicas in posterioribus A-  
 nalyticis posuit, ut eas secutus, non possis omnes erro-  
 res logici Organi non deprehendere: Et ista medicina  
 ideo locis omnibus vti sumus, & locis omnibus ute-  
 mur. Habetis igitur, qui ista voluistis, quemadmodum  
 ab Aristotelicis tenebris, ad hanc doctrinæ lucem per-  
 uenerim. Nihil hinc disputo vobiscum: Imò verò ut igno-  
 scatis, oro, si vobiscum nimium familiariter ago: si vos  
 amicè moneo: si Aristotelici morbi medicinam, qua cu-  
 ratur ipse sum, vobis non solum libenter, sed etiam li-  
 beraliter offero. Nec tamen Categoriarum librum è  
 manibus hominum, è bibliothecis magistrorum eiici  
 volo. Varro, Priscianus, Diomedes, Valla, Grammaticæ  
 discipulis in schola non præleguntur, sed altercationi-  
 bus eorum & contentionibus omiſsis, verissima ex his  
 & utilissima, id est catholica præcepta seliguntur & ex-  
 primuntur: Nomen eorum tamen Grammaticorum per-  
 manet. Sic in Logica faciamus de Categoriis: logicæ  
 artis catholica seligamus, quibus authoritatem tribua-  
 mus: Libros veterum conseruemus, & ad eos, cum fue-  
 rit opus, recurramus: philosophiamque ex eorum libris  
 collectam, puram veramque doceamus.

FINIS QVARTI LIBRI.



# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-  
fessoris, Animaduersionum Aristo-  
telicarum liber quintus, in  
primum librum

DE INTERPRETATIONE.

AD

Carolū Lotharingum  
Cardinalem.



CATEGORIAS sequuntur in Organo logico libri περὶ Ἐρμηνείας, de Interpretatione: ad hos cōsiderādos Aristotelis principia de materia artis, deq; forma artis, adhibeamus. Græcis liber vnus hîc est: tametsi Alexāder Aphrodisæus quarto Philosophiæ libro videtur citare duos Aristotelis in hoc argumēto libros, vnum de affirmatione, alterum de enuntiatione: Et latini interpretes vulgò duos libros hîc distinguunt: Duo igitur (nihil enim ista res affert momenti) sunt. Videntur autem post Analytica, Topica, Elenchos conscripti: quia hi duo libri, libros illos tanquam prius scriptos citant: Imò verò videntur ex illis libris à recentiore aliquo collecti: Nam quæ ferè hîc traduntur, eadem in Analyticis, Topicis, Elenchis exponuntur, vt suis locis dicitur: Et doctrinæ plenioris gratiâ,

v  
+  
r  
o  
+  
i  
s  
v  
i  
e  
p  
a  
s  
m  
y  
a  
b  
i  
t  
e  
s  
d  
i  
p  
t  
o  
r  
i  
o  
r  
i  
o  
r  
i  
o  
r  
i  
o  
r  
i  
o  
r

gratiâ, lector ad illos libros remittitur: Denique vt categorematis Porphyrij, sic huius magistri Interpretatione, logica carere potuit: siue fuerit alius author, qui postea ex alio collegerit, siue fuerit idem, qui bis idem tradere voluerit. Nec idem videtur Interpretationis, qui Categoriarum, author esse: In Categoriis eius, substantiæ diuinæ & sine potentia actus, in substantiarum genere nullæ ponuntur: At hîc appellantur non solum substantiæ, sed etiam primæ substantiæ. Sed tamen quando, aut à quo scriptus sit liber, nihil interest. Titulus est *περὶ Ἐρμωείας*. Quid igitur est *Ἐρμωεία*; Quâuis in Topicis & Rhetoricis hoc verbum aliquando vsurpetur, attamen in toto hoc libro nusquam est, nec quicquam ab eo coniugatum: tantum abest, vt definiatur: Et videtur ab aliquo Organi logici studio, pro titulo nomen hoc præscriptum. Neque nouum est, in Organo logico propositas res non definiiri: Porphyrius titulum & caput libri sui *τὸ κατηγορούμενον* non definiuit: Categoriæ author, titulum & caput libri sui, Categoriæ non definiuit: Sic operis huius author, titulum & caput libri sui non definit. Hoc nouum non est in Organo logico, sed vsitatum & ferè perpetuum. *Ἐρμωεία* igitur, symbolum & signum pro arbitrio positum, quo sensa mentis explicamus: Sic enim nomen, verbum, oratio, enuntiatio, symbola & signa secundum placitum videntur nominari. In hoc libro, & *Ἐρμωεία* (si author esset vsus hoc verbo) etiam nominata esset, quia his signis & notis sensa mentis interpretamur: Interpretationem, notationem, sermonem, explicationem (quæ nominibus fit & verbis & oratione) significat: Et sic *Ἐρμωεύς*, interpretis: & *Ἐρμωεύειν*, interpretari dicitur: Atque hæc certè res est, quæ initio, tanquam libri totius materia proponitur, dicendum esse quid nomen, verbum, oratio, enuntiatio, affirmatio, negatio: Tametsi affirmatio & negatio possunt esse non symbola, sed ipsa mentis sensa, quæ mox dicentur. Hæc verò τῆς Ἐρμωείας doctrina, primordia Grammaticæ de simplicium dictionum etymologia,

déque earum syntaxi & oratione, complectitur: Ne  
 alienum sit credere ex Aristotelis schola deductam esse  
 se, cuius tempore nulla dum eiusmodi Grammatica  
 præcepta tradita fuerant: Veteres enim, quorum fue-  
 runt Aristoteles quoque atque Theodectes (ait Quinti-  
 lianus) verba modò & nomina & cõiunctiones tradide-  
 runt: videlicet, quòd in verbis vim sermonis, in nomi-  
 nis materiam: (quia alterum est quod loquimur, alte-  
 rum de quo loquimur.) In cõiunctionibus autem com-  
 plexum esse iudicauerunt: Hæc Quintilianus libro primo,  
 qui idem ait etymologiam, Grammaticæ partem, à Cice-  
 rone notationem dici, quia nomen eius inuenitur apud  
 Aristotelem, symbolum. Titulus igitur operis, materiam  
 operi propositam ostendit τὸ ἐπιμυθεῖαν artem vide-  
 licet, qua possumus sensa mentis & cogitata significare  
 alteri & explicare. Sed hæc de titulo satis: Singula iam  
 capita videamus & animaduertamus. Primo capite do-  
 cetur animi sensa vel intelligentias, rerum similitudines  
 esse: Quæ verò sunt in voce, notas & signa sensorum men-  
 tis esse: vt ea quæ scribuntur, eorum quæ sunt in voce: Sensa  
 illa apud omnes eadè esse, symbola & signa non eadem.  
 Quæ vt verè dicta sunt, ita studiosè sunt animaduerten-  
 da. Sensa mentis, id est (vt Cicero loquitur) intelligentiæ  
 visiones, seu visa per sensus in animis, vt Aristoteli pla-  
 cuit, formantur: Et ideo sunt rerum similitudines: Et vt res  
 vbique sunt eedem, sic mentis sensa sunt vbique eadem:  
 Homo, quercus, lapis apud omnem gentes sunt eadem, &  
 de iis animo notiones conceptæ, sunt eadem: Quæ verò  
 proferuntur & scribuntur, symbola & signa tantum sunt,  
 nõ similitudines: Itaque non apud omnes eadem: ἀνέπα-  
 πος, ἄρβυς, λίθος· homo, arbor, lapis: ἄνθρωπος, ἄρβυς, λίθος. Atque  
 in aliis & aliis gentibus, lingua & sermone diuersis, alia  
 subinde atque alia sunt: Similitudinis enim nõ sunt, sed  
 symbola tantum & signa, pro hominum arbitrio, hoc vel  
 illud significantia: Nec (dictio) homo ex quatuor literis  
 & duabus syllabis, rei, cuius symbolum & signum nobis  
 est, imaginem, speciem, similitudinem ullam habet. Hoc  
 dogma

dogma ratum nobis esto, quo Dialecticæ & Grammaticæ lata differentia continetur, cum illa tota sit animi, eadēque apud omnes gentes: hæc tota symbolica, in voce & scriptura. Sensorum mētis cōsiderationem reicit author symbolicus ad doctrinā de Anima, & symbolica tantum sibi videtur proponere. Si sensorum tractatio intelligatur, quomodo per sensus in animis nostris, rerum similitudines & notitiæ imprimantur, in libro de Anima proprius eius locus fuerit. Si verò putes ideo omnia mentis sensa à logicis artibus esse aliena, vehementer errabis: Nam tota Logica, est intelligentia mentis, imò verò intelligentia intelligentiarum: hæc enim cætera omnia percipiuntur & cognoscuntur, & tota sine symbolis interpretationis potest in animo consistere: Longēque fecit elegantius & Logicæ conuenientius author Analyticus, qui interpretationis & enuntiationis mentionem nullam fecit, sed syllogismi generis & analysim tribus terminis & propositionibus conclusit & terminauit: ad ista grāmatica nominum, verborum, orationis, enuntiationis symbola non descendit. Postremus est in primo capite locus animaduertendus, qui docet sensa & symbola, similiter modò simplicia esse, sine vero falsōue, modò composita & vera esse aut falsa. Qualis partitio fuit in Categoriis, categorematum, aliorum secundum complexionem, aliorum sine complexione: quorum illa neque verū, neque falsum significarent, hæc autem significarent: Verū de hac doctrina iam diximus in Categoriis, verum & falsum transcendētia esse, vt vulgus loquitur: vt simplicia sensa, nomina vera aut falsa dici possunt, si veræ sunt similitudines & notæ: & categoricus author sic loquitur, cum ait, Homo non homo: & similiter, oppositorum alterum de quolibet esse verum, alterum falsum. Quare partitionem hanc de vero & non vero distinguamus, vt antea verum & falsum, generalia esse, & hinc specialiter accipi pro vero, quod enuntiatione declaretur: commodius tamen esse, & aptius ad vsum, generalem significationem se-

qui. Secundo & tertio capite simplicia simplicium sensu-  
 rum Symbola definiuntur, nomen & verbum: iisdemque  
 capitibus antiphasis, id est contradictio, per finitum &  
 infinitum nomen & verbum indicatur: Contradictio-  
 nem hinc appello generaliter, pro omni genere opposi-  
 tionis, quæ fit affirmatione & negatione eiusdem rei, si-  
 cut Analytico secundo plurimis locis appellatur, sicuti in  
 eo libro copiosius intelligetur: sed hæc contradictionem  
 etiam exemplo & autoritate symbolici huius authoris  
 facio, qui in his, Iustus, non iustus: homo, non homo, (non)  
 appellat negationem: Sic enim ait in capite de pronun-  
 tiatis infinitis ad illam pronuntiationem, Omnis non ho-  
 mo non valet: cum docet (non) infinitionis notam, quæ  
 dicitur, addendam ad (homo) non ad (omnis:) Non enim  
 dicendum est, Non omnis homo: sed negatio (non) ho-  
 mini adiungenda est: Ergo non homo, non iustus, & si-  
 milia infinita, quæ dicuntur, negant quod homo, iustus,  
 affirmant: Et quod differetur postea, negationes non esse,  
 cum eò peruenerimus, id quale sit, æstimabitur: Neque  
 verò solum negationes appellantur eo loco, sed in capi-  
 te de modificatis enuntiatis, possibile, non possibile: con-  
 tingens, non contingens: quæ ista nomina finita & infi-  
 nita sunt, appellantur oppositæ dictiones, id est, si vtare  
 vno verbo, contradictiones. Quinetiam antiphasis ge-  
 neraliter definitur pro omni affirmationis & negationis  
 oppositione. Atque vbi species oppositionis tantum est,  
 res & veritas nulla est: tamen antiphasis dicitur, vt post-  
 ea patebit: Atque antiphasis omnino propriè negatio-  
 nis oppositionem significat: Et in hoc authore (phasis)  
 duobus locis idem est, quod κατὰ φασιν, id est affirmatio:  
 & φᾶναι καὶ ἀποφᾶναι opponuntur, pro eo quod latine  
 dicimus affirmare & negare: Sic φᾶς καὶ ἀποφᾶς, pro, af-  
 firmans & negans: & sæpe in tota Aristotelis Philoso-  
 phia id genus sermonis vsurpatur, vt φᾶσις, affirmatio:  
 ἀντιφασίς, contra affirmationem, nempe negatio: Sic  
 enim ἀντὶ significat aliquando contra, si cum alio com-  
 ponatur: Et author symbolicus in hoc libello locis de-  
 cem

cem & octo, antiphraseos nomen pro quavis affirmationis & negationis oppositione sic usurpat: Quare cum vocabula symbola sint, & antiphrasis seu contradictio oppositionem significet omnem, quæ sit affirmatione & negatione: significet inquam, vel in huius doctoris oratione tam multis locis: cumque negetur non solum oratio, sed orationis pars, in his certè finitis & infinitis vocabulis, (homo, non homo) quæ dicuntur, contradictionis species nobis erit: quod etiam categoricus author inter genera oppositorum rectè verèque statuit: tametsi neque verè, neque rectè in his esse affirmationem & negationem negavit: Et lex eadem hinc adhibetur finiti & infiniti, seu nominis seu verbi, quæ in Categoriis in illo genere oppositionis adhibita est: Illic enim docetur (homo, non homo) alterum semper esse verum, alterum falsum: hinc dicitur infinitum seu nomen, seu verbum in quolibet esse, & quod est, & quod non est: quia quod homo non est, sit vel non sit, id certè est non homo: Quamobrem species contradictionis hinc est eadem scilicet, quæ in Categoriis fuit. Est verò ridiculam & ineptum, quòd casus nominum & verborum neque nomina dicantur, neque verba: Hinc enim orta est stultitia nescio quæ, primo Analytico reprehensa & damnata, tanquam obliquis casibus nominum, enuntiatio syllogistica nulla fieret: sicut Porphyrius & categoricus doctor categoremata & Categorias dicuntur in simplicibus dictionibus collocasse, tanquam nullus fieret syllogismus, nisi ex simplicibus terminis: qui error verissimè refutatur Analytici primi capite tricesimo septimo. At non sit ex obliquo casu cum verbo (est) enuntiatio: Quid tum? an in enuntiatione obliquus casus ideo esse non poterit? Non dixeris, Romæ est: at Cicero est Romæ, dicere poteris: Nec sequitur si casus obliqui, totum subiectum facere non possint, ut in parte aliqua enuntiationis esse non possint: ineptiæ istæ totam Logicam confuderant. Quarto capite, compositorum intellectuum

composita symbola differuntur: Compositi autem intellectus sunt sententia, compositio, diuisio: quibus in voce & scriptura respondet oratio, quæ enuntiat, affirmat, negat. Sententia verò, generale nomen est, & hac in re magis logicum, quàm oratio, item propositio, quæ nominatur in Analyticis perpetuò. Ergo hæc symbola declarantur hoc capite, & enuntiationi verum falsumque tribuitur. De vero & falso, quod hic indicanti vel ~~cauti~~ <sup>cauti</sup> orationi tanquam proprium tribuitur, dixi iam id omnium & intellectuuni & symbolorum, & simplicium & compositorum commune esse. Atque omnia hæc interpretationis symbola, de nomine, verbo, & oratione, vt vtilia & necessaria esse concedo, sic logicæ artis propria esse non concedo. Omnis disciplina & omnis ars homogeneis & eiusdem generis rebus efficitur, vt in Analyticis posterioribus verissimè docetur: nomen, verbum, oratio, totaque symbolorum interpretatio & inuentio, argumentum & compositio, in vno genere non comprehenduntur: Non sunt igitur vnius artis. Talis error in Rhetoribus fuit, qui nunc est in logicis: quia non videbatur elocutio sine puritate sermonis esse, græcismus græcis, latinitas latinis Rhetoribus, elocutionis Rhetoricæ pars facta est, quod tamen grammaticæ syntaxeos est: Et definire quid sit nomen, verbum, oratio indicatiui vel optatiui modi, vt Grammatici loquuntur, Grammaticæ opus esse dico, non Logicæ: & à Grammaticis ea cognita huc adferri volo: Authoris tamen ( qui primus fortasse Græciæ temporibus illis, cùm Grammatica adhuc nulla esset, ista Grammaticæ initia aperuerit ) diligentiam excusabo: At iam repertis artibus & tot Grammaticæ & Logicæ præceptis & libris editis, suum cuique tribuito, nec in gramaticis logica, nec in logicis grammatica confundito: Catholica lex Aristotelis id vetat. Neque verò iam catholicum illud pharmacum ( de quo in Categoriis sapius ) expecto, quòd alio sine doceantur



tur hæc à Grammaticis, à Logicis alio: Grammaticis congruum, Logicis verum proponi. Etenim vnicus est & perpetuus Grammaticæ finis: congruum istud (quod dicitur) id est bene loqui: & Dialecticæ finis est vnicus & perpetuus, bene ratiocinari: Aliquando non differimus solùm, nec solùm rerum intelligentias speculamur, sed etiam & voce & scripto loquimur, & Grammaticam argumenti, syllogismi, methodi, id est Logicæ signum & symbolum & interpretationem adhibemus: idque cùm facimus, duarum artium opera coniungimus: eadèmq; oratio, quòd sine barbarismis & solæcismis, nomine & verbo de oratione vtatur, Grammaticæ virtus est: quod acutè inueniat, perspicuè disponat & iudicet, Dialecticæ virtus est: Nec certè in nominibus & verbis & oratione quicquam nisi purum sermonem: nec in argumento, propositione, syllogismo, methodo, quicquam nisi puram rationem spectamus: & quo argumento diceres nomina & verba esse Dialecticæ, quia Dialecticus in differendo his vtitur, ea ratione dicerem, definitionem, partitionem, & Logicam totam Grammaticæ esse, quia in Grammatica explicanda logicis illis vtimur. Verùm institutiones artium distinguamus: suas cuique arti regulas proprias, sicut Aristoteles verissimè iubet, reddamus: vinculum commune quod habent, retineamus, id est vsum coniungamus: Id enim vinculum artium commune, non est in confusione regularum, sed in vsu coniunctione: Vsum igitur artium coniungamus: Imò verò vnam & eandem nominis & verbi doctrinam in Grammatico & in hoc authore symbolico perspiciamus. Sint omnia nomina & verba vno in loco confusa, grammatica doctrina puer instructus, logica ista non instructus, singula distinguet: puer alius ignarus grammaticæ doctrinæ, logicæ huius peritus, eadem omnino dignoscet & discernet. At Aristoteles (inquies) primus ista docuit, vt potius Grammatici sumpserint hæc à Dialecticis, quàm hi ab illis. Ego verò leuitatis cul-

pam deprecatus antea sum, & hîc rursus deprecor, qui  
 nugas istas persequar: sed obiiciuntur, & quod peius  
 est, creduntur: Itaque refellendæ sunt. Dico igitur vni-  
 ca ratione, præcepta arti Dialecticæ verè & proprie  
 tribui, si logici luminis & vniuersalis radij sint: si vel  
 inuentionis sint vel dispositionis: si denique de omni,  
 per se & primò insint: At nomen & verbum nihil vtrius-  
 libet partis quicquam sunt: Logicæ omni, per se, pri-  
 mò non insint. Et quòd Aristoteles primus de no-  
 mine & verbo præceperit, quid quæso concluditur ad  
 Dialecticos ista pertinere? An si Aristoteles primus in  
 Dialectica de moribus, de numeris, de lineamentis  
 quædam conturbasset, hæc essent propria dialecticæ  
 doctrinæ, non ethicæ, non arithmeticæ, non geome-  
 triæ? Neque enim verum est, quicquid ab Aristote-  
 le in hac arte conturbatum sit, id dialecticæ artis es-  
 se proprium: Contortum sophisma est: Finis artium  
 suâ naturâ, & rerum sibi subiectarum comprehensio-  
 ne, non hominum inuentione vel opinione termi-  
 nandi sunt. Si Euclides primus pharmacorum gene-  
 ra confudisset, non sequeretur, ea Geometriæ esse  
 propria: At ignoranda hæc non sunt: Fateor, sed nec  
 nominum declinationes, & verborum coniugationes  
 futuris Dialecticis ignorandæ: An ideo iure docebis  
 in Dialectica & declinare nomina, & coniugare ver-  
 ba? Sed quid ista curiosius doceo, cum id ipsum Ari-  
 stoteles apertè doceat? Vniuersi generis vnus vnus  
 est sensus & vna scientia: vt Grammatica vna cum  
 sit, omnes voces considerat, ait Aristoteles secundo  
 quarti Philosophiæ: Ergo nomina verbâque interpre-  
 tari, Grammaticæ proprium est, ait Aristoteles. Nun-  
 quam ne intelligemus, aliud esse in arte non igno-  
 rari oportere, aliud in ea confundi & perturbari?  
 In Categoriis similes errores fuerunt, de comple-  
 xis, incomplexis: de substantia propria, communi: de  
 quantitate, quantitatis generibus, motu, vocabu-  
 lis priùs, simul, habere: In hac Interpretatione, simili-

Pr. pta a his y na:  
 t. p. p. f. et primo  
 i. f. ut.

in q. 1. c. 1. v. 24.

1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

lis error adhuc est: Vna est infinitæ confusionis in Or-  
 gani logici libris occasio, quia prima Dialecticæ & defi-  
 nitio & partitio non proponitur, quia leges Aristotelis,  
 de materia artis, de forma artis, non seruantur: Ideoque  
 tam multa conturbantur. Aliud est ratio, quæ dialecticis  
 præceptis explicari debet, aliud est sermo, qui nomini-  
 bus fit & verbis, vt iam sæpe docui: quamuis plerunque  
 in eadem oratione, Grammaticæ vsus cum Logicæ vsu  
 coniungatur: Et quamuis ratio exprimat sermone &  
 nominibus ac verbis, tamen tota in sese est conuersa: &  
 cogitari res possunt atque iudicari, sine vilo sermonis  
 auxilio: Denique tota Logica, est mentis intelligentia,  
 quod Analytici tertij capite octauo, vt iam citavi, dicitur:  
 Non enim ad externum sermonem demonstratio,  
 sed ad animi rationem: quin neque syllogismus & lu-  
 men hoc, apud omnes gentes & homines idem: inter-  
 pretatio nominis, verbi, orationis, est symbolum & si-  
 gnum, pro arbitrio hominum positum, in singulis gen-  
 tibus varium: nunquam ferè idem & vnum: Quare sym-  
 bola ista logicæ artis non sunt. Deinceps extremo quar-  
 to capite, itémque quinto, sexto, septimo, octauo inte-  
 gris, logica disputatio est de contradictione, valdè con-  
 tra catholicas Aristotelis leges confusa. Oppositorum  
 genera duo sunt, contraria & repugnantia: Contraria,  
 vnum vni opponuntur: ideoque si medio careant, com-  
 muni rei alterum generaliter, alterum specialiter vel  
 propriè vtrumque attributum verum & falsum diui-  
 dunt, & disunctionem veram faciunt: Omnis homo est  
 sanus, vel aliquis homo est æger: Socrates est sanus, vel  
 est æger. Omnis homo videt, vel aliquis homo cæcus  
 est: Socrates videt, vel Socrates cæcus est. Omnis homo  
 sapit, vel aliquis homo non sapit: Socrates sapit, vel So-  
 crates non sapit: Et si vnum horum est, reliquum non  
 potest simul esse: & tamen alterutrum esse necesse est:  
 Ergo contrariorum medio carentium commune est, ve-  
 rum & falsum diuidere, si communi rei alterum gene-  
 raliter, alterum specialiter, vel propriè vtrumque attri-  
 buatur:

A.  
 b. o. a. t.  
 u. t. p. r. i. s. t. o. t. e. l. i. s.  
 t. o. r. i. s.  
 a. t. a.

t. i. o.  
 m. m. b. s. e. r. v. b.  
 x. p. i. m.  
 t. o. t. a.  
 p. u. i. t. y.

o. t.  
 t. f. a. l. s. u. m.  
 f. i. o. n. e. m.  
 p. r. i. m. a. r. i. u. m.  
 p. r. i. m. a. r. i. u. m.

buatur: Sin communi rei vtrumque generaliter attri-  
 buatur, non est necesse: vt, Omnis homo est sanus: om-  
 nis homo est æger. Omnis homo videt: Omnis homo  
 cæcus est. Omnis homo sapit: nullus homo sapit: Vtra-  
 que pars potest esse falsa. Hanc doctrinam generalem  
 & contrariorum omnium medio carentium cõmunem  
 symbolicus hic author in vna specie, id est in affirmatio-  
 nis & negationis oppositione constituit. Et generaliter  
 generaliter, non specialiter, ait catholica lex Aristote-  
 lis, docenda sunt: secus sophistica & nugatoria doctrina  
 est, ait Aristoteles. Ergo partis huius talis doctrina in  
 Interpretatione, sophistica est. Atque hoc in rebus est  
 peccatum: In verbis autem etiam illud: propositiones  
 generaliter contradicentes (vt, Omnis homo sapit, nul-  
 lus homo sapit:) dicuntur *aduersæ*, id est aduersæ: At no-  
 men aduersorum iam oppositis aliis vt (sanus, æger) est  
 attributum: Et dum vnum symbolum, rebus diuersis at-  
 tribuimus, doctrina turbatur: Sed id est huic philoso-  
 pho quotidianum: Ergo cùm generaliter efferretur con-  
 traria, etiam medio carentia vel aduersa vel priuanta  
 vel contradicentia, vt, Omnis homo est sanus, omnis  
 homo est æger: Omnis homo videt, omnis homo cæ-  
 cus est: Omnis homo sapit, nullus homo sapit: attributa  
 quidem ipsa sunt aduersa, priuanta, contradicentia:  
 & propositiones (si lubet sic appellare) aduersæ priuan-  
 tes, contradicentes: nec tamen verum & falsum diui-  
 dunt. Postremò ista veri & falsi necessaria diuisio, spe-  
 ciem propositionis propriæ nobis insinuat: de qua tamè  
 symbolicus author nullam mentionem facit: Et in ea  
 fuerat proprius locus de hac veri falsique diuisione  
 præcipiendi, vt in Dialectica nostra fecimus: non autem  
 cùm de contradictione ageretur, quæ inuentionis, non  
 dispositionis pars est. Neque enim eò iam redeamus,  
 quòd alia sit rei, alia propositionis contradictio. Nam vt  
 in propositionis attributo relatum, aduersum, priuans,  
 sic contradicens consideratur: Simplex illa consideratio  
 est inuentionis vt dixi, non dispositionis propria. Diui-  
 sio

tunc  
 dicitur  
 attr. buatur

dicitur

ut  
 dicitur  
 ut  
 dicitur  
 ut  
 dicitur

fio veri & falsi, confusionis huius occasionem præbuit:  
 Tollatur confusio, doctrina vera distinguatur: de con-  
 tradicentibus, vt de cæteris contrariis, in inuentione-  
 præcipiatur: necessaria veri falsique diuisio, id est disjunc-  
 ctio in dispositione & propositione sua doceatur. Nota-  
 bis tamen interea, simplicis propositionis genera tum  
 commune & vniuersale & particulare, tum proprium:  
 Infinitum autè, quod interponitur, ridiculum est: Nam  
 cum sic infinite proponitur aliquid, Homo est animal:  
 sensus generalis aut specialis accipitur: medius & infi-  
 nitus, qui fingitur, nullus est intellectus: Atque hæc infi-  
 nitio, quæ Aristoteli dicitur, homonymia fuerit: & sen-  
 sus ambiguitas, quæ ab Aristotele meritò inter vitia nu-  
 meratur. Quare virtutes à vitiis distinguamus. De con-  
 tradictione compositæ enuntiationis, vt de ipsa compo-  
 sita enuntiatione, nominatim nil præcipitur in hoc ope-  
 re: quod tamen pendet ex sola contradictionis defini-  
 tione, nempe si coniunctè negetur, quod coniunctè fue-  
 rat affirmatum, negatióque toti enuntiationi præpo-  
 natur: vt,

*Si homo est, animal est:*

*Non si homo est, animal est.*

*Aut dies est, aut nox est:*

*Non aut dies est, aut non est.*

Duo verò genera oppositionis præterea opinione ne-  
 scio qua irreperunt, subcontrariarum, vt,

*Aliquis homo ambulat,*

*Aliquis homo non ambulat:*

& subalternarum, vt,

*Omnis homo ambulat:*

*Aliquis homo ambulat.*

*Nullus homo ambulat:*

*Aliquis homo non ambulat.*

De subcontrariis potuit ex hoc libro aliqua ratio concipi: quæ tametsi non exprimentur nominatim, nec appellantur subcontrariæ, vt appellantur aduersæ & contradicentes, tamen tribus locis nomine contradictionis compre-

comprehenduntur: bis in capite de legibus oppositio-  
num, & iterum in capite de futuro contingenti: Et octa-  
uo capite secundi Analytici, alicui & non alicui inesse,  
appellatur aduersum: de Analytico postea dicam: Certe  
contradictionis nomen hic per abusionem sumitur: nec  
definitio in hoc libro posita potest conuenire: Etenim  
definitio contradictionis repetatur, & intelligatur eiu-  
dem rei affirmatio, & negatio eiusdem de eodem: eiu-  
dem numero, & de eodem, numero, vt Aristoteles in  
Topicis loquitur: Nam res eadem genere & specie ne-  
gari & affirmari potest, vt tamē nulla sit cōtradictio: vt,

*Omnis bos est quadrupes:*

*Nullus equus est bipes:*

Bos & equus, genere sunt idem: quadrupes & bipes, ge-  
nere sunt idem: Item,

*Hic homo, est Socrates:*

*Ille homo, non est Plato:*

Specie affirmatur & negatur idem, & tamen contradi-  
ctio non est, & in neutro exemplo est. Quapropter vt  
contradictio sit, necesse est eandem rem numero, de ea-  
dem re numero negari & affirmari: Et genus sibi gene-  
raliter oppositum, ideo contradictionem facit, quia res  
eadem numero, sub eo comprehensæ, affirmantur &  
negantur: & idem sumptum specialiter, sibi generaliter  
sumpto oppositum, ideo contradictionem facit, quia ex  
his quæ genere continentur, aliquid idem numero ne-  
gatur, quod illic affirmatum erat, aut contrā. Discepte-  
mus igitur positam quæstionem, hac definitione:

*Omnis contradictio, idem numero affirmat & negat:*

*Subcontrarietas (vt ita dicam) non affirmat & negat  
idem numero:*

Etenim veræ simul esse possunt, vt in hoc libro docetur,  
etiam si infinitæ sint: vt,

*Homo est albus:*

*Homo non est albus:*

Nec enim idem putatur significari hoc enuntiationis  
genere, atque vniuersalibus significaretur:

*Omnis*

+    o +    d'et'    fr  
 ,       d       d       r  
 no    aff    v    ur  
 or

*Omnis homo est albus:*

*Nullus homo est albus:*

vt etiam docetur in hoc libro, quamuis ineptè: Quare hîc nulla est contradictio, & contradictionis verbum κατεχρηστικώς in his assumptum est, vt dixi. Atque illud omnino reprehendendum est, quòd dicitur infinitum non idem significare, quod vniuersale enuntiatum: Sic enim artes omnes loquuntur: sic omnes homines communibus vocabulis vtuntur: At si quando commune nomen specialiter, vel de vno certo intelligatur, synecdoche, tropus rhetoricus id efficit. Nec verò fuerit audiendum, quod nescio quis attulerit in his enuntiatis,

*(Aliquis homo ambulat:*

*Aliquis homo non ambulat:)*

eandem rem numero affirmari & negari: nempe de nomine (homo) verbum (ambulat) & affirmari & negari: Etenim valde absurda sit ista captio: Vocabula enim, symbola sunt & signa tantum, nec ex sese faciunt contradictionem: sed res symbolis significata, & orationis qualitas pendet è rerum qualitate, vt primo capite dictum est, & rursus deinceps octauo docebitur: Si autem pars vtraque vera sit, vt esse potest, nequaquam res eadem numero in vtraque parte affirmatur & negatur: Quare nec contradictio erit. Et certè in hoc genere interpretationis, partitio rerum est, non oppositio: perinde ac si diceretur, Hominum alius ambulat, alius non ambulat. Et hoc est fortasse quod Interpretationis author dicere videtur, cum disputat vni affirmationi negationem vnã opponi: secus enuntiationes tales non oppositas, sed diuersas esse. Nec verò diutiùs nobis est in hac disceptatione commorandum, quasi dubia vel incerta, cum tribus postea locis author ipse seipsum planè explicet, & posita lege sententiam suam de toto oppositionis & contradictionis genere manifestè declarat: Veruntamen ait in modificatis, impossibile de eodem veras esse oppositas affirmationes & negationes. Et rursus

rursus ibidem : Nunquam in eodem simul erunt veræ  
 opponuntur enim. Item ibidē, cū disputat huius enun-  
 tiationis, Necessè non esse, negationē non esse, Non ne-  
 cesse est esse : ait, Contingit enim vtrumque de eodem  
 verum esse, Analytici primi capite duodecimo. hoc etiā  
 secundo: De omni enim aut affirmatio aut negatio: Sed  
 Analytici secundi capite decimo quinto, tota cōtrouer-  
 sia hæc dirimitur, vbi docetur hoc genere,

*Aliquis ambulat:*

*Aliquis non ambulat:*

~~non reuera~~, sed verbis duntaxat opponi : & sic oppo-  
 sitio dicatur, quo modo homo pictus, homo diceretur.  
 Quamobrem symbolicus author oppositas esse nō vult  
 subcontrarias, quæ appellantur : & contra eius opinio-  
 nem atque sententiam, in scholas hæc oppositionis spe-  
 cies inducta est: nec authoris sententia, ex peruerso ali-  
 quo & κατὰ χριστικὸς arrepto symbolo comminiscenda  
 est potius, quàm ex tot & tam manifestis, tamque veris  
 locis æstimanda : ac denique in ambiguis rebus verior &  
 vtilior pars optanda ac probanda est. Stultè aut malitiosè  
 facit, qui in authore explicando, si verborum ambigui-  
 tas, duas sententias ostenderit, deteriores sequatur.  
 Quamobrem tollantur è genere enuntiationum oppo-  
 sitarum subcontrariæ: subalternæ verò multò iustiore  
 ratione tollantur, quia sunt ambæ affirmationes, vel am-  
 bæ negationes: & quidem specialis generali consequens  
 & consentanea: tantum abest vt sit opposita : vt,

*Omnis homo albus est:*

*Aliquis igitur homo albus est.*

*Nullus homo albus est:*

*Igitur aliquis homo albus non est.*

Septimo capite enūtiatio vna & multiplex, id est ambi-  
 gua tractatur: Homonymiā iam monuimus in Catego-  
 riis, grāmaticum vitium esse, & ambiguarū dictionis vel  
 vitiosæ, syntaxis occasione accidere: nec præceptū idem  
 sæpius in artis explicatione repetendum & perturban-  
 bādum : Homonymia verò in Categoriis, & paulò post  
 iterum



iterum in hoc libro, in Analyticis, in Topicis & Eléchiſ  
 iteratur: tautologia iſta fugienda eſt: vna de re, vt lex Ar-  
 iſtoteli iubet, vna præceptio ponenda eſt. Sed tamen  
 cōtradictio partim generaliter, partim ſpecialiter com-  
 muni rei, vel vtrinque propriæ attributa, veri falſique  
 diuiſio & diſiunctio neceſſaria eſt: ſimò verò principium  
 principiorum, vt Ariſtoteli placet in Philoſophia: Prin-  
 cipium enim, circa quod errare non poſſumus, eſt om-  
 nium principiorum firmiſſimum: Eſt enim notiſſimum:  
 omnes ſiquidem falluntur in eo, quod ignorant: eſt ἀνυ-  
 πότερον, ſuppoſitione maius: quod enim omnes habere  
 neceſſe eſt, id hypotheſis eſſe non poteſt. At contradi-  
 ctionis axioma principiumque tale eſt: Secūſ eidem in-  
 eſſent oppoſita: contradictionis ſiquidem partes, oppo-  
 ſitæ ſunt: Itaque contradictionis principium, eſt princi-  
 piorum firmiſſimum. Quod eſt huiuſmodi eſt, quæſtio  
 tamen omnium, quæ ſunt in Ariſtotele, grauiffima &  
 obſcuriſſima hinc exitit: Duobus in Philoſophia libris,  
 tertio & quarto: item octauo huius libri capite proxi-  
 mo comprehenſa duplex, An verum, & quomodo verū:  
 id eſt, vtrum contradictionis pars vera, pars falſa ſit:  
 Tum ſi ſit, quomodo tandē vera falſaue ſit. Prioris quæ-  
 ſtionis ſummam è Philoſophia repetam, quò tantæ cō-  
 tentionis ſententia ſaltem deguſtetur: ſecundam dein-  
 de ſuo capite integram tractabo. Quapropter exiſtet a-  
 liquis fortalſe, qui nos errare dicat, partemque contra-  
 dictionis vtranque modò ſimul eſſe veram, modò ſimul  
 eſſe falſam ſentiat. Sed tamen priuſquàm ad tantum pa-  
 radoxum, tamque mirabilem theſim respondeamus, ne  
 fruſtrà laboretur, hæc quæſtio abſolutè demonſtrari nō  
 poteſt: refellēdo autem & confutando contrario tamen  
 poteſt, ait Ariſtoteles: Nec aduerſus quēuis hæc refuta-  
 tio valebit: Theſeos igitur illius patronus & defenſor  
 nobis cognoscendus ac diſtinguendus eſt: Nam ſi ſti-  
 piti ſimilis ac trunco, rationem cur ita ſentiat, afferre  
 nullam poſſit, omittatur: Imperitia ſiquidem magna ſit,  
 aduerſus eum, rationem quærere, qui ratione careat.

Nec

Nec tamen si rationem afferat, protinùs cum eo differendum fuerit: Nam si altercandi tantùm & contradicendi, non philosophandi studio moueatur, quid illi facias, in ratione vim tantùm exquirenti, & rebus absurdis cogi tantùm cupienti, cùm tamen rem omnium rerum absurdissimam tueatur? Ergo & hunc omittamus. At si philosophus aliquis, docèdi discendique cupidus, in hanc opinionem seductus venerit, qui meliorem rationem sequi velit, huius ignorantia sanabilis est, ad eamque tota Aristorelis demonstratio, partim generaliter, partim specialiter refellendum, conuertitur. Heraclitus omnia vera faciebat: Agedùm tam extremæ opinionis defensor ac patrone, qui vis ἡρακλιζῆν, dicens priùs vtranque partem contradictionis esse veram: Experiamur num tam veris sex Aristotelis rationibus labefactari thesis tua, penitusque conuelli possit: quàm falsis tibi captionibus est inducta & obfirmata. Vera est ais, antiphasis vtraque: At inquam, cùm loqueris, cùm ratiocinaris, nōne vocabulis, & argumentis aliquid certum significas & declaras? non autem contrarium conturbas? Si cōcedis, vtranque antiphasin veram non facis: si negas, tollis & orationis & rationis vsum, quia certa mentis sensa, nec oratione denuntias, nec ratiocinatione definis: & ita Dialecticam, cuius te scientia præclarè instructum putas, euertis: Tum verò totam rerum essentiam naturamque peruertis: nil nisi incertam accidentiam, quæ adesse & abesse possit, relinquis: Deinde summam perturbationem inducis, omniâque in vnum confundis: Idem enim erit & lapis & arbor & leo & homo & deus, quia nil nisi verū dici potest. Tum verò cùm omnia vera facere conaris, verum nihil efficis: Nam veris omnibus oppositis, opposita falsa erunt omnia: Denique tuo iudicio omnes mortales ~~veraces~~ erunt, simulque iisdem rebus pronuntiandis, etiam mēdaces erunt, seque ipsos ratione sua confutabunt: Nam & qui affirmant & negant, vera dicunt, eademque ratione mentiuntur: affirmationibus siquidem negatio-

nes, & vicissim negationibus affirmationes abolerentur: Postremò vitæ actiones è vita tollis: Nam cùm vera perinde opposita sint, si statueris Athenas proficisci, cur ambulando potiùs, quàm nò ambulando, eò te peruen-  
 turum putabis? cur nò in puteum te præcipitem dabis? cur iubente medico, cibum potiùs, quàm venenum sumes? Hæ rationes sunt Aristotelis: quarum si quarta & quinta te minùs excitent, an reliquæ etiam te valdè ac vehementer non cõmouebunt? At fortassis antiphaseos vtraque pars si non vera, certè falsa simul esse poterit, mediùmque aliquid excipiet, vt totius antiphaseos vniuersa negatio accipiat: Anaxagoras enim hanc opinionem attulit. Minimè, minimè inquit Aristoteles: nã inter ens & non ens, inter verum & falsum, inter opposita immediata, nihil medium est: At tales sunt antiphaseos partes: nihil igitur habet mediũ, nec vtraque pars simul esse falsa potest. Quamobrem cõsidera qualis ista tua sit thesis, quæ orationẽ & rationem, quæ essentiam, quæ distinctionem, quæ veritatem rerum tollat: quæ veritatem mendacio parem, quæ sublatis denique actionibus ex homine, non solùm pecudem, sed languidam & inertè pecudem faciat: quæ medium inter immediata statuatur: ac desine certissimum antiphaseos axioma repudiare. Sedenim licet generalis ista contentio te perpulit, requiris tamen fortassis, vt speciatim cõtrariis authoribus cùm poëtis, Empedocli, Parmenidi, Homero: tum philosophis, Antistheni, Anaxagoræ, Heraclito, Cratylo, Democrito, Protagoræ respondeam: Hos igitur antiphaseos inficiatores audiamus, & refutationem absoluamus. Quid igitur aiunt?

*Mutato corporis habitu, mutatur animi prudentia,*  
 ait Empedocles:

*Ad presens enim, consilium augetur hominibus. Et alibi:*

*Quantum aliis mutantur, tantum sanè ipsis semper*

*Enim sapere alia adest. Idem Parmenides.*

*Vt enim vnusquisque habet tẽperaturã membrorũ flexibilium,*

*Sic mens hominibus adest: id enim ipsum*

M

Est,

affirmatio ibi yato  
 v r s m t i o  
 v r s t o s

te en te ens  
 inter v u et m  
 t opp t m d  
 ata nihil p medi m  
 tal s autem mit aut  
 p fco p rtes

v et contrar v  
 m utrumq t p i u  
 sep ut t p uctar  
 op ium. d uas t  
 t a s f

*Est, quod sapit membrorum natura hominibus,*

*Et omnibus & omni: quod enim plus, est mens.* Et apud

Homerum, Hector propter acceptum vulnus, furens, aliud sapit, veluti furens sapiant, sed alia. Antisthenes verò dicebat nil posse dici, nisi propria oratione: vnde non liceret contradicere, nec omnino mentiri, quia non propria oratione res tum diceretur. At hic fatuè sentiebat: cum enim res falsa pronuntiatur, oratione contrariè dicitur. Anaxagoras dicebat mistum esse quodlibet in quolibet: & quales quisque res putaret, ei tales esse. Quo vno faciebat omnia falsa. Heraclitus omnia in perpetuo motu & fluxu statuebat: vt bis in eundem fluuium ingredi equus idem non posset: omniàque & esse & nō esse: Quo vno faciebat cūcta vera. Cratylus etiam Heraclitum carpebat: imò dicebat, Ne semel quidem eundem fluuium equus ingredi potest. Itaque eò venerat, vt censeret loquendum non esse, quia rerum natura antè mutaretur, quàm oratione pronuntiari posset: sed digitum tantum mouebat. Democritus vacuum & plenum in quolibet ponebat: & hoc, ens: illud, non ens appellabat: nihilque verum esse dicebat, aut certè nobis incertum. Protagoræ sententia, Homo est omnium rerum mensura: Itaque quod ei videtur & apparet, verum est: cōtrarium, est falsum. Hic cum nihil dicat, magnum tamen quippiam tibi dicere fortasse videatur: Ergo huic separatè respondeamus: Quia apparētia vera dicit esse, phantasiā, veri regulam nobis instituit: & sensus, veritatis iudices efficit. Et certè sensus falli non admodum solet in suis & propriis subiectis, si sanus, si non impeditus: & tum homo sit mensura omnium: Si verò vitiatus sit, falli potest: Vt, duorum oculorū dissimiliter affectorum, de colore eodem diuersum erit iudicium: Item si impeditus, vt spatio & interuallo maiore vel minore, iudicabit maius aut minus esse. In alienis verò subiectis fallitur: Oculus mel esse dicet, cum bilis fortasse fuerit. Tactus, si digiti complacentur, plures lapillos esse iudicabit: Itaque hīc homo non erit mensura omnium. Pra-

terca

ya  
f ac obab  
marli

t ontr oma vna

us non  
solbt in suis et pro vni  
cortus, am it /  
no, edlit, in ali enis  
y potest  
tis falli faci

8

terea non omnia videntur nec apparent omnibus eadem: imò de eodem plerumque eiusdem diuersum iudicium est: tum fierent omnia ad aliquid, nihil esset absolute verum: sed quia apparet homini: Quare Protagoræ mensuram fallacem & inconstantem esse vides. Quòd si Protagoras circumstantiis sententiã suam definisset, personarum, modorum, temporum, id nempe cuique tum esse verum, cum sic ei videretur, paulò consultius egisset: At nuda ista thesis aliena profus est. Sed tamen his omnibus poëtis & philosophis potiùs vniuersis fatissaciamus: Omnes sanè in tam mirabilem sententiam videntur tribus rationibus adducti, primum inconstantia & mutabilitate rerum sensibilium, quas cum variè mutari perspicerent, propterea nihil teneri, nihil sciri, nihil verum falsumve cognosci crediderunt. At verò nec omni modo mutantur: nec enim si quantitate mutantur, mutantur etiam qualitate & forma: & sensibilium longè plurima maximaque pars, vt cœlestiũ, nullo modo mutatur: Itaque de tota rerum sensibilium natura, ex minima eius parte iudicandũ non fuit. Deinde rationes captiosas dissoluere non poterant, vt aduersus eos Aristoteles acutè prudentèrque, sicuti vides, dissoluit: Propterea in his salebris hæserunt: Postremò antiphaseos causam, id est principij principium requirebant: & quorum iudicio standum esset, postulabãt, cum sensus hominum tam fallaces, animosque tam imbecillos viderent. Quæ quæstiones similes sunt, ac si quæretur, Vtrum dormimus, an vigilamus? utrobique enim par est ratio: rei nèpe clarissimæ & manifestissimæ causa quæritur. Quamobrem cum refutationem tum communem, tum propriam audieris, extremã & absurdissimam opinionem depone: & antiphaseos alteram partẽ esse veram, alteram falsam confiteare. Hæc Aristotelea demonstratio est, qua philosophus tantum principium non solum ab omni calumnia vindicare studuit, sed potiùs supra cæteros logicæ philosophiæ magistros, se tãti principij & confirmati & constituti longè principem &

et ut vides qd mo  
 p h e l u p p p s d t p t a s  
 s t r a n g m m e s b  
 s t i y d e r u t d i  
 t e m i +  
 + +

est im  
 in u  
 v r

authorē probare voluit. Adhuc è duabus quæstionibus prima expedita est: egregièque ac fortiter disputatum, contradictionis partem veram, partem falsam esse: Sed vt Aristoteles ipsemet admonet, elenchum hîc esse tantum meminimus, non catholicū artis Dialecticæ præceptum: ideoque in artis præceptis nequaquam à nobis adhibitum. Secunda quæstio, quomodo vera falsaque cōtradictio dicatur, toto capite proximo disseritur: Docuimus in Dialectica nostra, disiunctionis è cōtradictionibus partem veram, partem falsam iam nobis esse, ac certè per naturā esse posse: sic vt dici possit, illa vera est, illa est falsa: Exceptis contingentibus futuris, quorum veritas falsitasque neque sit, neque admodum per naturam esse possit nobis manifesta, quamuis omni tēpore Deo certa manifestaque sit: Aristotelis tamen in hoc capite litera paulò secus loqui videtur, contradictionis in futuro cōtingenti partē neutram iam veram aut falsam esse: quamuis vera aut falsa futura sit, at nondum tamē esse: nec ait hominibus nōdum veram, Deo iam veram, sed omnino nondum esse veram. Caput hoc totum difficillimū & obscurissimū est: non doctrinæ sed doctoris vitio, qui quam aliis pollicetur interpretationē, ipse sibi præstare nō potest. Verba doctoris integra cōstituta, sicut in Græco sunt, neque de meo quicquā addā: nec elegantiorē latinè hūc magistrū faciā, quàm græcè esse voluit.

*In his igitur quæ sunt, & quæ facta sunt, necesse affirmationem vel negationem veram, vel falsam esse. Atque in vniuersalibus quidem semper hanc quidem veram, illā verò falsam esse: & in singularibus quemadmodum dictum est: in vniuersalibus autem nō vniuersaliter dictis non necesse: Dictum verò est & de his in singularibus autem & futuris non similiter.*

Hæc propositio disputationis est obscura valdè: Quid enim significatur vniuersalibus vniuersaliter? An nō hæc (Omnis homo est iustus, Nullus homo est iustus) appel-

o  
 conti futuror  
 3 lita y  
 at ram sc p  
 ad ud man r  
 y a quam o te porc  
 d v manifestata  
 i

lata sunt antea vniuersaliter vniuersales? Dices specialem contradictionem hinc intelligendam esse: vt, Omnis homo est iustus, Aliquis homo non est iustus: Cupio inquam, id intelligi, sed aliud intelligam, quam erit symbolis huius doctoris mihi significatum: Deinde cur in singularibus dicitur? nonne disputatur etiam de illis vniuersalibus vniuersaliter? Nam id in sequentibus nominatum erit: Postremo nonne futura quaedam necessaria sunt? Dices per singularia illa vniuersaliter vniuersalia similiter significari, & per futurum, significari futurum contingens. Audio inquam: At tua ista interpretatio erit, tua haec erunt symbola: doctoris huius haec interpretatio non erit, symbola haec non erunt: & ista docendi licentia, nihil tam peruersum dici poterit, quod non possis recte dictum profiteri: Dixeris bestiam, animal esse rationale: deinde redargutus dicas te nomine bestiae, hominem intelligere: At verum id non est symbolis & signis sensa mentis interpretari, sed auditorem fallere, quem, aliud quam verbis exprimis, velis intelligere. Ego si isto interpretationis genere, si talibus symbolis vterer in hoc tractando auctore, excusarer credo, ac non vt fatuus & malitiosus excusarer: Sed perge: dissimilitudinem quandam contradictionis pro ratione temporum videtur hic magister proponere, vt necesse sit praesentis & praeteriti affirmationem vel negationem iam veram esse, vel falsam: futuri non item. Necessitatem hanc interpretor, vt postea doctor ipse interpretatur, ex disunctionis necessitate, quavis partium nulla sit necessitas. vt, Necesse est cras naumachiam fore vel non fore: Disunctio haec est necessaria, quamuis haec enuntiatio, Naumachia cras erit, non est necessaria: Haec item, Naumachia non erit cras, necessaria non est, vt doctor ipse postea docebit: Denique quamuis nominatim non exprimitur, tamen videtur hic magister significare, vt ex conclusione capituli coniciere licet, praeteritae & praesentis rei contradictionem altera parte iam vera esse, altera iam falsam: Diuinandum enim est: tam disertae interpretationis interpret sensa

sua interpretatur: Ergo dissimilitudinis propositione posita, quòd præteriti & præsentis affirmatio iam vera fit aut falsa, redditiò sequitur, in futuro contingenti simile non esse, quia si vera iam esset affirmatio vel negatio futuri contingentis, etiam esset necessaria: Hic enim syllogismus textitur:

*Si contingens futurũ, iam verũ esset, esset quoque necessarium.*

*Non est necessarium:*

*Non igitur iam verum.* Verba sunt Aristotelis:

Nã si omnis affirmatio vel negatio aut vera aut falsa, & omne necesse esse aut non esse: Si enim hic dixerit fore aliquid, ille verò non dixerit idem hoc: manifestum quòd necesse verũ dicere alterum ipsorum, si omnis affirmatio vel negatio vera aut falsa: Vtraq; enim non erunt simul in talibus. Nam si verum dicere, quòd album, aut quòd non album: necesse esse album, vel non album: & si est album vel non album, verum erit affirmare vel negare: & si non est, falsum dicit: & si falsum dicit, non est: Itaque necesse semper affirmationem aut negationem veram esse aut falsam.

Propositio huius syllogismi adhuc est similitudine præsentis vtrinque explicata, quòd ex vero sequatur necessariũ, & enuntiationis rei que veritas cum necessitate recipitur: vt si vera est enuntiatio (est album) necesse est id ipsum album esse: & si albũ est, vera est enuntiatio. Atque in eiusmodi pronuntiatibus necesse sit semper affirmationem vel negationem veram esse vel falsam: Vbi videmus necessitatẽ conditionalem non absolutam accipi: Additur tamen illustratio propositionis è contrario necessitatis absolutæ, non autẽ conditionalis: Si necessariũ sit, non erit fortuitũ, non vtrumlibet, non cõtingens: Denique quòd esse possit, & non esse. Verba sunt doctoris:

*Nihil igitur neq; est, neque fit, neq; à fortuna, neque vtrũlibet, neq; erit vel nõ erit, sed ex necessitate omnis*

x  
v  
m  
c  
m  
r  
o  
at  
z  
quod postea r f tat z.

f  
ut  
aliis



*non vtrumlibet: Aut enim affirmās, verū dicet aut negās: Similiter enim fieret vel nō fieret: Quod enim vtrumlibet, nihilò magis sic vel nō sic se habet vel habebit.*

Hic notabis vtrumlibet quod sit, quod iam neque verū, neque falsum: imò nō magis verum, quàm falsum: Analytici primi capite duodecimo appellatur cōtingens incertum. Sed hæc propositionis est illustratio captiosa, & quæ nos homonymia verbi fallit: Propositum enim erat necessariū conditionale, quod cōtingēti non necesse est repugnare: Socrates disputat, propositio est contingēs: & eadē si vera ponatur, cōditionali necessitate necessaria, quia quod est, quādo est, necesse est esse: Propositionis igitur illustratio hæc captiosa est. Sequitur sorites quinque graduū ad eādē propositionis cōfirmationē:

*Tum verò si nunc est album, verū erat dicere prius, quòd erit albū: Quare semper verū fuit dicere, quodlibet eorum quæ fiunt, quod est vel erit: Si autē semper verū fuit, quod est vel erit, non potest id non esse, neque non fore: Quod autē non potest nō fieri, impossibile nō fieri: quod verò impossibile non fieri, necesse fieri: Omnia igitur futura necesse fieri: nihil igitur vtrumlibet, neque à fortuna erit: Nā si à fortuna, nō ex necessitate.*

Adhuc verba symbolici sunt magistri, vbi sorites est quinque gradibus cōtextus: Veri, semper veri, non possibilis non, impossibilis non, necessarij: ex quorum primo concluditur extremum. Si quis igitur, quia Socrates nunc est albus, ideo putaret hanc prædictionem, Socrates erit albus, iam tum, cū prædicebatur, fuisse veram, aduersus hūc Aristoteles hoc sorite concludit: Si verum fuit, semper verum fuit: Si semper verum, non potest id non esse, neque non fore: Quod autem non potest non fieri, necesse est fieri: Quapropter vt è primo sequatur extremum, si verum fuit, fuit etiam necessarium. At in hoc sorite secundus gradus captiosus est: nec enim se-

M iij      quitur,

quitur, si ab æterno contingentis futuri pronuntiatio  
 vera sit, vt sit immutabilis: non enim omne verum im-  
 mutabile, sed veritas alia immutabilis, alia contingens.  
 Et hîc Aristoteles quinto gradu necessarium absolutum  
 sumit, cùm proposuisset conditionale: Sorites igitur du-  
 pliciter est captiosus, & in consequentia secundi gradus  
 & quinti, falsa assumptione. Deinceps prolepsis illa re-  
 iicitur, qua diceretur neutram partem fore, vt Anaxago-  
 ras iam dicere visus est: Nam tamen si videatur hic au-  
 thor neutram partem contradictionis in futuro contin-  
 genti iam veram vel falsam confirmare, tamen non af-  
 firmat neutram fore: Verba eius sunt:

*At verò neque quòd neutrum verum contingit dice-  
 re, vt quòd neque erit, neque non erit: Primum enim  
 cùm fuerit affirmatio falsa, negatio non vera esset: &  
 cùm hæc falsa fuerit, contingeret affirmationem non  
 veram esse: Præterea si verum erat dicere, quòd album  
 simul & nigrum, oportet vtrumque esse: si verò erit  
 cras, oportet fore cras: si autem neque erit, neque non  
 erit, cras non fuerit vtrumlibet, vt naumachiam: oportet enim neque fieri naumachiam, neque non fieri.*

Adhuc symbolicus author prolepsim de neutra parte  
 vera verè reiicit ac refellit: Deinde reuertitur ad illa  
 necessitatis absurda consequentia, & sic ait:

*Contingentia igitur absurda hæc & huiusmodi alia,  
 siquidẽ omnis affirmationis & negationis vel in vni-  
 uersalibus vniuersaliter, vel in singularibus necesse est  
 oppositarum esse hæc quidem veram, illam autem fal-  
 sam: Nihil autem vtrumlibet esse in his, quæ fiunt, sed  
 omnia esse & fieri ex necessitate. Quare neque delibe-  
 rare oportuerit, neque negotiari: Nam si hoc fecerimus,  
 erit hoc: si verò non hoc, non erit hoc: Nihil enim pro-  
 hibet & in annum decies millesimum affirmare hunc  
 fore,*

*fore:illum verò negare:Itaque ex necessitate erit:Quare quodlibet eorum verum erat dicere tunc.*

Absurda consequentia hæc sunt, Si necessarium, nil fortuitum, nil vtrumlibet: neque deliberare, neque negotiari oportebit: Vbi similis est homonymia: Nō enim sequitur, Est necessarium conditionale, Non igitur fortuitum, nō igitur liberum: Aristoteles necessitatem conditionalem proposuit: Interpretatur absolutam, & auditorem fallit. Deinde obiicitur: At contradictio nulla dicitur: id enim potest obiici, ne propterea futuri veritas impediatur: At nihil refert, ait Aristoteles, vtrum quis contradictionem dixerit: veritatem quippe rerum non facit oratio vera, sed orationem veram, rerum veritas efficit. Verba sunt doctoris:

*Veruntamen nec hoc differt, si qui dixerint contradictionem vel non dixerint: Manifestum enim, quod sic se res habent, etiamsi non hic quidem affirmauerit aliquid, ille verò negauerit: Neque enim ob id ipsum, quod affirmaueris aut negaueris, erit aut non erit: nec in decies millesimum annum magis, quàm in quantolibet tempore.*

Hæc refutatio vera est. Reuertitur doctor ad necessitatis ex vero consecutionem. Verba eius sunt:

*Quare si in omni tempore ita res habebat, vt alterum verum diceretur, necesse erat hoc fieri: & vnumquodque eorum, quæ fiunt, semper ita se habebat, vt ex necessitate fieret: Si enim verè quis dixit, quòd erit, non potest non fieri: & quod factum est, verum erat dicere semper, quòd erit.*

Hactenus propositio & propositionis explanatio, qua doctor symbolicus omnibus rationibus ac modis connexum illud probare contendit: Si iam verum pronuntiatur aliquid futurum, id etiam necessarium fore. Deinde accedit ad assumptionem, consequensque remouet,



tutam, absolutè necessariam esse, non autem ex cõditione, vt hìc Aristoteles fingit. Verba tamen sunt doctõris:

*Igitur esse quod est, quando sit, & non esse quod non est, quãdo non sit, necesse: Non tamen omne quod est, necesse esse: neque quod non est, necesse non esse: Non enim idem est, omne quod est, esse ex necessitate, quãdo est & simpliciter esse ex necessitate. Similiter autem & in eo quod non est, & in contradictione eadem ratio est: esse quidem vel non esse omne necesse est, & futurũ esse vel non: nõ tamen diuidentem dicere alterum necessarium. Dico autem vt necesse quidem fore naumachiam cras, vel non fore: non tamen fore cras naumachiam necesse, neque non fore: fore tamen aut non fore necessarium.*

Adhuc symbolicus author, quamuis argumento similitudinis non satis accurato, disunctionis necessitatem nobis exposuit, meminimus tamen, vt in Dialectica docuimus, quomodo absolutè vera disunctio, sit etiam necessaria. Postremò syllogismus Aristotelis iudiciũque concluditur, quòd in futuris contingentibus, contradictionis non iam pars vera, pars falsa sit: & veritas rerum cum orationis veritate rursus comparatur. Verba sunt:

*Quare cum similiter orationes veræ sint, perinde atque res, planum quòd quæcunque sic se habent, vt vtrumlibet sint, contrariãque suscipiant, necesse similiter habere & contradictionem, quod contingit in his quæ non semper sunt, vel non semper non sunt: Nam semper in his necesse alteram contradictionis partem veram esse vel falsam: non tamen hanc vel illam, sed vtrumlibet: & magis quidem veram alteram: Non tamen iam veram vel falsam. Quare manifestum quòd non necesse omnis affirmationis & negationis oppositarum,*

*tarum, hanc quidem veram, illam autem falsam esse: Non enim quemadmodum in his quæ sunt, sic se res habet in iis quæ non sunt: possunt tamen esse vel non esse, sed quemadmodum dictum est.*

Hic disputationis vniuersæ syllogismus est:

*Si contingens futurū iam verum est, est etiam necessarium.*

*Non est autem necessarium:*

*Non igitur iam verum.*

Cuius propositio consideranda diligenter est: est enim valdè præceps & lubrica. Categoriæ nobis nullum Deum relinquere videbantur, Interpretatio ista ne nullam Deo rerum futurarum præfensionem relinquat, est animaduertendum: Nam si quia verum est aliquid fore, ideo protinus est etiam necessarium, videbitur impius ille Ciceronis & Carneadis sorites (contra quem nos in Fato Ciceronis) à D. Augustino verissimè grauisimèque damnatus, reuocari & confirmari: Carneadisque & symbolici magistri argumentum vnum esse: Carneades necessitatem & futuri præscitam veritatem, consentaneas res inter se maximèque cōiunctas iudicabat: Vt si præscitæ res omnes sint, & iam veritas futurorum præsciretur, fatum in actionibus humanis & in rebus vniuersis necessitas esset: nec animis hominum quicquam liberum superesset. Itaque cum aut necessitatem subeundam, aut veram futuri præfensionem tollendam iudicaret, vt damnata necessitate animi, libertatem retineret, diuinam præfensionem damnauit: & vt animum sibi liberum faceret, sacrilegum fecit, vt verbis vtar D. Augustini: Nec enim quia præsciuit deus, iccirco futurum est: sed quia futurum est, præsciuit. Non quia video te, iccirco meis oculis obiectus es: sed quia obiectus es, iccirco te video. Ita non quia deus præsciuit aliquod scelus futurum, iccirco id fiet: sed quia futurum est, ideo præsciuit. Quare diligentius hoc symbolici doctoris dogma considerandum est, ne Carneadis, & huius magistri sit impietas eadem: Nec enim quamuis hominibus, ( quibus & præ-

fens

sens & præteritum, iam verum apparet, aut iam falsum) futurum iam verum non appareat, iccirco iam verum non est: nec quamvis ex causa libera, quæ & vtrumlibet & contraria possit agere, aliquid euenturum sit, ideo enuntiatio, quæ futurum illud enuntiat, non est iam neque vera, neque falsa, alioqui enuntiatio non esset, si neque vera, neque falsa foret. Hæc enim definitio eius est in hoc libro: nec veritas, necessitatis est causa. Atque illud captiosè & falsò connectitur: Si iam verum est, est etiam necessarium: Quicquid enim fore verum est, Deo iam verum est, & verum semper fuit: nec iccirco tamen necessarium: Ex causis necessariis, futurum necessarium est: ex liberis, liberum: ex physicis, physicum: Denique quales sunt antecedentes causæ, talis euentus veritas. Sed hac de re latius est à nobis in Fato Ciceronis disputatum.

FINIS LIBRI QVINTI.



# P. RAMI, REGII ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-  
fessoris, *Animaduersionum Aristoteli-  
carum liber sextus, in  
secundum librum*  
DE INTERPRETATIONE.

AD

*Carolus Lotharingum  
Cardinalem.*



**S**UPERIOR liber logicum aliquid habuit de contradictione: sed tam catholicum, quàm cognouimus: Sequitur alter Latinis liber, qui Græcis pars est libri tertia: ubi & antiphasi & contradictione non præcepta vlla logica, sed quaestiones disputantur, quas otiosi pueri in schola sine doctore & magistro temerè videri possint agitalle: Prima est de consecutione finitorum & infinitorum enuntiatorum: Omnis enuntiatio constat ex nomine & verbo, vel nomine infinito & verbo: Sine verbo nulla enuntiatio est: Verbum autem modò solùm attributum est, modò non solùm, modò substantiuum, modò adiectiuum, vt Grammatici loquuntur: & enuntiationes modò infinitæ, modò vniuersales. Hac igitur egregia & subtili subductione, triginta fiunt enuntiationes  
inter



inter se oppositæ, quæ certo diagrammatis ordine collocatæ, se habebunt secundum consecutionem, vt priuationes & ex affirmantibus negantes concludentur: Quod in logicis libris argutum ænigma non appello, vt Pfellus interpret, sed perridiculum sophisma nomine, quia nihil inuentionis, nihil dispositionis, id est nil Dialecticæ doceat. Nec propterea in arte logica catholicum, nec principiis Aristotelis consentaneum: Nullum catholicum argumēti documentum est: Est enim exemplum speciale argumēti è cōtradicientibus, vt iustus, non iustus: Nullum item catholicum iudicii dispositionisve documentum: Generalem enim consecutionis regulam vera Logica instituit syllogismum, quo solò quid cuique antecedenti consentaneum sit, ei consequens certò scimus verèque iudicamus. Homo est iustus: Ergo homo non est non iustus: Enthymema est in hoc Aristotelis exemplo, incerta iudicii consecutionisve regula: cui propositione addita, syllogismus efficitur, hoc modo:

*Nullum iustum, est non iustum:*

*Homo iustus est:*

*Homo igitur non est non iustus.* Argumētum, vt dixi, est è cōtradicientibus: Iudicium certum non hoc Enthymemate, sed catholico syllogismi modo efficitur. Quæ obrem & huius & innumerabiliū eiusmodi exēplorum specialia enthymemata regulis instituere, est planè logica Aristotelis principia & catholica ignorare. Sophisma idem postea pluribus etiam disceptatur, vltimo capite primi Analytici. Postremò illud alterum considerandum, quòd non homo, nō iustus, & similia, negationes dicendæ non sint, quia neque verum, neque falsum significant: Dixi enim antea verum & falsum, transcendentia esse, deque rebus omnibus dici, non de enuntiatione solùm. Quare cùm præcepti huius ratio falsa sit, præceptum ex ea ratione verum videri non debet. Verum enimvero quid dixerimus, si magister hic, seipsum nempe refellens, infinitionem illam, negationem nominet?

minet? At vel in hoc ipso capite (vt iam antea citauimus) sic appellat, cum fingit enuntiationes oppositas ex finitis & infinitis & verbo: Sic enim ad illam enuntiationem (Omnis non homo non valet) cum docet illam suam infinitionem (non) addendam ad (homo) non ad (omnis) Non enim dicendum, ait, Non omnis homo, sed negatio (non) homini adiungenda. Hic symbolicus author appellat (non) negationem: ex qua tamen infinitum nomen effici vult, non negarum: & vsu suo, exemplo suo, testimonio suo, commenti sui doctrinam refellit & conuincit: Et ista bella ratio fuit in Categoriis, quod non negatio, sed velut negatio. Secundo capite secunda quaestio est de consecutione diuisorum & coniuictorum, quae tota ad Elenchos pertinet, & in vitio diuisionis exponenda: Nec tamen in vera arte & catholica, locus est expositioni vitiorum. Praeponuntur pauca de enuntiatione, vna, de qua iam dictum est in hoc libro, quomodo ista homonymiae repetitio esset in logicis praecipis aliena: hic inclusa est differentia illa commentitia, de qua secundo libro dictum est, dialectici nominis, quod dialectica interrogatio, sit responsionis petitio, vel propositionis, vel alterius partis, aut contradictionis: propositio vero sit pars contradictionis: id enim commentum in Organo logico scholasticum esse docui, & vsu ac testimonio Organi ipsius refutaui. A diuisis ad coniuicta, captiosa consecutio in accidentibus est: vt, Est sutor & bonus: ergo sutor bonus: consecutio à coniuictis ad diuisa, captiosa est, si contrarium includatur: vt, Est homo mortuus: Ergo est homo. Regulæ istæ verae sunt, attamen catholicae non sunt, nec facta conclusio per has regulas existimari potest, sed per regulam syllogismi: in cuius firma collocatione & antecedentium partium veritate, iudicii veritas constantiaque collocatur. Innumerabiles eiusmodi regulæ sunt toto Organo confusæ. Enthymematum regulæ sunt, quarum speciale iudicium generali & catholico syllogismi iudicio stabilendum est. Tertio capite nobilis illa quaestio & thesis

dispu-

a  
in c. 4<sup>to</sup>  
a. f. m. 103  
c. utw

disputatur, de modificatis seu modalibus (ut vulgus appellat) enuntiatis: de quibus propter huius quæstionis obscuritatē, vulgatum illud est, De modalibus nō gustabit Aſinus. Tenebras igitur adhibito lumine dialectico depellamus. Quid est modificata enuntiatio? non definitur in hoc capite, quid tamen sit, exemplis intelligi potest: quæ pleniora, quò faciliùs intelligi possint, licet ponamus: Hominem esse album, est possibile: Hominem esse diuitem, est contingēs: Hominem esse animal, est necessarium: Hominem esse bestiam, est impossibile: Hominem esse corporeum, est verum: Hominem esse marmoreū, est falsum. Hi sex modi sunt in hoc capite, possibile, contingens, necessarium, impossibile, verum, falsum: Innumerabiles tamen modi sunt, ut, Parentes colere, sanctū est: Suum cuique tribuere, iustum est. Socrates disputat sapienter: Zeno respondet subtiliter: Alexander præliatur fortiter, & similia: Denique ex omnibus ferè & nominibus & aduerbiis modos eiusmodi liceat enuntiationi addere, ad significādum quomodo categorema in subiecto insit: Ut, agit bene, incedit oblique, & scribit doctè, & similia: nequid hīc magnæ rei vel nouæ disputari videatur. Definita igitur enuntiatione modificata, videamus quæ & quotuplex doctrina de ea suscipiatur: Duo certè huiusce quæstionis capita sunt, alterum de antiphasi, ac de negatione modifierum enuntiatorum: alterum de consecutione. Quid ergo modificatæ pronuntiationis antiphasis? quid negatio? qualis est? Mirabilis certè symbolici doctoris hīc est interpretatio: Videtur dicere negationem modificati pronuntiatam, ad solum modum pertinere: Ut hæc enuntiatio (hominem ambulare, est non possibile) sit negata: videtur inquam, id velle dicere: nominatim tamen id non dicit, neque nobis symbolis suis intelligentiam suam definit. Interpretationem igitur doctoris intueamur, qui primò videtur nobis negationis dissimilitudinem quandam proponere in absolutis & modificatis enuntiatis. Ait igitur in absolutis enuntiatis:

N

Oppo-

for modi enun i to my  
modalium, positi  
organum cum thum  
alii nunc bely  
omib x: um n  
+ e l's

Opponuntur contradictiones secundum esse & nō esse:  
 Ut huius, (sic enim philosophi exempla compleamus, ut  
 res intelligi possit) Socrates est homo: negatio hæc est,  
 Socrates non est homo: non autem hæc, Socrates est nō  
 homo: Et huius, Socrates est homo albus: negatio hæc  
 est, Socrates non est homo albus: non autem hæc, So-  
 crates est non homo albus. Hac adhuc vera sunt, & om-  
 nino aliud est affirmatio infiniti attributi: ut, Socrates  
 est non iustus: aliud negatio: ut, Socrates non est iustus.  
 Hæc inquam vera sunt in his & omnibus aliis exem-  
 plis: Hoc igitur posito, statuitur non simile esse in mo-  
 dificatis: Nam si huius, Possibile esse, negatio esset hæc,  
 Possibile non esse: non autem hæc, Non possibile esse:  
 sequeretur, quia idem potest esse & non esse, oppositas  
 affirmationes & negationes de eodem veras esse: quod  
 est impossibile: Vnde concludit hic doctor negationem  
 huius, Possibile esse, non hanc, Possibile non esse: sed  
 hanc, Non possibile esse: & in cæteris modificatis simi-  
 liter. Hæc autem eius exempla sunt: vel potius exem-  
 plorum quædam obscura vestigia: nec enim enuntiata  
 perfecta sunt, quæ aliquid de aliquo denuntiant, vel ali-  
 quid ab aliquo remoueant, sicuti enuntiatio definita  
 prius est: pars est subiecti tantum, pars attributi tantum:  
 subiectum integrum, attributum integrum nullum est:  
 Nam huius enuntiationis, Hominem esse est possibile:  
 (Hominem esse) subiectum est: (possibile) attributum  
 est: Sed reliqua videamus, & quid his enuntiationum  
 truncis efficiat hic magister, consideremus: Quemad-  
 modum aut in absolutis illis, Homo est, album non est:  
 est, & nō est, sunt  $\pi\epsilon\sigma\sigma\theta\epsilon\sigma\delta\varsigma$ , id est attributiones: subiectæ  
 verò res, homo, album: sic in modificatis, esse & non es-  
 se, subiectum est: posse verò & cōtingere, attributiones:  
 quæ quemadmodum in absolutis, esse, & non esse, sic in  
 modificatis veritatem & falsitatem definiunt: & omni-  
 no in modificatis, esse, & non esse, ponenda sunt tanquā  
 subiecta: Quæ verò affirmationem & negationem faci-  
 unt, illis subiectis attribuuntur, statuunturque oppo-  
 sitæ

a  
 1  
 2  
 3  
 4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100

est quæ aliquid  
 in non denuntiat.  
 ali mi b ali mo  
 r n h u t .

fitz dictiones, Possibile, non possibile: contingens, non  
 contingens: impossibile, non impossibile: necessarium,  
 non necessarium: verum, non verum. Hæc symbola sunt,  
 hæc interpretatio est huius doctoris, qua verè docet &  
 apertè, esse, & non esse, in his enuntiatis, Hominem  
 esse est possibile, Hominem non esse est possibile, pro  
 subiectis habenda: Etenim affirmatiuam figuram, vt a-  
 nalyticus author tertio & duodecimo capite primi A-  
 nalytici loquitur, habent: illud inquam, de subiectis ve-  
 rè docet: sed quod ad categoremata attinet, videtur signi-  
 ficare modificati pronuntiati negationem ad solum  
 modum pertinere. Quod certè etiam captiosè disputat,  
 & falsò concludit. Quod rursus videtur Analytici primi  
 capite secundo cõfirmari, vbi *περίστροφος* appellatur, quod  
 hic *περίστροφος* dicitur: Dissimilitudinis enim inductæ ca-  
 ptiosa redditio est, quòd si quemadmodum in absolutis,  
 sic in modificatis negatio referenda sit ad verbum, op-  
 positæ simul veræ sint: Nec enim quod in absolutis ver-  
 bum facit, est, ambulat, & similia: idem in modificatis  
 facit: In his enim pronuntiatis, Hominem esse est possi-  
 bile, Hominem ambulare est possibile: esse & ambula-  
 re, verba non sunt, sed potius nomina: Et quam vim  
 enuntiationis in absolutis illis, Homo est animal, Ho-  
 mo non est animal, habent est & non est, eandem vim  
 habent in his modificatis, Hominem esse est possibile,  
 Hominem esse non est possibile: Non illa verba nomi-  
 nalia, vt sic dicam, esse & non esse, sed pronuntiationis  
 hæ copulæ, est, non est. Quare dissimilitudinis redditio  
 captiosa est: Nec enim eò refertur redditio compara-  
 tionis, quòd propositio referebatur: Ergo dissimilitudini  
 captiosæ veracem similitudinem reponamus, & dica-  
 mus, quemadmodum huius enuntiationis, Homo est  
 iustus: negatio est hæc, Homo non est iustus: non autem  
 hæc, Homo est non iustus: aliudque negatio, aliud infi-  
 niti attributi affirmatio: sic huius, Hominem esse est  
 possibile, negatio est, Hominem esse non est possibile:  
 non autem hæc, Hominem esse est non possibile. Atque

omnino positæ affirmationis negatio, est secūda enun-  
 tiatio: Tertia, est attributi infiniti affirmatio: nec enun-  
 tiatio negata dici potest, cuius non totum attributum,  
 sed pars attributi tantum negetur. Atqui (est possibile)  
 totum est attributum: (possibile) pars est attributi: fal-  
 sūque ex illa dissimilitudine concluditur, non eandem  
 esse rationem negandi & absoluti & modificati enun-  
 tiati. Agè verò, philosophum suo moneamus argumen-  
 to, & suo consilio: Quo igitur argumento, quo consilio  
 complexionem hanc efficere voluit? Quia inquit, oppo-  
 sitæ simul essent in eodem veræ: Quid ergo genere ne-  
 gationis huius admissio, si oppositæ singulares sint in e-  
 odem simul veræ: nōne perinde absurdum fuerit? nōne  
 denique genus ipsum talis negationis, quæ partem  
 afficiat attributi, partem non attingat, deridendum &  
 explodendum erit? Opponamus igitur hoc modo duas  
 singulares, Socrates est leo necessariò, Socrates est leo  
 non necessariò: Antiphrasis hîc fuerit: vtraque parte  
 tamen manifestè falsa: At antiphraseos singularis necessè  
 est alteram partem esse veram, vt antè iam magister hic  
 docuit. Cùm verò per nomina loquimur, & dicimus  
 necessarium, non necessarium: possibile, non possibile,  
 error ille accidere non potest, vt partes, quæ videntur  
 contradictionem enuntiationis habere, sint simul falsæ:  
 Neque tamen cōtradictionis propria causa id accidit,  
 sed naturâ communis oppositorum omnium medio ca-  
 rentium, quæ subiecto eidem attribuuntur: Quod faci-  
 lè percipies in eo exemplo, in quo, quod subiicitur, dua-  
 bus rebus aduersis re vera subsistit, atque in rerum na-  
 tura est: vt si de homine, qui re vera est, dixeris, Omnis  
 homo sanus est, Aliquis homo æger est: Omnis homo  
 sanus est, Aliquis homo est nō sanus: In his enim exem-  
 plis, quamuis attributi totius cōtradictio nulla sit, ac-  
 cidere tamen non potest, vt pars vtraque simul vera sit:  
 si modò, vt dixi, id quod subiicitur contrariis attributis,  
 re vera sit: Nam si Chymæra, aut res aliqua ficticia subii-  
 ceretur, tum pars vtraque possit esse falsa. Atque hæc  
 falsitas

aff r ut u ata  
 i on potest cui  
 u t t m Attrib t m  
 d p Attrib ti  
 t t

e d A r i o n a a n l  
 a t m f i  
 7.

falsitas omnino contingere non possit, si vera ut dixi, non fictitia subiecta sint in quorumlibet contrariorum medio carentium affirmationibus, quarum vel vtraque propria sit, vel altera generalis, altera specialis: idque non propria contradictionis causa, sed rerum contrariarum medio carentium communis est, ut dixi: Omnem hominem animal esse, est necessarium, Aliquem hominem animal esse, est non necessarium: Omnem hominem currere, est possibile, Aliquem hominem currere, est non possibile: Quamuis non accidit partem vtramque simul esse falsam: non sequitur tamen affirmatae & negatae enuntiationis istam vim, sed rerum attributarum, quae contradictionem in parte attributa, non in toto attributo faciunt. Quamobrem falsum est illud decretum, modificatas enuntiationes negari, si tantum modus negetur: nec alia est negatio modificatarum enuntiationum, quam reliquarum: nec praecipuum hinc vllum est catholicum, sed commentum, & catholicis Aristotelis principiis plane contrarium. Quamobrem si symbolicus auctor docere voluit, modificatas enuntiationes solo modo negari: ut, Hominem esse est possibile, Hominem esse est non possibile: falsam doctrinam docuit. Si non solum modum, sed cum modo verbum negandum esse censuit, nonne ista bella doctrina nos irrisit, qua videlicet nihil noui doceremur? Negationem enim antea definierat, quae remoueret aliquid ab aliquo, non quae aliud opponeret. Nunc ita loquitur disertus Interpretationis interpres: ut quid interpretari voluerit, nescias: Nunquam nominatim affirmat solum modum negandum: nunquam item negat, nec omnino tot exemplis, quibus plurimis hinc vsus est, huiusce quicquam significat: In his enim enuntiationis non exemplis, sed ut dixi truncis, Possibile esse, non possibile esse, & ceteris, nunquam (est) exprimitur. Quod si plena oratione dixisset, Hominem esse est possibile, Hominem esse est non possibile: intelligeremus exemplis, quamuis non praeciperetur, solum modum negari: Vel si diceret, Ho-

n. a. est p.  
ut ali m.  
no pra. de. J. op.

comp l.  
comp v.  
auto  
pr ta. e.

minem esse est possibile, Hominē esse nō est possibile: intelligeremus modū verbūmq̄ue simul negari. At nūquam in oratione tā proluxa id expressit: & enūtiationis trūco nescio quo, quā legitimo & perfecto exēplo vitā maluit. Veruntamen quāuis symbola hominis & verba nō possumus, certē sensum & intelligentiā convincere & constringere possumus: Aut enim solū modū negare voluit, aut non: si primū, fallitur, & pro vera doctrina falsam tradit: si secūdum, nugatur & imperitis illudit: At ē duobus alterū: Quare falsum aut vanū: vtrumvis elige. Atque hęc de prima quęstionis huius parte: secūda est in cōsecutione modifierū, qua ratione disposita secūdū contradictionē, antecedant cōsequantur ve: quale antea sophisma in ænigmate de infinitis enūtiationibus fuit. Primus ordo vanus cōponitur: qui iccirco quia nō quadrat, ad numerū rejicitur: Secundus, qui ex correctione primi factus est, nō improbatur quidē, sed ei tertius anteponitur. Atque id ipsum de modificatis sophisma non aliūde oritur, quā ex verbi (possibilis) homonymia, quę in capite de cōtingenti futuro exposita est, & in hoc capite repetitur. Possibile enim triplex est: alia enim sempiterna & immutabilia, actus tantū sunt, sine potestate: alia cū potētia, quod actu esse possint & suscipere opposita, possint quę & esse & nō esse: hoc possibile, appellatū est prius cōtingēs vtrūlibet: & duodecimo capite primi Analytici appellatur cōtingēs incertū: alia potētia tantū sine actu. Ergo possibile aliquando generaliter omnia ista significat, aliquādo specialiter secūdū & tertiu genū, quod esse possit & nō possit: Quia verbi homonymia reliquū de modificatis enuntiationibus sophisma factū est: Nam si vno modo possibile dicatur, facile sit intelligere, quid cuique sit antecedēs aut cōsequens: & in hoc confectario, Necessē est, ergo non possibile est nō esse: & in cæteris hoc capite propositis, enthymema est, cuius consequens verē firmēque cōcluditur, non huius regulę ratione, sed syllogismi conclusione: Atque omnino omnes præter syllogismū, cōsequentiarum regulę, quę tra-

duntur

o. i. h. m. on est  
 u. om. fr. p. ex  
 f. in m. m. t.  
 t. at t. m.  
 i. pot. t. m. t.  
 p. h. t. m. m.  
 s. p. s. i. t. t.  
 r. qual. p. p.  
 o. h. i. v. t. m.  
 t. o. h. i. m. i. t. t.  
 p. t. t. i. a. f. a. c. t. u. m.  
 n. s.



duntur in logico Organo, inertes sunt & vanæ, vt antea dixi: & quicūque eas tradidit, docuit se syllogismi vsum nescire. Quamobrem tantæ quæstionis sapiētiam recolamus, & cōcludamus. Modificatū enuntiatum quid sit, non definitur: quæstio altera captiosa vel nugatoria est, altera sophismatis laude par & proxima: Nec in tota omnino quæstione quicquā logicū est, quod ad explicandum Platonem, Aristotelem, Demosthenē, Ciceronem, aut aliū quemuis scriptorē: nil quod ad eos imitandum, nihil denique quod ad differēdū possit referri: Nec omnino quicquā Aristotelis catholicis principiis consentaneum. Postremo capite quæstio postrema tractatur, & disputatur, affirmationi negationem, nō affirmationem aduersi magis aduersam esse: vt, Omnis homo est iustus, Nullus homo est iustus: aduersæ sunt, nō autem, Omnis homo, est iniustus. Itē, Callias est iustus, Callias non est iustus: aduersæ sunt, non autem, Callias est iniustus. Prima ratio, quia aduersorū affirmationes sunt infinitæ: secūda, quia ex affirmatione & negatione fallacia fiat, nō ex affirmationibus aduersorū: tertia, quia veræ affirmationis negatio per se falsa: affirmatio aduersi, ratione negationis, ideoque negatio magis falsa: quarta, quia vbi aduersum nihil est, tamen negatio dicitur aduersa. Additur etiā tandē simile: ex quibus argumētis, cōcluditur affirmationi negationē, nō aduersi affirmationē aduersam esse: Verbis apertis ita proponitur, & simpliciter sine vlla cōparatione cōcluditur. Vno autē in loco cōparatē dicitur, opinionē negationis ἐναντιωτέραν, magis aduersam: sed id nūquā proponitur, neque cōcluditur: Ergo (id quod dixi) nō cōparatē, sed simpliciter & proponitur & cōcluditur: quā verē & cōstanter, Logici vident: nec enim verum est, aduersa infinita esse: quin potius vnum vni aduersum, vt Aristoteles docet in Philosophia quarto capite decimi. Et fallaciæ ex aduersis fiūt, sicut ex affirmatione & negatione: & aduersum falsum, falsum per se non esse, quæstio fuerit: & duo reliqua si vera sint, tamen nihil cōcluditur: quinetiam,

N iiij quod

d  
u  
u  
m  
t  
i  
m  
t  
d  
o  
p  
p  
o  
s  
i  
t  
i  
o  
n  
e  
t  
u  
n  
t  
i  
o  
n  
e

quod magis mirere, bonum, malum, iustum, iniustum, in  
Categoriis & in hoc capite aduersa nominantur: esse,  
non esse, & similia, non appellantur in Categoriis ad-  
uersa, sed opposita, ut affirmatio & negatio: Itaque e-  
nuntiationes è rebus aduersis factæ, aduersæ quoque  
dicendæ sunt enuntiationes: ratione autem affirmatio-  
nis & negationis, contradicentes enuntiationes nomi-  
nandæ sunt, sicuti iam monui: Quinetiam in Categoriis  
enuntiationes hæ, Socrates valet, Socrates ægrotat, ad-  
uersa coniuncta nominantur: & symbolici authoris te-  
meraria assertio, categorici doctoris vero testimonio  
iudicioque refellitur. Quid igitur iam plura disputo?  
cur non iam cum auctore categorico concludo, affir-  
mationem aduersi, potius quàm negationem aduersam  
dicendam esse? Veruntamen in hoc capite singularis  
symbolici doctoris interpretatio est: Quid enim putas  
cum nomine aduersæ enuntiationis dicere? quid sym-  
bolis & signis suis nobis significare? an quod antea de-  
finiuit, vniuersalem nempe affirmationem vniuersali  
negationi oppositam? Minimè: Nam primùm propriam  
contradictionem in exemplum adhibet: ut, Callias est  
iustus, Callias non est iustus: Callias est iustus, Callias  
est iniustus: Deinde generis nomen pro eodem bis ad-  
hibet: ex oppositis autem generationis: id enim primùm  
erat argumentum. Et rursus: Falsa est verè opposita, &  
iam per aduersas enuntiationes, quolibet genere oppo-  
sitas, nobis significat symbolis orationis suæ & signis, se  
dicere. Postremò etiam antiphaseos nomen hîc pro eo-  
dem bis adhibetur: Aut enim vbique est contradic-  
tionis enuntiatio, aut nusquam. Et rursus mox eodem ver-  
bo idem dicitur: Si igitur hæ negationes aduersæ, etiam  
aliæ, quæ sunt contradictiones. Ergo per aduersas enun-  
tiationes symbolicus auctor nobis exponit tum cõtra-  
dicentes singulares, tum quomodolibet oppositas, tum  
rursus contradicentes quaslibet: Sic videlicet ad rem pro-  
priè explicandam usurpat genus pro specie, imò speciem  
aduersam pro aduersa specie: tãquam si cum vnum ali-

q  
u  
a  
m  
a  
t  
i  
a

quod

quod animal, leonē videlicet, propriè designare velles, omnē vocabulorum cōfusionem aggregates, appellésque animal, hominem, bestiam: Attamen cū hæc ita sint, in finem capitis contradicentes enuntiationes videtur ab aduersis distinguere. Quamobrem quoniam libri vniuersi summam perspeximus, meliorem aliquādo & saniorē philosophiam à vero & naturali vsu requiramus: Hic Aristotelis magister fuit. Aristoteles multa didicerat à Platone: Platonis tamen doctrina contentus non fuit: sed quæ in eo vera & vtilia probauerat, assumpsit: cetera reiecit: alia per se ipsum, quæ putauit meliora, peruestigauit. Theophrastus ab Aristotele multa cognouerat: eius tamen doctrina contētus non fuit: liberè multis in locis à magistro dissenfit: excellentiora per se ipsum indagauit. Denique si philosophiæ memoriam vsque repetas vltimam, nunquam nauus & industrius discipulus, magistri sui doctrina contētus fuit. Hæc virtus in omnibus magnis ingeniis insita fuit, vt quod maiores laude gloriâque præstātes fecissent, id posteri studerent efficiere: vt quoniam in humanis studiis nihil esset absolutum, corrigere vitiosa, & imperfecta perficere conarentur. Quapropter hanc Aristotelis diligētiam imitemur: quod fecit de Platonis libris Aristoteles, id de Aristotelis (si tamē sunt Aristotelis) libris faciamus. Philosophiam Platonis dispersam multis & variis dialogis, in tria genera, logicum, physicum, ethicum distraxit: de suo multa addidit: Ita nos è logico Organo logica præcepta, quæ confusiùs illic cumulata sunt, distinctius exprimamus: singula semel exponamus: illustria exempla de nobis adiungamus: distincta & illustrata in vsum deducamus: Denique Aristotelea illa principia, de materia, deque forma veræ artis ac scientiæ, sequamur: Nec artem tantùm teneamus, sed multò magis illum ipsum artis parentem vsum tractemus & vsurpemus. Nec logicæ artis doctrinam, & Heliogabali cœnam similem faciamus: Hic enim Romanus Imperator, inter multa alia stultitiæ & nequitiae suæ exempla, paratis suis

suis cœnam exhibebat sæpe ceream, sæpe ligneam, sæpe  
 eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam marmo-  
 ream etiam ac lapideam: ita ut illis omnia picta ficti-  
 que apponerentur, quæ ipse vera cœnabat: & tanquam  
 saturi manus tandem lauabant. At nos sapientes Logi-  
 cæ magistri, si præcepta tantum, licet vera, vilia, pro-  
 pria, catholica denique, sed tantum præcepta propona-  
 mus, vsum in excellentibus authoribus nullum degre-  
 standum apponamus, nullum scribendo dicendoque  
 carpendum permittamus, quid aliud discipulis nostris,  
 quam Heliogabali fictam pictamque cœnam instrui-  
 mus? Ars enim, ars inquam, vel rectissima & verissima,  
 vel mille clamoribus intelligentiæ ac memoriæ impres-  
 sa & infixæ, tantum pictura est naturæ & vsus: Clamor  
 de præceptis logicis, non est vsus Logicæ: Quid ita: quia,  
 ut sæpe iam dixi, Logica, est ars bene differendi de om-  
 nibus rebus, non tantum de suis præceptis clamandi.  
 Ergo nos si præcepta sola proponamus, Heliogabali  
 fuerimus, discipulique nostri, nobis parafiti fuerint, qui  
 opiparo logicæ cœnæ non olfactu, non gustatu, sed visu  
 tanquam satiati, manus videlicet lauent: & inde ubi su-  
 rerint, se præclare cœnatos esse prædicent, sese philo-  
 sophos appellent: Atque ita, quod in aliis nequitia gen-  
 nus irridemus, in nobis, mutata videlicet persona, plau-  
 su & clamore comprobemus. Quæ cum ita sint, ac ta-  
 men hunc librum, sicuti de Porphyrio iam & Catego-  
 riis admonui, de bibliothecis omnibus tollamus. Alex-  
 ander Caracalla Romanus Imperator, quod audisset  
 Alexandrum veneno, Aristotelis fraude permisso peris-  
 se, vetuit Aristotelis philosophiam doceri, iussitque A-  
 ristoteleos iam tunc plerosque ex Aphrodisi schola pro-  
 fectos, Romano imperio expelli: Hoc edictum tam se-  
 uerum ne sequamur, sed potiùs Academiæ nostræ le-  
 gem complectamur: Philosophicos libros non de ver-  
 bo, ut loquitur, ad verbum pueris prælegamus, ne multa  
 aliena, inutilia, falsa permisceamus: sed de puncto in  
 punctum tradamus, ut tantum catholica doceamus: li-  
 bros

bros Organici doctoris in Logica, tãquam Prisciani vel  
 Diomedis in Grammatica, retineamus, philosophiam-  
 que è philosophorum libris catholicè collectã, iuuentu-  
 ti perdiscendam proponamus: Denique, quod tam mul-  
 tis locis iam monui, imò perpetuò monendum mihi  
 statui, Logicam logicis Aristotelis principiis confor-  
 matam doceamus: Aristotelis viui vsum & exercitatio-  
 nem teneamus. Dies plusquam ducentos ordinariis  
 philosophiæ prælectionibus quotannis vacuos, Acade-  
 miæ leges nobis distribuunt, in vfu Logicæ constitu-  
 mus: sanctissimis legibus pareamus: Iuuentutis (cuius  
 moderatores & doctores esse volumus) veræ & solidæ  
 exercitationi & institutioni seruiamus.

FINIS LIBRI SEXTI.



# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

*fessoris, Animaduersionum Aristotelicarum liber septimus, in*

*primum Analyticum,*

DE SYLLOGISMO.

AD

*Carolum Lotharingum  
Cardinalem.*



ANALYTICI quatuor libri summam quandam vniuersæ Logicæ continent, & inuentionis copiam & abundantiam quandam proponunt, & iudicium tum propositionis, tum syllogismi, tum methodi ferè complectuntur. Inscriptionis causa quæ fuerit, etsi multi interpretes adferunt, quòd ἀναλύειν, sit ἀποδημοῦντων, καὶ ἀναστρέφειντων εἰς τὰ οἴκη, peregrinantium, & domum reuersorum, nil tamen admodum conferunt: è subiecta re, verbi significationem potiùs depromamus. Est verò Analysis, omnium artium communis, non vnius artis propria: éstque pars exercitationis in omni arte, & prima & extrema. Grammaticus magister ad exercitationem Grammaticæ proponit primùm rudi discipulo Virgilij aut Ciceronis exempla quæ

quæ ἀναλύει, retexit, & ad artis legem resoluit & expēdit:

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.

Retexit huius versus etymologiam, & quæ pars sit orationis vnaquæque dictio, ostendit, & singularum partium proprietates exquirat. O, Admirationis interiectio. Melibœe, nomen secundæ declinationis, vocatiui casus, singularis numeri: & cætera eiusmodi: Tum retexit syntaxim: O Melibœe, latina oratio est, quia ô iungitur vocatiuo. Deus fecit, oratio latina est, quia suppositum & appositum conueniunt in numero & personâ: & de cæteris eodem modo. Retexit etiam prosodiam, cum puerum interrogat, an Melibœe, otia, rectè pronuntietur, illud acutum in penultima, hoc antepenultima: Retexit postremò orthographiam, cum requirit vbi simplex litera, vbi diphthongus sit necessaria: vbi denique hæc vel illa litera: cum puer exemplum receptum sibi & expositum imitatus sit, eius imitationem rursus ad easdem Grammaticæ leges retexit & explorat. Denique in laudatissima Parisiensis Academiæ consuetudine & disciplina, totus Grammaticæ labor in audiendo puero, in eius themate corrigendo, emédando, analysis est grammatica: Hæc inquam, analysis grammatica est, quæ constructum iam & compositum orationis exemplum, imò etiam nostrum ad eius imitationem factum, omnibus modis retexit, & ad legem artis expendit. Analysis rhetorica est, cum Rhetor propositum ornatæ orationis exemplum tropis & figuris eadem diligentia retexit, cum pronuntiando, voce gestuque elocutionem exprimendo, discipulum ad artis leges reuocat, & vtrum cum præcepto artis & decreto, hic gestus, vox illa congruit, interrogat: illiusque examen, analysis est rhetorica. In omnibus igitur artibus non solum liberalibus, sed mechanicis, cum facti operis exemplum ad leges artis examinatur & probatur, analysis est, examen scilicet & probatio. Ergo logica analysis est, cum propositum factæ & constructæ disputationis exemplum ad leges artis examinatur, quæstio subducitur,

ducitur, tum inuentio spectatur: argumentum ex quo  
 loco deductum sit, exquiritur: Hæc analysis est inuen-  
 tionis: Deinde propositionis species consideratur in  
 singularium, & per se manifestarum propositionum in-  
 dicio: vtrum simplex propositio, communis an pro-  
 pria: composita, vtrum copulata an relata, an con-  
 nexa an disuncta: Denique qua veritate vel scien-  
 tiæ vel opinionis manifesta. Item in syllogismo & me-  
 thodo: In syllogismo, quomodo cum partibus qua-  
 stionis collocatum, qua forma, quo formæ modo con-  
 clusum: Hæc analysis est syllogismi: In methodo,  
 quo pacto tota & vniuersa, si longior disputatio in-  
 disponatur: Vtrum doctrinæ methodo definitiones,  
 partitiones, & exemplorum illustrationes à genera-  
 lioribus, & naturâ prioribus deducantur, an pruden-  
 tiæ methodo secùs ordinentur: Hæc methodi analysi-  
 sis est: hæc inquam, analysis est logica, logicæ ex-  
 ercitationis prima pars & extrema, quæ arti logicæ  
 primos & summos spiritus atque animos inspirat: pri-  
 mam summamque vitam, animamque donat. Ad  
 comparatis iam rebus non dubitabo dicere, Logicæ  
 secundam partem, quæ dicta est à recentioribus  
 Græcis κριτική, modò ἀναλυτικὴν nominari: & κριτική  
 nunc ἀνάλυσιν dici: Vnde totum hoc opus quatuor libro-  
 rum ἀναλυτικὸν, tanquam κριτικὸν inscribi: ab excellen-  
 tiore videlicet exercitationis parte, quæ in his libris in-  
 struitur: quæque non solum disputationis alienæ, sed  
 etiam nostræ constantiam vel inconstantiam examinat  
 & explorat. Didiceris tota artis præcepta: triennium to-  
 tum cum dimidio, quod miserè tot annos in Academia  
 nostra fieri conquerimur & lamentamur, clamaueris  
 per artis Logicæ præcepta, poëtas, oratores, philoso-  
 phos, Logicam denique ipsam ἀναλύειν non didice-  
 ris, nihilo plus in Logica profeceris, quàm in Gram-  
 matica, si omnia Grammaticæ præcepta didiceris, to-  
 tum triennium cum dimidio clamaueris, oblatum  
 autem Virgilij versum, grammaticè ἀναλύειν non di-  
 diceris.



dicere. ἀναλυτικὰ λογικὰ profitentur innumerabiles doctores & magistri, nemo tamen ἀναλυτικὰ λογικῶς ἀναλύει. Verbo sequuntur omnes Aristotelis doctrinam (si tamen est Aristoteles, huius doctrinæ author) re ipsa aspernantur ac despiciunt: Aristoteles docet analysim, primam præcipuamque Logicæ partem esse: ab ea logicum hoc opus, Analyticum nominat: At qui nunc se Aristotelis æmulos esse gloriantur, non modò nullum vel poëtæ, vel oratoris, vel philosophi exemplum logicis his præceptis non ἀναλύουσι, retexunt, sed scelus clamant, & facinus indignum, si quis ad analysim omnia Logicæ artis præcepta referat: nec logicum dogma recipiat vllum nisi analysi, nisi vsui & exercitationi accommodatum: Exempla autem iuuentuti proponat ex poëtis, oratoribus, philosophis: nec Logicum quenquam putet esse, qui non sit analyticus: Hæc enim tot annorum contentio nostra est. Grammatica ars, sua analysi non solùm vtiliter, sed laudabiliter in tot Academix Parisiensis gymnasiis exercetur: Logica ars, quæ cæteras artes constituit, quæ reperit, quæ disponit, quæ singulis analysim proponit, sola ex omnibus artibus non solùm inutiliter, sed miserabiliter analysi nulla exercetur. Quamobrem hîc imprimis Aristotelicum profiteor esse me, qui logicam totam artem ad analysim refero, qui nullum in logica arte præceptum esse volo, quod non valeat ad poëtæ, oratores, philosophos, omnisque generis scriptores, omnes denique omnium hominum sententias vel scriptas vel dictas retexendum, explicandum, interpretandum, iudicandum: Id est quod non sit analyticum: Et vt superiores Organi logici libros logicè retexuimus, sic reliquos retexemus, & quid verum, quid vtile, perpendemus. Sed hæc satis de inscriptione, quam his in libris ab Aristotele factam esse testis est idem Aristoteles, qui citat in reliquis libris Analyticos libros: Diuisionem verò factam in priora & posteriora Analytica, Aristotelis non esse,

Aristo-

Aristoteles ipse indicio est, qui priores libros de syllogismo, posteriores de demonstratione, tanquam sibi se inscriptos, appellat: Vt demonstratum est in libris de syllogismo, ait tertio capite primi Posteriorum: Item demonstratum est in libris de syllogismo, ait ibidem octauo capite: Secunda autem analysis, de demonstratione inscripta fuerat: Inscriptionis huius proprietatem ante omnes Aristotelis interpretes, qui nunc extant, Galenus iam olim perspexit, & in opere de suis libris annotauit: cuius iam tempore, prima & secunda Analytica, item priora & posteriora vulgò inscribentur. Sed hæc leuiora. Continetur in Analyticis summa logicæ artis quædam doctrina, vt dixi, sed obscurissima & confusissima: Obscuritatem interpretes viderunt, & Aristoteli placuisse crediderunt: in eoque, sicuti iam docui, falsi ac decepti sunt, vt secundo libro docui: Atque imprimis summa illa Aristotelis principia de materia, deque forma artis, adhibeamus, vt omnibus iam locis adhibuimus: Hos igitur libros reexamus, & analysim in explicandis Analyticis adhibeamus: & quicquid Aristotelis principiis consentaneum erit, Aristotelem dicamus: quicquid dissentaneum erit, ab Aristotele collectum, non probatum, non iudicatum dicamus: Aristotelicam veræ doctrinæ materiam, Aristotelicam veræ doctrinæ formæ requiramus. Memini me quondam puerum in altissimis Aruernorum montibus rem mirabilem vidisse: Solis & diei serenitas summa erat: sed spero illo & sublimi loco infernè patentes campos, arbores virentes, interfluentes riuos, summa animi voluptate conspiciebam: repente nubes in medio monte coorta, camporum, arborum, riuorum cōspectum illum obscuritate sustulit, cum supernè tamen sol clarissimus illucesceret: Miratus verò sum montis altitudinem, cuius vertex, nubes & aëris tempestates superaret: & spectaculo illo valdè delectatus sum. Simile quippiam iam nostris animis concipi cupio, vt sint nobis omnes argumentorum, propositionum, syllogismorum, methodorum

modi,

modi, veluti in campo, sic in opere proposito sole definitionum, partitionum, exemplorum aspectabiles & clari: quod in Dialectica nostra ex Aristotelicæ philosophiæ & materia & forma efficere contendimus; tum si interueniat obscuritatis nubes aliqua, attamen intelligemus istam obscuritatem, Dialecticæ non esse, sicuti neque illic camporum & arborum, sed interpositarum nubium: quibus sublatis cum pristina lux solis, quæ adempta fuerat, redierit, clari & illustres aspiciantur: Et enim tota Logica, quæ Analyticis continetur, per se facillima est & clarissima, sed nubibus variis difficilis & obscura redditur. Solem igitur inducamus & perpetuò comparemus: in illo summo claritatis vertice consistamus: Definitiones, partitiones, exempla, id est vniuersa, eadèmq; clarissima doctrinæ lumina, principiis Aristoteleis conformata præferamus. Quid igitur? quæ prima perspicuitatis causa esse potuit in descriptione Logicæ? Id inquam, quod in ea est omnium clarissimum: Sic enim methodus in Posterioribus tantoperè celebrata, monet à prioribus, antiquioribus, clarioribus causis perpetuò esse procedendum. Quid est igitur clarissimum? Definitio Logicæ, de qua tam multa dicta sunt, quòd ars sit bene discernendi. Hæc itaque definitio si præposita primo loco esset, facilior & clarior esset analytica Logica: quia detracta est, difficilior est & obscurior: Hæc prima est obscuritatis causa. Quid deinde? post definitionem, quæ causa perspicuitatis? Partitio artis in inuentionem & dispositionem: quæ initio, (vbi tamen esse debuit) nulla est. Secunda est obscuritatis causa: Attamen partitio hæc inuentionis ac dispositionis in Analyticis comprehensa est, inuentione mediæ & propositionis, syllogismique genesi, de quibus iam diximus, & suo loco postea dicemus: Nunc tantùm id intelligatur: Si partitio hæc non esset comprehensa tantùm & confusa, sed suo loco tractata esset, vt Aristotelea doctrinæ methodus requirit, analytica doctrina facilior & clarior esset: quia deest, difficilior est &

Handwritten notes and scribbles on the right side of the page, including the words "prior" and "obscur" written vertically, and various symbols and lines.

obscurior. Quid deinde ad perspicuitatem sequi debuit? Inuentio primùm doceri, tum dispositio & iudicium: Nihil horum factum est ordine, sed pars vtraque tenebris densissimis est obscurata: De quibus iam dicere incipiamus. Primum librum igitur ingrediamur: cuius tres partes esse video, genesim, id est compositionem syllogismi, ἐνπεσιν, inuentionem medij, Analytici partem primùm examinemus, causasque obscuritatis excutiamus. Primum igitur fuerat, quia genesim primùm tractatur, de genesi proponendum, & genesim definienda generaliter: Deinde in species, propositionem, syllogismum, methodum diuidenda: Propositum autem est circa demonstrationem, & de scientia demonstrandi, considerationem esse: quod tamen nihil prioribus Analyticis, sed tandem posterioribus tractatur & agitur: Hæc obscuritatis causa est: Atque illinc etiam error grauior ortus est, quòd iis verbis, Logicæ finem Græci interpretes in demonstracione constitui putauerunt, vt Analyticorum, ideòque Logicæ vniuersæ, cuius summa in his libris attingitur, finis, demonstratio esse videatur. Quòd si sit, error ille fuerit, quem secundo libro refutauimus: qui certè non potest ex iis verbis Aristoteli tribui: Longèque aliud est dicere, hos libros circa demonstrationem, & in demonstratione versari: aliud dicere demonstrationem, esse Logicæ finem: tum verò liceret eadem ratione dicere, propositionem, terminum, syllogismum, fines esse Logicæ, quia de his etiam dicendum esse similiter proponitur: Et paulò post quarti capitis initio proponitur rectiùs, priùs de syllogismo dicendum esse, quàm de demonstracione, quia syllogismus generalior est. Siquis igitur Logicæ finem in demonstracione esse ex hoc loco constituat, commentum suum indicabit: Aristotelis dogma nullum docebit: Nec vitium fuerit Organi, sed imperiti interpretis. Quid deinde, quid sequitur? Propositio, definitur ratio affirmatiua

iua aut negatiua alicuius de aliquo: eaque triplex ef-  
 ficitur, generalis, specialis, infinita: Quæ partitio vi-  
 detur multis modis vitiosa: primum enim propositio  
 fuerat diuidenda in simplicem & compositam: De com-  
 posita hîc tacetur: Deinde simplex in communem &  
 propriam: de propria hîc nihil docetur: Postremò com-  
 munitatis propositio, generalis est aut specialis: Hîc ter-  
 tia species *ἀδρόπιστος*, id est infinita, temerè additur: in  
 vfu propositio infinita nulla inest: Etenim quod enun-  
 tiatur communibus verbis, id mens intelligit genera-  
 liter aut specialiter: generaliter accipit, vt omnes ar-  
 tium definitiones & præceptiones, quanquam vniuer-  
 sale signum nullum addatur: sic enim docet Aristote-  
 les ipse, omnium artium & doctrinarum documenta  
 esse de omni, id est, vt ipse definit, vniuersaliter ne-  
 cessaria: si generaliter non intelligatur, specialis erit  
 intelligentia: Vaga & infinita intelligentia nulla est: &  
 si esset, esset homonyma & ambigua: & hæc infini-  
 tas, propositionis est ambiguitas: Commune nomen  
 inquam, accipitur generaliter, interdum etiam specia-  
 liter: vt cum de Catilina Cicero: Sine dubio perdidimus  
 hominem. Synecdoche, tropus Rhetoricus vsum  
 illum sermonis docet, quomodo ex genere species in-  
 telligatur. Videmus igitur hanc partitionem tot mo-  
 dis esse vitiosam, quia defunt multa, quia etiam ali-  
 quid redundat: Hoc denique præceptum, (Omnis pro-  
 positio est generalis aut particularis aut infinita) non  
 est catholicum, non est principiis Aristotelis consen-  
 taneum: Tollatur igitur. Partitio propositionis alia se-  
 quitur: Propositio est dialectica aut apodictica, quòd  
 illa partem contradictionis interroget, & respondentem  
 optionem faciat: hæc non interroget, sed veram &  
 ex primis suppositionibus sumat. Ex illo commento  
 scholastico hoc ductum est, de quo, secundo libro de  
 nomine Logicæ & Dialecticæ: & in libro de Interpre-  
 tatione interrogatio dialectica distinguitur à proposi-  
 tione: Et certè definitio propositionis paulò antè facta,

non conuenit interrogationi, cùm definiatur ratio affirmatiua & negatiua: & in posterioribus Analyticis docetur in singulis scientiis interrogationes scientificas proprias esse, vt etiam propositio apodictica, sit interrogatio, sicut & dialectica: Videtur autem dicere voluisse, propositionem dialecticam ex interrogatione contradictionis fieri: Itaque appellat modò interrogationem, modò summptionem. At symbolis & verbis suis rem conturbat: nullum documentum principiis suis consentaneum ostendit: Vt enim omnis oratio grammatica, sic omnis propositio dialectica est: Placita sectarum ista sunt, quibus ars valdè conturbata est: doctrinæ veritatem sequamur, doctoris vitia relinquamus. Aruernorum arbores per se non sunt obscuræ, nubes interiectæ faciunt obscuritatem: nubes has tollamus. Analyfis, experientia, obseruatio, vsus nullus hîc est: At vsus, vt antea dixi, rex est verborum, eaque quibus ei videtur, rebus accommodat: scholasticus magister, rex horum verborum non est, vt ea pro libidine, qua & quarum rerum velit, signa & symbola faciat: Causa hîc est obscuritatis. *ὄρος*, terminus, definitur pars propositionis, vt subiectum & attributum, siue indicans & indicatum, vt primi Analytici capite tricesimo quarto Analyticus author loquitur. Hæ partes duæ vocantur paulò post in complexione syllogismi, extrema, minus & maius: item primum & extremum. Terminos antecedentes & consequentes Mathematici nominant in comparationibus, vnde translatum videri potest hoc nomen: & sic in Analyticis, consequi & subiici opponuntur: In Analyticis autem totis, termini dicuntur non solum propositionis extrema, sed symbola aliquid significantia: Sæpe enim sunt abecedaria exempla, imò perpetua, quæ nihil omnino significant. Syllogismi definitio sequitur: Syllogismus, est ratio, in qua quibusdam positis, quiddam ab iis diuersum ex necessitate accidit, eò quòd hæc sunt. Hæc definitio est obscura, quia nec proximum

genus.

genus, nec proximam differentiam aperte proponit: Syllogismi siquidem proximum genus, est dispositio: quæ prius definienda fuerat, tum partienda in propositionem, syllogismum, methodum, vt dixi. At genus nimis longinquum positum est: λόγος enim, quod primum est in hac definitione, si dicatur oratio, externum est rationis symbolum, nec essentialia syllogismi quicquam: quia syllogismus non spectat ad externam & prolatam orationem, sed ad intimam animi rationem, vt octauo capite primi Posteriorum docetur: si verò dicatur, ὁ λόγος, ratio, hoc nomine tota logica & inuentio & dispositio continebitur: Ita nihil afferetur proprium. Quare genere non definito, non legitime diuiso, species obscurius definita est: Quinetiam in hac syllogismi definitione, reliquæ causæ (quod quæstio cum argumento disposita, necessariò concludatur) obscurius inuoluuntur: nec exprimitur quæ sint illa quædam posita, & quid sit, quod ab iis diuersum accidit: Ideòque propria syllogismi differentia non explicatur: Etenim necessitas syllogismi metienda est è dispositione, quòd ea definitione non explicatur: conclusionisque necessitas, eò quòd antecedentia sint, potest accipi ex rerum antecedentium cum sequentibus necessaria cohærentia: Et sic Aristoteles tricesimo tertio capite libri huius, ait aliud esse necessariò concludi, quia quædam posita sint: aliud syllogismo concludi: Ergo qui dicit aliquid accidere necessariò, quia antecedentia posita sint, syllogisticæ dispositionis necessitatem non exprimit: Itaque quia nec proprium syllogismi genus, nec proxima differentia exprimitur, ideo definitio illa obscura est: At si definita sit antè dispositio, tum diuisa in species, propositionem, syllogismum & methodum, cum syllogismus definiatur dispositio, qua quæstio cum argumento disposita necessariò concluditur: syllogisticæ conclusionis necessitas, ex dispositione quæstionis & argumenti deducta cognoscetur: Reliquas causas & perspicuitatis & contrariæ obscuritatis

ritatis persequamur, analyfim exerceamus: Hanc definitionem, quia Aristotelicis definiendi legibus non conuenit, pro Aristotelica non habemus: sententiam tamen ea inuolutam & obscuratam, pro Aristotelica habemus, & in vera Dialectica retinemus. Definitionem syllogismi sequi debuit partitio in membra, propositionem, assumptionem, complexionem: partes singulæ definiendæ & apertis exemplis exponendæ. Horum nihil est loco factum: Analytico primo dicitur, tres terminos, propositiones duas, complexionem unam in syllogismo esse. Propositiones etiam mathematica metaphora vocantur in Analyticis interualla: Prima partitio in terminos, nil est syllogisticæ dispositionis: nil ideòque propriè syllogismi: subiecta est materies dispositioni: si partitio membrorum fuisset, si definitio membrorum fuisset, si membrorum exemplum fuisset, in hoc loco, perspicuitatis causæ fuissent: defuit autem: Tot igitur obscuritatis causæ fuerunt. Quid post partitionem membrorum syllogismi & expositionem, perspicuæ doctrinæ methodus requirit? Diuisionem in species, vt syllogismus simplex & coniunctus diuideretur: Diuisio hæc omissa est, nec de coniunctis syllogismis nominatim in toto logico Organo verbum vllum legitur: imò postea vicesimo secundo & vicesimo tertio huius, differetur nullos esse præter simplices trium formarum, syllogismos. Quid simplex? quomodo definitur? diuiditur? illustratur? Præcipitur huius Analytici capitibus vicesimo secundo & tricesimo primo, & verè præcipitur, vt sæpe iam dixi, principia esse omnium artium ac disciplinarum, experientiam & observationem: Atque alibi in Analyticis sæpiùs docetur, à sensibus eadem proficisci: & inductione exemplorum non solum colligi, sed si quid obscuritatis habeant, illustrari: aliam in iis demonstrationem non requiri: & in iisdem Posterioribus docetur, definitiones esse principia: quin longa septem capitum oratione disputatur, definitionem omnino demonstrari non posse: Et certè si accu-  
ratur



ratae sunt definitiones, genera & differentias comple-  
 ctuntur, quibus ad eas demonstrandum, clarius nil esse  
 possit. Ergo syllogismi definitiones accuratè diligentèr-  
 que compositæ, solam inductionem exemplorum illu-  
 strium & insignium requirebant, aliam demonstratio-  
 nem nullam postulabāt. Hæ perspicuitatis Aristotelicæ  
 causæ, doctorei propositæ esse debuerāt, vt syllogismum  
 simplicem definiret, distribueret, exemplis illustraret.  
 Quid hîc est actum? Incredibilis obscuritatis caligo est  
 inuenta: nubes in Aruernorum mōtibz nulla vnquam  
 tam densa, tamque tetra fuit: Et quidem tanta hæc ob-  
 scuritas, demonstrationum & exemplorum specie, tota  
 conflata est, dum aliena principia ad definitiones syl-  
 logismorum demonstrandum, dum abecedaria exem-  
 pla ad illustrandum afferuntur. Diuiditur syllogismus  
 in perfectum & imperfectum: Perfectum, qui nil præter  
 assumpta requirat, vt necessarius appareat: vt omnes  
 syllogismi sint primæ figuræ Imperfectū, qui requirit, vt  
 reliquarum figurarū syllogismi: Obscuritatis est causa:  
 partitio enim hæc Aristotelicum nihil habet, & disci-  
 plinam tantum conturbat, vt postea clariùs patebit. Ad  
 perfectos syllogismos demonstrandum, principia con-  
 stituuntur, de omni & de nullo dici: Dico verò, ait Ari-  
 stoteles, de omni dici, cum nihil liceat subiectum assu-  
 mere, de quo alterum non dicatur: & de nullo similiter.  
 Ad illos inquam, licet perfectos syllogismos tamen de-  
 monstrandum, principia hæc proponuntur: Obscurita-  
 tis est causa, de qua latiùs postea: principia siquidem  
 nugatoria sunt. Ad imperfectos syllogismos sua etiam  
 principia statuuntur, cōuersio, deductio ad impossibile,  
 expositio: Item ad vitiosos demonstrandum, Omni in-  
 esse, Nulli inesse: Causa est obscuritatis: Hinc enim syl-  
 logismi duntaxat obscurantur, nihil demonstrantur. At-  
 que in conuersionum doctrina, geometricæ similitudi-  
 nis affectationem valdè alienam video: Quemadmo-  
 dum Geometria principii axiomatum, definitionum,  
 postulatorum, theoremata & problemata sua demon-  
 strat.

strat: Sic videlicet Logica magnificis hisce principiis, definitorum syllogismorum theoremata demonstrarent. At dissimile totum est, & planè contrarium est. Definitiones Mathematicis principia sunt, per quas, figurarum affectiones demonstrantur: Hic autè inuenta sunt affectiones syllogismorum alienæ, per quas eorum definitiones demonstrarentur. Retexamus igitur Aristotelicis principiis has logicas tenebras, & analyseos lumine propellamus: Principia (dici de omni, dici de nullo) non demonstrantur: De iis autem paulò post aptius agetur: secunda ex conuersionibus, non ex primis principiis, sed per impossibile demonstrantur. Conuersio triplex à Philopono statuitur octauo capite secundi Analytici, prima terminorum, secunda propositionum, tertia syllogismorum: Conuersio autem, est verbum vt superiora, de quibus dixi, à Mathematicis translatum: habent enim suas conuersiones Mathematici, qui theoremata quædam nominant antistropha: sed harum longè dissimiles: vt triangulum æquilaterum, est æquiangulum, & vicissim æquiangulum, est æquilaterum: Nec propositio conuersa posterior ex priore concluditur, aut demonstratur, sicuti fit in his logicis conuersionibus, in quibus eadem propositio inuersa, ad seipsam probanda & demonstranda adhibetur. Conuersio, est etiam Logica quædam naturalis, vt proprii & subiecti definitionis & definiti: Item in Categoriis dicitur, relata conuerti, vt filius, patris filius: & pater, filij pater: Est etiam quædam naturalis in contingenti, de qua huius capite duodecimo, secundum oppositionem: Contingit ambulare, Contingit non ambulare: Et reciproca in vsu hominum multa & frequentia sunt: Non viuo vt edam, sed edo vt viuam. Aliquando conuersionis nomine significatur antiphrasis, vt capite tricesimo huius conuersa propositione, id est sumpta, opposita. At conuersionis, quæ fingitur hoc loco, cum doctrina obscura est, tum demonstratio obscurior, & vsus obscurissimus, id est planè nullus. Causas obscuritatis adhuc multas compe-

comperimus, sed tamen hac postrema causa, alia plurimæ continentur obscuritatis causæ. Lumina igitur definitionum, partitionum, exemplorum comparemus. Quid est igitur conuersio? quas species habet? Non definitur, non diuiditur: Obscuritatis causæ sunt in hoc principio iam duæ. Diuiditur autem hîc propositio tripartitam, Aut inesse, aut necesse inesse, aut contingere inesse: Partitio eadem repetitur octauæ capituli initio: At vitiosa est: Nam etiam non posse inesse, propositio quædam est: & sic liber Interpretationis docuit necessarium, contingens, impossibile: Tertia est causa obscuritatis in hoc principio. Hîc docetur καὶ ἐκάστῳ πρόσρῃσιν, secundum vnâquamque appellationem, id est modum, negari modificatas vel affirmari: Contingit, non contingit: necesse, non necesse: hanc πρόσρῃσιν, liber Interpretationis appellat πρόσδεσιν & paulò post docebitur negationem hinc effici in modificatis: De quo errore, in Interpretatione iam dictum est: quarta est obscuritas. Repetitur hîc inutiliter propositionum partitio, vniuersalis, particularis, infinitæ: Causa est obscuritatis quarta. Sequitur deinceps species conuersionum absoluta, nec species ipsæ conuersionum definiuntur, generalis, specialis: Causa est obscuritatis sexta: Exempla tantum ponuntur, eaque ficta, non ex vsu deducta: Obscuritas est octaua. Negatio generalis, terminis conuertitur, id est generaliter: affirmatio autem vtraque specialiter: Negatio specialis non necessario conuertitur. Hęc conuersio est absolutarum propositionum, demonstrationes conuersarum sequuntur, longè conuersionibus ipsis obscuriores: Si conuersio, res erat naturalis & vsitata, cum per genera & differentias definita esset & diuisa, exemplis illustribus exponi debuit, alia demonstratione non eguit: quia genere & differentia, id est definitione vera & accurata nihil est clarius, & ad rem probandam & demonstrandam euidentius, sicut Aristoteles in Posterioribus verissimè docuit: Imò affirmauit capite decimo septimo secundi de Demōstratione, omnem

nem scientiam definitione fieri : at hîc inuentæ sunt demōstrationes ad definitiones demonstrādum, id est rem perspicuam obscurādum, vt mox apparebit. Et hîc ingenij labor & sudor incredibilis est : hîc igitur consideremus, quod capite huius tricesimo dicitur, quod dīffer syllogismus ostensiuus ab eo, qui ad impossibile: quia illic ambæ propositiones secundum veritatem ponuntur, hîc altera aut incerta aut falsa est, quæ pro vera & certa ponitur : Demonstratio verò primæ conuersionis, vnde cæteræ deductæ sunt, per impossibile conficitur, & indemonstratum problema relinquitur: Sic verò res habet:

*Si nulli  $\beta$  inest  $\alpha$ , nulli  $\alpha$  inest  $\beta$ .*

Nam si alicui inest, vt  $\gamma$ , non verum erit, nullum  $\beta$  esse  $\alpha$ . nam  $\gamma$ , ipsius  $\beta$  aliquid est. Hæc demonstratio est videlicet primæ cōuersionis: Retexamus igitur demonstrationis huius & argumentum & argumentationem: In argumēto abecedarium exemplum est, mutuo: Imitatione credo, aliqua geometrica factum, & totis Analyticis continuatum; Imò Geometrarum velut autoritate collaudatum tricesimo nono capite huius, qui pro vera linea, latitudinis experte, pictam lineam proponunt, quæ tamen talis non est: Ita pro veris argumentationis exemplis, ponuntur hîc abecedaria exempla, vt discipulus differentes percipiat, ait ibidem Aristoteles: At dissimillima res est: Geometres enim exemplis licet rudibus & crassis, exemplis tamen aliquid significantibus vtitur, eorūque imagine per sensum communes rerum species in animum discantis inducit, qui verus est vsus exemplorum: nec exempla illa abecedaria geometres concludit, sed res illis exemplis significatas: nec tamen eo quicquam mētitur, vt Aristoteles verissimè docet octauo primi Posteriorum, & secundo secundi Physici, & in Philosophia tertio decimi tertii, & secūdo decimi quarti: Nec geometres facit exempla literis, sed exempla literis appellat, vt linea  $\alpha$ — $\beta$ , circulus  $\odot$ . At in abecedariis Analytici operis exēplis lōgè secus est: nec enim familiaribus & sensibilibus exēplis Homeri, Demosthe-

nis, Platonis, cōmunes syllogismorū species inducūtur, aut appellantur literis, vt syllogismus Homericus  $\alpha$ , Demosthenicus  $\beta$ , Platonicus  $\gamma$  sed syllogismi literis sūt, & exēpla, rei nullius exēpla, nihilque planè significātia proponūtur: In quibus nō per sensum, cōmunis syllogismi species in animū discēntis inducitur, aut iudibus notis significata res cōcluditur, sed animus ipse inani phātasmate, & rei nullius imagine deluditur. Quapropter liber, qui verorū exēplorū luce, principia syllogismorum explicare & illustrare statuit, his abecedariis exēplis, vel potius fallacibus & inanibus exēplis obscurauit: Longēque aliud est, exemplum esse rude & crassum, vt in Geometria, aliud esse murum, prorsus nullum, vt in Analyticis: pessimique dogmatis per Aristoteles scholas dispersi origo hinc accepta est, Exēplorum veritatem non requiri: quasi inductionis, vnde principia omnia oriuntur, quasi denique sensus, id est exēplorum veritas nulla requiratur. Ergo hęc obscuritatis caussa, per Analytica tota ingens atque immensa fuit, specie perspicuæ tamen claritatis inuēta: tum quia exempla, principiorum declarationes & illustrationes sint, illustria hęc & insignia literarum exempla in Logica videlicet accepta sunt. At hęc exempla maximè communia sumpta sunt, dicit aliquis, quæ possent omnibus artibus & disputationibus accommodari. At inquam, nullis accommodari possunt, quia nihil sunt: & si vera exempla & familiaria proponerentur, nōne facilius esset, in quouis problemate similia sumere? An Chimærarū, quæ nullæ sunt, quàm verarum rerū maior est similitudo? Vtere iis abecedariis exemplis in exponenda Grammatica, & dic te his vti, vt maximè communibus, quæ deinde possint ad epistolas, versus, orationes, sermones poëtarum, oratorum, philosophorum, omnium denique scriptorum accommodari: vtrū ridebere, an insanire potiùs videbere? Obscuritatis prima in hac demonstratione hęc caussa est, eadēque deinceps totis Analyticis continuata, & perpetuæ atque infinitæ obscuritatis caussa. Verūm perge,

perge, exemplum abecedarium, fiat argumētum logicum, loquatur & significet aliquid: quale tamen est: an ex primis principiis problema demonstrat? Nihil, sed ex suppositione per impossibile, contradictorium nempe antecedentis, ut duo illa simul admittenda sint:

*Nullum  $\beta$  est  $\alpha$ .*

*Aliquod  $\beta$  est  $\alpha$ .*

Quòd si ex demonstratione certa concluderetur, tamen nulla esset prioris demonstratio, quia nulla causa esset, quæ doceret, quamobrem esset conuersio vera: sed contradictionis vis esset ad confessionem eius, quòd non intelligeres, & assensionem cogendam. Altera obscuritatis causa fuerit, si demonstrationem esse credas, ubi demonstratio nulla est: Ac tamen si demonstratio quamobrem res est, syllogismum nõ requirit (ut in Posterioribus patebit, & Aristoteles ipse docet, qui demonstrationum suarum nullam ferè syllogismo concludit: attamen eius argumentationem reexamamus, & inchoatum in ea syllogismum absoluamus, quò magis ut probationis intelligatur, qui possit hinc effici, quis erit? Ponc problema, synthesim & progressum considera:

*Nullum  $\beta$  est  $\alpha$ .*

*Ergo nullum  $\alpha$  est  $\beta$ .*

Si consequens falsum, contradictorium verum est: Aliquod  $\alpha$  est  $\beta$ , ut  $\gamma$ . ex  $\gamma$  igitur in tertia figura per expositionem concludes,

*$\gamma$  est  $\alpha$ .*

*$\gamma$  est  $\beta$ .*

*Igitur  $\beta$  est  $\alpha$ .*

Tanquam si diceres,

*Socrates est animal:*

*Socrates est homo:*

*Aliquis igitur homo est animal.*

Quænam igitur hîc est demonstratio? quæ causa antiquior priorque hîc proponitur? An Socrates, causa est hominis vel animalis, ut per Socratem, alterum insit alteri? An non igitur perinde demonstrata conuersio esset,

set, cum exemplo esset exposita sine hac demonstratione? Ergo quamobrem conuersio vera sit, per hanc egregiam demonstrationem, nullam causam docemur. Atque hæc obscuritas est tertia in hac demonstratione: Argumentum & medium est mutum, problematis contradictorium demonstrat, non problema: Contradictorium ipsum non apodicticè demonstrat. Attamen hæc demonstratio, reliquarum demonstrationum, quæ conuersionibus demonstrandis adhibentur, fundamentum est. Vt iam intelligi possit, omnes has demonstrationes contra doctrinam Aristotelis, & contra veram Logicam confectas esse. Pergamus: Conuersio generalis & specialis affirmationis, per demonstratam conuersionem demonstratur: Demonstratio vtraque totidem obscuritatis causis ornata. Specialis negationis conuersio demonstratur expositione, vel indefinitè, id est exemplo: ut, non sequitur, Aliquod animal non est homo, ergo aliquis homo non est animal: Antecedens enim verum est, consequens est falsum. Hæc demonstratio licet postrema, & quæ non videatur esse, ut reuera non est, demonstratio, sed expositio, attamen primæ par est, & eadem est: hinc obscuritas, quod quæuis vera probatio pro demonstratione ponitur. Sequitur demonstratio modificatarum propositionum, ac primò necessariorum: simillima nempe, nequid hinc frustra repetam, quod generalis negatio generaliter conuertitur, affirmatio vtraque particulariter: negatio specialis non conuertitur, ob eandem causam, quæ prius dicta est. Hæc conuersio est modificatarum necessariorum: Prima sic demonstratur: Si necesse  $\alpha$  nulli  $\beta$  inesse, necesse est  $\beta$  nulli  $\alpha$  inesse: Si enim contingit &  $\alpha$ , contingit alicui  $\beta$ . Demonstratio eadem quæ prima fuit, & iisdem vitiis ornata: Obscuritatis superiores illæ causæ etiam hinc omnes repetuntur: mutum est argumentum, problematis contradictorium, non problema probans: ipsum contradictorium, non apodicticè probans. Ergo hæc demonstratio illis vitiis ornata est, imò verò auctior: Nam quæ negationes

gationes hîc dicuntur: (vt,

*Nullum  $\beta$  esse  $\alpha$  est necesse:*

*Nullum  $\alpha$  esse  $\beta$  est necesse:)*

negationes non sunt, sed speciem affirmatiuam habent, vt mox dicetur: deinde, quæ pro contradicentibus hîc assumi videntur:

*(Nullum  $\beta$  esse  $\alpha$  est necesse:*

*Nullum  $\beta$  esse  $\alpha$  contingit:)*

quâuis repugnent, non tamen contradicunt: Postremo ista cōuersio perpetuò vera non est: Nec enim sequitur

*Omnem oratorem, esse hominem est necesse:*

*Ergo aliquem hominem, oratorem esse est necesse.*

Hæ tres obscuritatis causæ nouæ sunt, quòd affirmationes pro negationibus, non contradicentia pro contradicentibus, falsa pro veris afferantur. Has igitur demonstrationis tam obscuræ causas habemus in vno hoc exēplo: in duabus demonstrationibus affirmationis eadem idem rursus habemus: Specialis autem negationis obscuritas vnica tantùm, vt antea: Conuersio contingētium, qualis est? Varia, quoniam contingens multiplex ter dicitur, & necessarium, & non necessarium, & possibile. Affirmatio autem vtraque similiter conuertitur. Nam si omne vel aliquod  $\beta$  contingit esse  $\alpha$ , & aliquod  $\alpha$  contingit esse  $\beta$ : si enim nullum  $\alpha$  contingit esse  $\beta$ , nullum item  $\beta$  contingit esse  $\alpha$ . Demonstratum enim est id prius. Hæc huius demonstrationis est oratio: qualis, videamus & retexamus: Primùm causæ muti argumenti, non quæstionem, sed quæstionis contradictorium demonstrantis: imò nullam quæstionis causam continentis, eadem rursus hîc sunt: & tres proximæ reperuntur, non affirmationes pro negationibus rursus adhibentur, non contradicentia pro cōtradicentibus, falsa pro veris, imò damnata pro demonstratis: primum perspicuum est, secundum & tertium declaremus:

*Aliquod  $\alpha$  esse  $\beta$  contingit:*

*Nullum  $\alpha$  esse  $\beta$  contingit.*

quæ pro contradicentibus videntur assumi, ad hanc demonstrationem



demonstrationem, contradictionem nullam habent, & simul esse possunt: vt,

*Aliquem hominem currere contingit:*

*Nullum hominem currere contingit:*

Sic enim syntaxis est huius orationis, vt liber Interpretationis docuit, & hoc etiam capite postremo docebitur. Ergo quæ pro contradicentibus assumuntur hîc, ea simul vera sunt: tantùm abest vt contradicant: Deinde reprehensum postea & damnatum pro demonstrato adhibetur, non solùm falsum pro vero: Etenim cuiusmodi est quod dicitur, demonstratam esse conuersionem hanc?

*(Nullum α esse β contingit:*

*Ergo nullum β esse α contingit.)*

Nam mox docebitur negationes istas non conuerti, vt superiores. Hæc singularis in hoc cōuersionum principio causa est obscuritatis: Atque exemplo patet eam conuersionem falsam esse: vt,

*Nullum hominem, oratorem esse contingit:*

*Ergo nullum oratorem, esse hominem contingit.*

Reliqua est conuersio negationum, quòd quæcunque dicuntur contingere aut inesse, aut quia ex necessitate non insunt: vt,

*Hominem non esse equum contingit:*

*Vestem non esse albam contingit.*

Illud enim ex necessitate non inest, & impossibile est: hoc vero nō ex necessitate nō inest: quæ cōtingentis duplex significatio postea capite decimo sexto rursus eadem ponitur: Quæcunque inquam, negationes sic contingens assumunt, generaliter conuertuntur:

*Si enim nullum hominem, esse equum contingit:*

*Et nullum equum, esse hominem contingit.*

*Si nullam vestem esse albam contingit:*

*Nullum album esse vestem contingit.*

Si enim aliquod album, esse vestem necesse est, aliquam vestem, esse album necesse est. Similiter in negatione speciali: Hîc rursus affirmationes pro negationibus

bus, & falsum pro vero: nec enim sequitur, vt dixi,  
*Nullum hominem esse oratorem contingit,*  
*Ergo nullum oratorem esse hominem contingit.*

Et tamen orator homini non ex necessitate non in-  
 est, & non contradicentia pro contradicentibus adhi-  
 benrur, & propositi contingentis definitio conuenit: &  
 postea capite decimo sexto nulla contingentis huius  
 non necessarij distinctione, docetur priuatiuam contin-  
 gentis non necessarij non conuerti. Quæcunque verò  
 vt plurimum, & frequentius in alteram partem incli-  
 nant: nec sunt, vt liber Interpretationis docuit, vt trumli-  
 bet, nec habent contingens incertum, vt postea capite  
 duodecimo dicitur, in his generalis negatio non con-  
 uertitur, sed specialis. Hæc verò conuersio sine demon-  
 stratione relinquitur, & ideo nihil hîc in demonstrando  
 peccatur. Capite autem duodecimo postea dicitur om-  
 nes contingentis non necessarij propositiones cõuersi,  
 sed longè secus quàm hîc, vt ibi dicitur. Sed interea ta-  
 men duo perobscura ponuntur, nec explicantur: Extremo  
 autè capite vere docetur cõtinentis negationes adhuc  
 expositas, veras negationes non esse, sed affirmatiuã ha-  
 bere figuram: Et sicut in absolutis (est,) sic (contingit) in  
 his modificatis affirmationẽ facit: quod rursus duode-  
 cimo capite repetitur, vbi dicitur has propositiones, non  
 affirmatiuas, sed affirmatiuarum figurã habere. Atque  
 hæc conuersionum doctrina est: hæc demonstratio tam  
 multis insignibúisque obscuritatis causis notabilis &  
 animaduertenda: Doctrina causas obscuritatis multas  
 habet, demonstratio multò plures: Nec in his adhuc  
 quicquam Aristotelicis principiis consentaneum inueni-  
 mus: Quæ nubes æc tenebræ, quãuis tam multæ sint,  
 at tamen vt res planissimè perspiciatur, fac in conuer-  
 sionum demonstrationibus tot tamque tetras tenebras  
 nullas esse: quis erit vsus conuersionum? ad quam aut  
 cuius operis analysim adhibebuntur? Disseriui doctri-  
 nam conuersionum multis vitis obscuram esse, pluri-  
 bus vitis obscuriorem earum esse demonstrationem,  
 vsu

vsum & vtilitatem iam videamus : Hic enim finis est, si  
 vsum habeant, vt ad Dialecticam nobis propositam re-  
 ferantur & conseruentur : si nullum habeant, vt omni-  
 no è Logica tollantur : sic Aristotelis principia, vsum &  
 experientia præcipiunt. Quis igitur est vsum conuersio-  
 num? Dices imprimis ad syllogismos demonstrandum,  
 conuersiones valere : Hic tantum requiram, an captio-  
 sum & tenebrosam sophisma, syllogismi demonstrandi  
 possit esse principium: Etenim vt conuersionem, somniũ  
 & commentum esse, si nondum satis intellexeris, intel-  
 ligas tandem : primum nego in infinitis philosophorũ,  
 oratorum, poetarum, omnium denique scriptorum li-  
 bris, extra hæc scholastica commenta, vllum conuersio-  
 nis huius exemplum reperiri : Omnium artium princi-  
 pia profecta sunt à sensibus & inductione singulorum  
 exemplorum, quæ vera, quæ naturalia, quæ vtilia sint,  
 collecta : omnia denique Analytica debent esse, & ad a-  
 nalyfim, ad exercitationem, ad vsum referenda, vt ex  
 Aristotelis doctrina tam sæpe repeto. At conuersionis  
 exemplum humanum & naturale nullum est, præceptũ  
 conuersionis ad nullum opus retexendum & explican-  
 dum valet, propterea non est principium. Dico maius:  
 nego posse vllum naturale, saltem probabile conuersio-  
 nis huius exemplum reperiri. Reprehenditur in Analy-  
 tics & Topicis infinite, & damnatur obscuritas, si petar  
 quod in principio & quæstione positum est, & so-  
 phisma stolidum appellatur: Docetur in Analyticis po-  
 sterioribus omnem doctrinam, scientiam, artem, syllo-  
 gismum, inductionem, omnemque omnino disputatio-  
 nem ex antecedente cognitione fieri: At in conuersione  
 res eadem est, & conuersio, & conuersionis argumen-  
 tum: & cum duo quæstionis extrema distinxeris, mediũ  
 nullum præterea reperies: Etenim quæstio sit, An nul-  
 lus lapis est homo? duo sunt extrema (lapis & homo)  
 nec in conuersione quicquam præterea ponitur: Itaque in  
 conuersione mihi pro quæstionis argumento, quæstionẽ  
 ipsam cauda velut abreptam & retortam ita concludis:

*Nullus homo est lapis:*

*Ergo nullus lapis est homo.*

An nō hoc est petere, quod erat in principio? vel potius disturbare ac peruertere principiū? Verūm quō magis tātum sophisma deprehēdatur, Agē, ex omni enthymemate, vt docebitur postea, licet absoluere syllogismum:

*Nullus homo est lapis:*

*Ergo nullus lapis est homo:*

Enthymema, est argumentum: quæstio ipsa sibi ponitur, & argumētationis summo sophismate textitur: per se syllogismum, fatuitatem conclusionis euidētis intelliges: sic autem erit:

*Nullus homo est lapis:*

*Omnis lapis est lapis:*

*Ergo nullus lapis est homo.* Atque ita postea,

cūm secūdæ figuræ modus primus reducetur ad secundum primæ figuræ modum per conuersionem, reductio ipsa, syllogismus erit, in primo modo primæ figuræ: imò enthymema tantūm secundæ figuræ. Quamobrem consideremus has Chymaricas ineptias: tantūm aberit, vt per conuersiones, syllogismorū definitiones demonstrantur, vt conuersiones ipsæ, sophismata absurdissima deprehēdantur. Syllogismorum verò definitiones omnium figurarum per se claræ sunt, & illustres generibus & differentiis, quibus clarius ad demonstrandum nihil esse possit, effectæ: An igitur nox diei, caligo lucis demonstratio esse poterit? Quamobrem videmus in hoc vno conuersionum principio, quā multæ obscuritatis causæ conuersę sint, & quā nihil ex toto conuersionū commento sit Analyticum, nihil ad humanæ rationis vsum accommodatum, nihil præclaris Aristotelis principiis cōsentaneum, nihil denique, quod ad logicam instituti & nobis propositi operis doctrinā referri possit.

## DE PRIMA FIGVRA.

Redeamus ad intermissum solem, & analyfim continuemus.

tinuemus. Syllogismus obscurè definitus est, partitio  
 eius omiffa est: iam multa tenebrarum genera contra  
 veram Aristotelis doctrinā cumulata: pergamus: Quid  
 est syllogismus simplex? huc enim perueneramus: quot  
 eius sunt genera? Non definitur, non diuiditur: obscuri-  
 tas est gemina: imò genera ipsa, σχήματα, figuræ nomi-  
 nantur, metaphora mathematica: figura enim propriè  
 significat formam lineamentis compositam, qualis est  
 in plano Trigono, tetragono, circulo, solido, cubo, vt Ar-  
 ristoteles ipse docet in Categoriis, vbi facit quartam  
 speciem qualitatis, figuram: & quæ circumstet vnum-  
 quodque, formam. Eadem metaphora Aristoteles in  
 Philosophia sæpe vtitur, cùm dicit figuras Categori-  
 arum, vt quinto & sexto & nono & decimo libris, quas  
 primo Topicorum & primo Elenchorum, genera Cate-  
 goriarum appellat: & hoc libro affirmatiuam figuram,  
 & similis figuræ propositiones eadem metaphora dicit:  
 quomodo etiam Plato figuras politiarum etiam interdum  
 nominat. At metaphoram Aristoteles in Platone,  
 vt obscuritatis causam, reprehendit decimo quinto se-  
 cundi Posteriorum, & tertio, sexto, septimòque Topi-  
 cis. Et certè interpretes hac metaphora elusi, omnes syl-  
 logismorum modos geometricis figuris nobis insinua-  
 runt: tanquam Aristoteles non modificato verbo, sed  
 proprio vsus esset. Sed rem intelligamus: quid est verò  
 syllogismus simplex primæ figuræ seu primi generis?  
 nō definitur: hîc causâ obscuritatis est. In quot species  
 diuiditur? diuisio nulla est: noua est obscuritas: Species  
 quomodo definiuntur? obscurè & confusè: Primò duæ  
 generales simul: Cùm igitur tres termini sic se habeant  
 inter se, vt extremus in toto sit medio, & medius in toto  
 primo sit, vel non sit, necesse est extremorum esse syllo-  
 gismum perfectum. Hîc definiuntur duo primi modi  
 generales, alter affirmatus, alter negatus: confusè (vt di-  
 xi) & sermonis genere valdè rudi: esse in toto, definitū  
 priùs est, dici de omni: vt cùm dicitur, Omnis homo est  
 animal: animal sit in toto homine: Hîc verò sermo con-

trarius est: non enim attributum in subiecto, sed contra subiectū in attributo. Huiusmodi ambiguitas mille tenebras in Organo logico peperit: esse in, dicitur in Categoriis, esse accidentis de subiecto: esse in, modò dicitur esse attributi, modò contra subiecti termini: Deinde medium & extrema primæ figuræ definiuntur: medium, quod ipsum in alio sit, & aliud in ipso: quòdque positione sit medium, & extremorū alterum in alio sit, in altero aliud. At hæc inutiliter ita definiuntur: nam problematis, quod cōcludendum est, partes & medium, termini illi sunt, & ante syllogismi constructionem reperti sunt: Figura definienda fuerat ex antecessionis & consecutionis, id est dispositionis differentia & varietate: Materia syllogismi est in tribus terminis, nec forma syllogismi, per syllogismi materiam definienda. Atque ex hoc fortasse commento in Logicam inductum est, ut medium pro argumento diceretur, ratione prorsus aliena: Nec enim in secunda vel tertia figura sic medium est, nec in connexis & disiunctis syllogismis sic medium est: scholasticum est hoc nomen, vel græcis Aristotelis interpretibus ignotum, qui secundo capite secundi Posteriorum disputant medium in simplici quæstione (An est, quid est) nullum esse: In Rhetoricis ab Aristotele fides, probatio, argumentum, nomine vero & proprio dicitur. Hic etiam arbitror mathematicam metaphoram esse, ut in extremorum vocabulis, media & extrema in comparationibus numerorum & magnitudinum Mathematici nominant: Hinc analysi, hinc terminus, hinc principia, hinc figura, hinc medium denique & extrema transferuntur. Inter obscuritatis causas metaphora statuitur: Omne siquidem obscurum est, quod secundum metaphoram dicitur, ut est sexto Topico. Quod præceptum sibi verum est, certè hic est verum: Hinc orta postea confusio est, ut ad inuentionem medij, adhibeatur syllogismorum definitiones, tanquam inuentionis loci. Post has duorum generalium modorum, & trium primæ figuræ terminorum definitiones, sequuntur abe-

cedaria

cedaria exempla, & demonstrationes, quibus & prima figura, & tota prorsus Analytica valdè obscurata sunt: Primam demonstrationem considerare incipiamus. Aristoteles verissimè docet in posterioribus Analyticis, non omnes quæstiones nec omnium rerum demonstrationes esse, non genus differentiàmque de specie demonstrari: genus & differentiàm, vnde fiunt definitiones, alia cognitionis via, primo quippe propositionis iudicio cognosci & iudicari. De syllogismo simplici primæ figuræ & primi modi nunc agitur, & cùm ex antecedente superiorum & generum & differentiarum cognitione definitus sit, nunc tandem quærat, an syllogismus sit: perinde ac cùm definitum esset animal, diuisumque in species esset: & tandem definitus esset homo, animal rationale, quæreretur tandem, an homo esset animal: ad eamque quæstionem demonstratio compararetur: Atque id demonstrabile non esse Aristoteles ait: Et tamen diuisione generis id iam mihi dedisti: & ambiguum facis, quod pro certissimo iam posuisti: imò quæstione tua te ipsum ridiculum facis, qui quæris, an animal rationale, sit animal: id est, an syllogismus in primo modo primæ figuræ, sit syllogismus, & in eo positus antecedentibus, consequens suæ dispositionis virtute necessariò concludatur. Quamobrem quisquis hanc syllogismo- rum definitòrum demonstrationem commentus est: rem sanè verissimis Aristotelis principiis alienissimam commentus est. Veruntamen agè, demonstrationem videamus: quæstionem esse de modi primi definitione meminimus: An si primum sit in medio toto, & medium in toto postremo, necesse propterea sit esse vniuersalem syllogismum extremorum, & primum esse in toto postremo? Quænam igitur ratio ad hoc demonstrandum affertur? Si enim  $\alpha$  de omni  $\beta$ , &  $\beta$  de omni  $\gamma$  necesse est  $\alpha$  de omni  $\gamma$  dici: Prius enim dictum quomodo de omni dicimus: Hæc tota est demonstratio: Argumentum igitur & medium demonstrationis huius videamus: quam complexionis causam contineat, æstimemus. Princi-

pium est (inquies) dici de omni : At hoc principium, est  
 sententia definitionis, quæ demonstranda proponitur,  
 mutatis verbis comprehensa: definitionem etiam tertij  
 modi confusè complexa : Quod de toto dicitur, si quid  
 vel generaliter, vel specialiter assumas, de eo quoque  
 dicitur. Hoc axioma complectitur primi & tertij modi  
 definitionem: itaque ad definitiones ipsas demonsttran-  
 dum, si afferatur idem, per idem demonstrabitur: aut si  
 quid diuersum putes, posterius & obscurius erit. Con-  
 stet enim definitio primi modi, de quo nunc agitur, ex  
 suo genere suæque differentia: dicaturque syllogismus  
 simplex primi generis vsquequaque generaliter affir-  
 matus: clarius & euidentius nihil esse potest. Nulla igitur  
 huius definitionis esse demonstratio potest: & quic-  
 quid afferetur ad eã demonstrandũ, posterius & obscu-  
 rius erit. Definitio, ait Aristoteles, est principium, nec  
 omnino demonstrari potest: Ergo frustra, & contra Ari-  
 stotelis doctrinam ista demonstratio tentatur. Iam verò  
 nõnne in hoc opere docetur duos modos primæ figuræ,  
 omnium syllogismorum clarissimos esse? ad eosque, ce-  
 teros omnes reuocari? Imò verò tandem docetur in  
 Posterioribus hũc modum generaliter affirmatum, de-  
 monstrationis excellentissimæ, & omnium præstantissi-  
 mæ modum esse. Si vis igitur probare primi huius mo-  
 di definitionem per alium quempiam syllogismi mo-  
 dum, nõnne vehementer erras? & solem tanquam stella  
 aliqua illuminare vis? Imò vis, quod exemplo tibi sal-  
 tem ridiculo confingere non possis. Definitio modi hu-  
 ius, est in quæstione, An trium terminorum primus in  
 toto medio, medius in toto postremo, concludant ne-  
 cessariò primum in toto esse postremo: Medium & ar-  
 gumentum demonstrandæ quæstionis, dicis esse princi-  
 pium illud, dici de toto. Itaque ex illa quæstione & hoc  
 medio, conclude nobis demonstrationem vno aliquo  
 simplici syllogismo, non in pluribus, in qua voles figu-  
 ra: Hic ingenij neruos omnes contende: hoc argumen-  
 tum, & illa propositæ quæstionis extrema, vno syllo-  
 gismo



gismo simplici conclude : An ita concludes?

*Quicquid dicitur de toto, dicitur de totis eius subiectis:*

*Sed in hoc syllogismi modo primum dicitur de toto medio, et*

*et mediij subiectum est postremum:*

*Ergo primum dicitur de toto postremo.*

An sic vnum syllogismum facies? At pro syllogismū in assumptione feceris: Tenta igitur aliam quamuis viam: & si concluderis, tamen in aliam obscuritatis locum incideris. Prima verò omnis demonstrationis humanæ sedes, est prima lux, prima claritas: in illo syllogismi modo maior esse nulla potest. Errat igitur qui primi modi definitionem demonstrare vult, & contra Aristotelicam instituendæ artis ac scientiæ doctrinam peccat, quia per obscuriora progreditur. Obscuritas igitur in eiusmodi demonstratione talis est. Talis est iterum demonstratio secundi modi, ex principio dici de nullo: de qua ne minutatim persequare, quod summatim complecti possum, idem est dicendum: quæstionem non esse demonstrabilem: Deinde principium illud esse ex definitione secundi & quarti modi conflatum: aut si diuersum sit, posterius definitionibus illis & obscurius esse. Definitiones tertij & quarti modi simul confunduntur, & ex iisdem principiis consimili caligine inuoluuntur: Atque ita pro principiis, pro definitionibus & claris exemplis, demonstrationes nil demonstrantes, & exempla nullius rei exempla adhibita sunt, quæ totam hanc doctrinam valdè cõturbant. An nondum obscuritatum finis est: imò verò vix est initium. Quatuor modis rectè concluditur in primo simplici genere, nouemdecim modis vitiosè concluditur in eodem genere, vt nominatim hîc docetur: pluribus verò, vt interpretes enumerant. Hos vitiosos modos græci interpretes appellant a syllogistos: de quibus si quid præcipiendum erat, in Elenchis præcipiendum erat, qui errores & sophistarū captiones interpretantur: sed totis figuris tribus, imò totis Analyticis, imò toto ferè Organo logico hæc bella sophismatum doctrina aspersa est. Interponitur etiam

hîc præceptum, non ex Logicæ, sed Rhetoricæ ignorantia profectum, infinitam propositionem & particulare eandem in syllogismo esse: sepiùs enim vniuersalis fuerit, quàm particularis. Et synecdoches vsus, vt iam docui, id admoneat. Sed horum vitiosorum modorum definitiones inuolutæ sunt, exempla verò nulla sunt insignia: tot obscuritates cumulatae: Atque ad eos vitiosos modos refellendum ex principiis *Omni & Nulli inesse*, demonstrationes totidem contexuntur, suis singule obscuritatis caussis instructæ: Vnam demonstrationem videamus: & quidem primi modi vitiosi, vt reliquos indemetiamur. Syllogismus generalis sola propositione affirmatus in prima figura vitiosus est: Demonstratio sophismatis huius sic est: Nam & omni, & nulli contingit primum postremo inesse: Termini, omni inesse, animal, homo, equus: nulli inesse, animal, homo, lapis. At hæc demonstratio modo ipso vitioso, qui demonstratur, vitiosior est: Nam si quis syllogismum illum vt constantem & perpetuum defendat, satis est ad verè fortiterque contradicendum & refellendum, aliquando incòstantem & falsum docere, & falsitatis vnum exemplum proponere: Tu dixeris, *Omnis syllogismus primæ figuræ vniuersus, propositione duntaxat affirmatus, est constans*: Ego contrà, *Aliquis syllogismus primæ figuræ vniuersus, propositione duntaxat affirmatus, non est constans, vt hîc,*

*Omnis equus est animal:*

*Nullus homo est equus:*

*Ergo nullus homo est animal:*

ego te verissimo contradictionis argumento conuicero: docere autem ad illam vitiosi modi propositionem vniuersalem refellendum, quòd aliquando vera sit, & in tali còclusionè maius extremum minori omnino inest, nil attinet: Ergo demonstrare omni & nulli, nil attinet. Deinde cùm certos modos noueris, quid opus est obliquos tam curiosè persequi? An cùm Grammaticus docuerit leges latinæ syntaxeos, substantiuum & adiectiuum,

ui, de genere, numero, casu, rectè faciet, si omnium solæcisimorum contrarios modos præceptis persequatur? doceátque, cōtra hanc syntaxim fieri solæcisimum primò genere, deinde numero, tum casu, tum genere & numero, tum genere & casu, postremò his omnibus? Certè cacotechnia talis, valdè sit inepta, & Aristotelis veræ doctrinæ cōtraria, qui docet in Posterioribus, principia artium & sciētiarum tam perspicua esse oportere, ut contrariis rerum vitiis nil inde sit neque certius, neque notius: quique aliam facit artem Elenchorum, vbi propriè de iis vitiis, si quid præcipiendum sit, præcipitur, aliam syllogismorum. Ergo videmus quot obscuritatis causæ in hac vna demōstratione sint: Ac quoniam huiusmodi nouendecim sunt, singulique tales demōstrationes videlicet capiant, ex his vitiosorum modorum demōstrationibus, quot obscuritatis causæ oriuntur, iam percipitur: ne miremur tantam in hac figura obscuritatem esse, ad quam constandam, tam multæ causæ concurrunt. Nihil erat ex Aruerno illo monte intuenti clarius, nihil aspectu iucundius arboribus & pratis: cūm nubes interuenisset, nihil obscurius, nihil aspectu tristius: Sic logicis syllogismorum dogmatis in bono definitionum, partitionum, exemplorum lumine positus nil erat euentius, nil humano ingenio gratius: cūm verò tanta, tamque multis causis inuoluta obscuritas incidit, nihil est cognitu difficilius, nil ab ingenio & liberali hominis ingenio alienius. Quamobrè ut syllogismorum doctrinæ germana veraque claritas ad Aristotelicam methodum restituatur, restituantur rectorum modorum definitiones, partitiones, insignia exempla: vitiosorum tanta vanitas tollatur, tam multæ de rectis & obliquis modis, demōstrationum obscuritates tollantur: tollantur abecedaria & muta exempla. Primæ figuræ, seu primi generis simplices syllogismi perfecti esse dicuntur, & verè quidem dicuntur: Ratio autem perfectionis à sumptis è principio falsò repetitur: nil enim definitiones syllogismorum, primæ figuræ principis,

piis, dici de omni & de nullo, prorsus indigēt. Quæ sunt igitur inquires, syllogismorum principia? An inquam, id nondum satis exposui? an non iam toties Aristotelicam philosophiã proposui? Definitus est syllogismus, diuisus est in species, species definitæ: quæris an genus, speciei conueniat, & primus modus, definitus sit syllogismus, id est constans & perpetua conclusio? Hic si ratio aliqua sit quamobrem, sanè sola fuerat syllogismi definitio: Si requiras præterea definitionis rationem, nihilò plus agas, vt inquit ille, quàm si des operam, vt cum ratione insanias. Sic Aristoteles affirmat genus, differentiam, atque ex iis conflata definitionem demonstrari non posse, sed principia demonstrationis esse: Ergo syllogismorum definitiones, sunt syllogismorù principia.

### DE SECUNDA FIGURA.

Secunda figura non minùs est obscura, quàm prima fuit: quomodo discutiemus causas huius obscuritatis? Ad illum Aruernum montem redeamus: *analyfim* definitionum, partitionum, exemplorum præferamus, obscuritatis causas excutiamus & æstimemus: Secundam itaque figuram perspicuè definiri, & in species diuidi, easque definiri, & exemplis illustrari oportuit, vt perspicuè traderetur: Horum nihil actum est, & propterea res est obscura: Definitionem primùm secundæ figuræ retextamus: Quando verò idem huic omni quidem, illi verò nulli inest, vel vtrique omni, vel nulli, figuram quidem huiusmodi: voco secundam, ait hîc author: At definitio ista vitiosa est, nec omni soli definitio conuenit: speciales enim syllogismi secundæ figuræ, tales nō sunt, nec solis secundæ figuræ syllogismis conuenit: *sophismatis* enim conuenit: cùm ex duabus vel affirmationibus vel negationibus hîc aliquid concluditur, *sophisma* est, non syllogismus: Vitiosa igitur est ista definitio, & obscuritatis est causa, cùm pro vera sumitur. Diuidi genus hoc in suas species secundo loco debuit: non diuiditur

ditur: secunda est obscuritas: Species singulæ definiendæ, & exemplis Homericis, non Chæruleis illustrandæ: Definitiones duorum primorum modorum cōfunduntur simul, simul item duorum postremorum: exempla nulla sunt insignia: obscuritatis causæ sunt: Termini tres, vt in prima figura, definiuntur ex dispositione antecessionis & consecutionis, id est ex forma syllogismi: hæc obscuritas est triplex, & quidem ordine valdè nouo, vt medius terminus, hîc positione sit primus: Quia (opinor) in diagrammate aliquo primum categorema sit, nullus in hac figura perfectus syllogismus esse dicitur, quod in eodem capite bis rursus proponitur: Syllogismorum huius figuræ definitiones per se claræ sunt & illustres: at per eas definitis modis si requiras quamobrem syllogismus insit, & syllogisticæ conclusionis necessitas, id est quamobrem vnicuique speciei suum genus adfit, adferam generis ipsius definitionem, quia sit dispositio, qua quæstio cum argumento disposita necessario concluditur: quam tamen iam intelligere debueras ex antecedentibus: Si longiùs pergas, dicam te Aristotelis Logicam nescire, & propositionis immediatæ medium quærere: Deinde si petas à demonstrationibus & deductionibus ad impossibile, rationem aliquam, monebo te, in conuersionibus & deductionibus ad impossibile, nullum medium, nullamque causam quæstionis tue cōtineri, tēque in rem prorsus ridiculam conuersione tua conuerti. Esto nobis primi modi secundæ figuræ demonstratio per conuersionem: vt,

*Nullus improbus est sapiens:*

*Omnis philosophus est sapiens:*

*Nullus philosophus igitur est improbus.*

Reducatur nobis hic syllogismus per conuersionem ad primam figuram: Conuertatur igitur propositio:

*Nullus improbus est sapiens:*

*Ergo nullus sapiens est improbus:*

Hoc siquidem lumine atque hoc iudicio illuminatur & iudicatur nostra reductio: At ista cōuersio, est enthymema

ma secundæ figuræ: & si absoluatur, eodem planè modo, sed sine argumento ita concludetur:

*Nullus improbus est sapiens:*

*Omnis sapiens est sapiens:*

*Nullus sapiens est improbus.*

Atque ita iudicij modus idem per eundem iudicij modum, imò syllogismus ex argumento suo constans & partibus absolutus, per syllogismum nullo argumento compositum, parte vna truncum ridiculè atque ineptè iudicatur: Quæ qui diligentius reputabit, mirabitur profectò cõtra verissimam Aristotelis de principiis doctrinam, talem cacotechniam tam diu retineri. Perge, vix initium tenebrarũ retexuimus: Demonstrantur tres primæ definitiones per conuersionem & deductionem ad impossibile: quarta tantùm per impossibile: demonstrationes septem sunt: tres primæ argumento illo abecedario & muto primùm, deinde sophismate conuersionis innixo: quarta argumento illo itidem muto, eoque problematis contradictorium, nil apodicticum cõplexo: Hæ tenebræ multæ sunt: sed tamen vitiosi modi duodecim minimùm ( plures enim videntur in hac conuersione indicari) sed tamen duodecim longissime tenebras istas superant: Definitiones singulorum & exempla suas obscuritates ostendunt. Demonstrationes illæ singulares, per terminos esse & non inesse, obscuritatibus, vt antea, decoratæ sunt. Atque interea singulare etiam demonstrationis genus in tertio modo vitioso contextitur, quòd omni inesse, non liceat sumere: idque per impossibile & infinitum demonstratur, argumento muto, nil quæstionis apodicticum cõplexo. Quamobrem ne miremur huius capituli doctrinam tam obscuram esse, cùm causas obscuritatis tam multas videamus: Definitiones, id est principia vera per conuersiones, id est commentitia principia per deductiones ad impossibile cogentes, non docentes obscurantur: Elenchi in syllogismorum modis demonstrantur, & quidem via ipsi Elenchis & sophismatis obscuriore de-

monstrantur: mutis exemplis omnia cōficiuntur. Quid igitur miremur, rem tam obscuram esse?

## DE TERTIA FIGURA.

Analyticè primam figuram secundamque percensuimus: analyticos lumine tenebras vtriusque & obscuritates ostendimus: Analyticè etiam tertiam figuram percensuimus: analyticos lumine tenebras huius discutiamus: ad eius perspicuitatē, Aristotelicam verè doctrinæ & materiam & formam, insigniâque illa definitionum, partitionum, exemplorū lumina requiramus: Analytici denique in opere analytico retexendo & resoluendo simus. Quid est igitur tertia figura? Quando autē eidem, hoc quidem omni, illud verò nulli inest, aut ambo omni aut nulli, huiusmodi figuram voco tertiam. Definitio figuræ tertiæ est vitiosa: non conuenit omni syllogismo tertiæ figuræ, specialibus enim non conuenit: Non conuenit soli syllogismo tertiæ figuræ, sophismati enim conuenit: ex ambabus negationibus non syllogismus, sed sophisma fit. Prima est huius figuræ obscuritas è vitiosa definitione: Secundo loco tres termini ex dispositione & syllogismi forma definiuntur: Hic tam vitiosè, quàm in vtraque superiore figura, obscuritas est. Tertio loco dicitur in hac figura nullum syllogismum perfectum esse, & tandem repetitur: obscuritas est: Omnes enim sunt perfecti, nec ad se demonstrandum, suis definitionibus quicquam clarius habent. Quarto loco partienda hæc figura fuit in modos quos habet: partitio nulla est: obscuritas est. Quinto loco definitur modus primus nouo genere, solo exemplo, & illo quidē muto, ut postea secundus: obscuritas est. Tertius & quartus modus definiuntur eadem cōfusione, qua modi primæ & secundæ figuræ definiti sunt: obscuritas est. Quintus & sextus separatim quidē: sed qui quintus esse debuerat, ex mutata propositione secundi factus, postpositus est. Has igitur obscuritates analysis perspicuæ definitionis

& partitionis nobis ostendit: Exemplorum verò, quibus demonstrandæ & illustrandæ definitiones fuerant, analysim perfequamur: Exēpla insignia & Homerica nulla sunt: multiplex est obscuritas. Nec verò satis est definitionum, partitionum, exemplorum lumina deesse, demonstrationum obscuritates, vt antea, toto capite confperguntur: quatuor primæ species, per conuersionem, reductionem, expositionem demonstrantur, & ad primam figuram reuocantur: quinta per deductionem & expositionem: sexta per cōuersionem: Quindecim sunt demonstrationes, singulæ suis illis caussis obscuræ. Est verò per expositionem demonstratio perridicula, qua probatur per exemplum singulare, quod vniuersaliter positum fuerat:

*Omnis homo est rationalis:*

*Omnis homo est animal:*

*Aliquod igitur animal est rationale.*

Demonstratio per expositionem sic instruitur:

*Socrates est rationalis:*

*Socrates est animal:*

*Ergo aliquod animal est rationale.*

At Aristoteles multò certius docet in posterioribus Analyticis, veras rerum demonstrationes de superioribus naturæque prioribus caussis accipi. Atque hic etiam vitium aliud est, quòd syllogismus, Aristotelis legibus informatus atque descriptus, per argumentationem probatur: cui locus inter syllogismos apud Aristotelem nullus instituitur: de singulari enim & ex propriis enuntiationis syllogismo, nil apud Aristotelem docetur. Quid vitiosos modos? quid eorum demonstrationes recenseam, aut retexam? Modi vitiosi decem, in quibus singulis eadem prorsus est obscuritas: Definitionum & exemplorum insignium perspicuitas nulla: caussæ sunt obscuritatis: Demonstrationes illis vitiis, quibus in aliis figuris prædictæ. Atque etiam demonstratio illa singularis, de qua in secunda figura dictum est, hîc explicatur in tertio & sexto vitioso modo: Non licet sumere terminos, nulli



nulli inesse, si minus extremum inest alicui medio, & alicui non inest. Atque utrobique demonstratio duplex instruitur, altera per impossibile, altera per infinitum: Obscuritates nouę in quatuor demonstrationibus sunt, demonstrationis nullo argumento: Sic in vitiosis modis obscuritates tam multę sunt. Quamobrem ne miremur, hoc caput tam obscurum esse: definitiones & partitiones & exempla, quia lumine suo carent, obscuritatis multas causas attulerunt: Demonstrationes rectorum modorum, demōstrationes vitiosorum, multò plures pepererūt. Verum enim uerò tribus figuris tam perspicuę, tamque euidenter & clarę, quàm adhuc dictum est, expositis, corollarium septimi capitis admirabile prorsus additur: repetitur primùm, ex specialibus nihil unquam cōcludi: obscuritas prima est: id confusę repeti nil attinet. Sed perge: syllogismos suos habet prima figura, suos habet secunda, suos habet tertia: communes omnium figurarum deinceps explicantur: Cùm autem affirmatiuus & priuatiuus, & uniuersaliter sumptus priuatiuus, semper sit syllogismus minoris extremitatis ad maiorem: ut si  $\alpha$  quidem omni  $\beta$  vel alicui:  $\beta$  autem nulli  $\kappa$ , conuersus in propositis, necesse  $\kappa$  alicui  $\alpha$  non inesse. Similiter autem & in aliis figuris: semper enim fit per conuersionē syllogismus. Hos duos modos Gręci quidem κατ' ἀνάκλασιν καὶ ἀνάκλωμένους, id est ἀντιστροφὴν καὶ ἀντιστροφέντας, secundum conuersionem & conuersos, vulgus in nostris scholis appellat *Fapesmo* & *Frixfomorum*: Exemplis exponamus, quò faciliùs ineptiæ deprehendantur. Exemplum Fapesmo in prima figura:

*Omnis vir bonus est laudandus:*

*Nullus sophista est vir bonus:*

*Aliquis igitur laudandus, non est sophista.*

Complexio directæ erat, Nullus igitur sophista laudandus: ea uerò non procedebat: quare per conuersionem contorta complexio est, hoc modo: Aliquis igitur laudandus, non est sophista. Vides quàm volubili rota figulus huius operis complexionem conuertat? At quis isto

isto modo ratiocinatur, aut argumentatur? Proferant huius doctrinæ doctores, Homericum aliquod, Platonium, Aristoteleum etiam extra hæc commēta, vllum naturale exemplum: Recordentur Aristotelicæ doctrinæ in Analyticis etiam tantoperè celebratæ: principia artium, singularium exemplorum inductione non solum colligi, sed collecta cū traduntur aliis, illustrari. Artium omnium mater experientia & obseruatio ait Aristoteles, inducantur. Ergo nobis huius artis, huius regulæ vera & naturalia exempla è præstantibus authoribus deducta & obseruata proponantur: Hęc enim commentitia & captiosa sophismata, è tenebrosis conuersionum sophismatis educta sunt. Simile est secundi generis exemplum,

*Aliquis bonus vir est laudandus:*

Frizesomorum. *Nullus sophista est vir bonus:*

*Aliquis igitur laudandus, non est sophista.*

In secunda tertiæque figura hæc cōclusiones non habent ab vsitatis modis collocationem diuersam, nisi quòd secundo loco propositionem statuunt, assumptionem primo, & quòd complexionem habent in secunda figura specialem: Secundæ enim figuræ primo & tertio, tertiæ secundo & sexto modis concluduntur in secunda figura sic:

*Omnes improbi sunt miseri:*

Fapesmo. *Nulli sapientes sunt miseri:*

*Ergo aliquis improbus non est sapiens.*

*Aliquis sapiens est beatus:*

Frizesomorum. *Nullus improbus est beatus:*

*Aliquis igitur sapiens non est improbus.*

In tertia idem prorsus erit: pone igitur priore loco, quòd secundo est, omnia congruent ad artis legem, quæ est secundæ figuræ modis quatuor illis: vt,

*Nulli sapientes sunt miseri:*

Fapesmo. *Omnes improbi sunt miseri:*

*Aliquis igitur improbus, non est sapiens.*

*Nulli*

*Nulli improbi sunt beati:*

*Frizesomorum. Aliquis sapiens est beatus:*

*Aliquis igitur sapiens, non est improbus.*

Mutatio autem loci nec legem, nec speciem syllogismi variat: & syllogismi partem metimur non loco, sed sententia & collocationis ratione: & liber Interpretationis verè docet, transmutata nomina & verba idem significare. Verùm quid in his somniorum nugis orationem maiorem consumo, cùm è conuersionum deliramentis deducta esse dixerim? In tribus figuris singulis definitiones duæ, exempla duo perspicua si fuissent, res aperta esset: Duodecim causæ sunt obscuritatis: singulæ demonstrationes non exprimuntur, sed indicantur: Demonstrationes sex fuerunt, singulæ vsitatis vitiis ornata: causæ sunt obscuritatis: Ita capituli huius vix decem versus, tot causas obscuritatis habent. Repetitur, infinitam propositionem specialis loco positam idem facere: obscuritas est. His generibus expositis si putes omnes simplices syllogisticos contineri, falleris: Licet enim ex propriis propositis in vnoquoque genere ratiocinari, vno tantùm ex præscriptis legibus obseruato, vt affirmatio negatioque, ad rationem dispositionis expositæ conueniant, sicut Dialectica nostra docuit: & in singulis figuris duo sunt modi: Sex igitur definitiones, totidem exempla desunt: causæque obscuritatis sunt duodecim: & exempla omnia actionum humanarũ (ad quas præcipuè Logica tamen adhibetur) singularia sunt, sicut artium omnium, licet præcepta generalia sint, vsus tamen in singulis ferè exemplis & experimentis versatur. Nec audienda vanitas scholasticæ distinctionis nescio cuius, (quòd singularia reiiciantur à disciplinis) quasi de propria & singulari conclusione non sit generalis & vniuersa præceptio: Et in his figuris præceptio, quæ isto genere concluditur, non adhibeatur tanquam principium aliquod probandorũ syllogismorum. Atque adhuc vniuersæ causæ obscuritatis in hoc capite sunt iam multæ: Reliquo capite concluditur reductio syllogismorum in pri-

primam figuram, per eamque reliquas perfici: quæ om-  
 nium ferè superiorum tenebrarum ( si subtiliter nume-  
 rare velis) confusa caligo est. Additur præterea ad duos  
 generales modos primæ figuræ speciales eiusdem figu-  
 ræ modos reuocari per secundam figuram: Quatuor de-  
 monstraciones sunt, singulæ suis vitiis obscuræ. At bo-  
 ne Deus, quid sibi vult huius infinitæ confusionis ma-  
 gister? Analysis, terminus, syllogismus, principium, con-  
 uersio, & abecedaria exempla, figura, interuallû à ma-  
 thematicis translata sunt: Vbi autem similitudo rei cla-  
 ra est, metaphoram nominis laudo. At vt de nonnullis  
 iam dixi, dissimillima res est, istaque φιλολογημετρία, φιλο-  
 λογίαν καὶ τὸ λογίζεσθαι peritiã perdidit: Hæc imitationis  
 geometricæ vana & inanis affectatio, multas tenebras  
 peperit, sed vna affectatio, omnium vanissima & ina-  
 nissima fuit ἀναγωγή, reductio syllogismorum figuræ  
 vnus in aliam, quæ postea nominatur sæpe analysis, in-  
 terdû, vt capite quadragesimo primo huius, μεταβάσις,  
 & dialysis initio. Occasio tantæ vanitatis, speciem geo-  
 metricæ similitudinis habuit: At rem & veritatem sum-  
 mæ dissimilitudinis habet. Geometræ imperfecta mul-  
 tilaterorum genera ad triangula, triangulorum ad pa-  
 rallelogramma, parallelogrammorum ad quadrata, qua-  
 dratorum ad orbis genera reducant: idque magna ad-  
 modum & necessaria ratione, vt varias diuersorum lo-  
 corum formas, æquali ratione comparent: Rotundas  
 insulas quadratis, altera parte longiores agros, triangu-  
 li forma comprehensis. At res est in syllogismis dissi-  
 millima: Definitiones syllogismorum cuiuscunque mo-  
 di sint, si generibus & differentiis suis consent, vt con-  
 stare debent, clarius habere nihil possunt, à quo demõ-  
 strentur. Conuersio, accidens est propositionis, ac mal-  
 tò etiam magis syllogismi: Delirare itaque planè est, &  
 veram Aristotelis de scientiis formandis doctrinã con-  
 temnere, naturam ipsam rerû, generibus & differentiis  
 mōstratam, accidente tam tenebricoso præsertim velle  
 demonstrare: Per primam figuram iudicatur: per secun-  
 dam

dam figuram iudicatur: per tertiam iudicatur: omni denique syllogismi certo & constanti genere iudicatur: nec illa iudicij constantia, reductione clarior efficitur, sed conuersionis & deductionis tenebris obscuratur: In Geometria verò, quò faciliùs idem spatium agri, campi, insulæ, cuiusuis denique rei dimetiare, rem ipsam nihil commutas, sed hanc rei formam, in illam reducis, & dimensionis modû clariorem tibi constituis: At hic si per impossibile reducatur syllogismus, res ipsa tota commutatur: Contradictio duarum partium sumitur, si per conuersionem vna saltem pars magna & insolita, iudicij perturbatione conuertitur. Quamobrem reductionis geometricæ dissimillima est hæc reductio logica, illaque scientifica, hæc planè sophistica. Atque adhuc hæbellæ causæ sunt, quibus analyticæ Logicæ vel inuentor, vel certè compositor, φιλοσοφίας à suis appellatur: At vt dixi, ista φιλοσοφία, φιλολογίαν καὶ τὴν λογί-ζουσαν peritiã perdidit. At ista subtiliter inuenta sunt, dicet aliquis, & accidere possunt: syllogismus enim alius in alium per hæc principia reduci potest. Sint stultè & fallaciter, vt sunt, non modò subtiliter inuenta: quid tum? An est artibus propositum, præceptis complecti, quæ fieri aliquando, & subtiliter cogitari possunt, an potius quæ humanæ vitæ conueniunt, quæ nos rebus gerendis tractandisque prudentiores & aptiores efficere possunt: Finis artium, non est subtilitas, sed vera solidaque vtilitas: Suppositiones, amplificationes, subtiliter ab ineptis hominibus erant inuentæ: & fieri poterant, quæ his tradebantur: ac diutiùs quàm bonis ingeniiis expediebat, retentæ sunt atque approbatæ: Cur igitur ab omnibus scholis nunc reiiciuntur & exploduntur? quia nullum cogitationis suæ fructum ferunt: quia nihil hominum prudentiam iuuant. Explodantur igitur & hæc similia tot vanitatum commenta, nec sub estimatione vanæ authoritatis, tanta vitia diutiùs lateant: Subtilitas verò si tantoperè placeat, placeat in exquirendis aperiendisque vtilibus rebus, hisque ad vsum vi-

tā, necessitatēque conferendis : Liceat acutis & subtilibus esse. Sed in promouendis humanis studiis, in occultis infinitarum rerum (quæ nondum cognitæ sunt) naturis explicandis, in amplificanda degendæ vitæ ratione: denique Aristotelica principia, ἐμπειρία, ἰσοπρία, ἐπιγνώμη, vigeant in artium studiis & regnent. At perfectio, dices, & absolutio artis hîc quæsitæ est, vt ex omnibus numeris doctrina constaret : & in Geometria sic θεωρηματά sunt quædam, quæ nullum prorsus vsum ex sese afferant, sed ad aliorum demonstrationem pertinent: sic conuersio, deductio, cæteraque syllogismorum principia nullum habeant vsum : at valent ad Logicam generis demonstrandum. Verùm plerique his nugis defraudendis nimis nugatorij sunt : dum enim eiusmodi aliquid respondeant, magnos se Dialecticos esse existimant. Quid verò dicant, quàm consentanea rationi, nil reputant. Perfectio artis, aiunt, in his ineptissimis nugis quæsitæ est: Hanc obiectionem tam leuem, velut arcem tamen ad imperus omnes satis idoneam putant. Quid igitur artis est perfectio? quid absolutio? nõne tota ad vnā summā naturalis rationis confirmationem referenda est? nõne hîc & inuentionis & dispositionis finis conspirans ac planè consentiens est, vt humani ingenij vires, ingenio ipsi ostendant: nõne ἐμπειρία, ἰσοπρία, de quibus tam sæpe iam dico, id spectant & sibi proponunt? Similis verò si fuerit error in Geometria, qui tamen planè non est, an eius exemplo ista vitia laudabuntur? Vtinam Geometriam sic institutam haberemus, vt Platonis, vt Aristotelis tempore instituta fuerit, quam pueri in puluere facillè discerent : demonstrationibus permultis careremus, quas vix ac ne vix quidem viri ætate & iudicio firmi percipere queant. Et quidem talem Geometriam futuram non despero, in tanta præsertim excellentium ingeniorum vbertate: Sed nunc de Logica: Qui igitur artem Dialecticam scribit, statuat: sibi ante oculos Aristotelicam ἐμπειρίαν καὶ ἰσοπρίαν naturalis denique illius & humanæ rationis exemplum imitandum:

randum: Tum verò perfectissimam artem se fecisse, si  
 volet, gloriatur, cum eius omnes actiones vřitatas &  
 constantes, omnes earum species & partes, omnium  
 etiam partium particulas ex eodem fonte experientię  
 deriuatas, definitionibus, partitionibus, exemplis ex-  
 presserit: nihil autem de suo cōminiscatur, nihil fingat,  
 nihil somniando mentiatur. At in omnibus anteceden-  
 tibus, ac deinde consequentibus tenebris, quas accusa-  
 mus, nihil est ex quotidiano vsu, nihil ex vřlo humanę  
 vitę exemplo sumptum probari potest: nulla denique  
 ἐμπειρία, nulla ἰσopία est. Redeamus igitur ad illam sum-  
 mam & primam demonstrationē, & Aristotelicis prin-  
 cipiis fundatam: Ars dialectica ab obseruatione naturę  
 deducenda est, & ad eandem confirmandam, si imbecil-  
 lior fuerit, referenda est: Nihil autem huc ex iis perfe-  
 ctionis tā multis imperfectionibus referri potest. Con-  
 siderent igitur qui ista tantoperē defendunt, & atten-  
 dant, quamobrem sine vřlla ratione, sine consilio, sine  
 vsu, sine vřlo vero argumento tenebras istas ad perni-  
 cię iuuentutis alant. Ne verò putemus has rugas nunc  
 primū reprehendi, Antipater & Chrysippus apud Ga-  
 lenum secūdo de placitis Hippocratis & Platonis iam-  
 pridem deriserant: & Galenus ipse ait syllogismorum  
 reductiones, & omnem eiusmodi syllogismorum com-  
 plexionem, vanitatem inutilis rei esse non mediocrem.  
 Sed ab his tenebris ad alias pergamus: maiores enim  
 & obscuriores supersunt: capita enim quatuordecim  
 sequuntur, omnium, quę adhuc retexuimus obscurissi-  
 ma, in quibus de modificatis conclusionibus & puris &  
 permistis agitur: quasi trium figurarum descriptę leges  
 omnibus simplicibus propositis concludendis non suf-  
 ficiant. Meminerimus Aruerni illius montis: vnum esse  
 vt in orbe, sic in arte solem, cuius lumine illustrentur  
 omnia: neque campos virentes nigros esse, neque syllo-  
 gismos atros, sed nubes tetras, sed captiones obscuras  
 esse. Analysis igitur verum Aristotelicorum principio-  
 rum solem reducat, tenebras depellat: ex Aristotelicis

& Analyticis libris sol nobis existat, qui tenebras operis Analytici discutiat, syllogismosque perspicuos, discretis nubibus ostendat. Syllogismis igitur simplicibus expositis, quid sequi debuit? Coniunctus syllogismus definiri, diuidi, exemplis illustrari debuit: illum solem pars ea doctrinæ requirebat. Hic eadem querela nostra non potest esse, quæ prius fuit. Syllogismos simplices, exceptis propriis, de quibus nihil diceretur, conquessimus in tribus figuris obscurari: coniunctos deinceps obscurari non conquerimur, sed de his ne verbum quidem saltem nominatim fieri dicimus: Et cum post Aristotelis obitum satis constet à Theophrasto & Eudemo discipulis Aristotelis hos syllogismos obseruatos & notatos & descriptos esse, Organi logici compositores & interpretes accusamus, qui non modò de his syllogismis in Organum logicum nihil includant, cum Porphyrium tamen minùs necessarium includant, sed tribus figuris omnes syllogismos includi imperitis suadeant, ut postea diceretur. Collegimus igitur sigillatim causas obscuritatis, quibus syllogismorum simplicium doctrina esset inuoluta: capita septem fuerunt: Deinceps vetò numerari sigillatim causæ tenebrarum vix possunt: totòque Analytico primo, imò reliquis potiùs Analyticis totis tenebræ immensæ quædam & infinitæ sunt, quæ analysim, Logicæ exercitationem, & vsum Logicæ non modò nil adiuuent, sed omnibus modis turbent & impediunt. Sed tamen Analytici primi summam persequamur. Genesis syllogismorum adhuc tractatur: Magister operis Analytici docet octauo capitis initio, leges figurarum expositas, absolutorum propositorum syllogismis conuenire, modificatorum syllogismis non conuenire: Quoniam, ait, diuersum est & inesse & ex necessitate inesse, & contingere inesse, manifestum quoniam & syllogismus in vnoquoque diuersus est. Hæc causa est confusionis infinitæ, quæ postea consequitur: Modificata proposita aut pura sunt, ut sola necessaria & sola contingentia aut mista cum absolutis, aut inter se. Itaque

figurarum



figurarum tenebræ quintuplæ multiplicantur: Etenim per tres figuras necessaria, per tres figuras contingencia, per tres figuras necessaria & soluta, per tres figuras necessaria & contingencia, per tres figuras cōtingencia & soluta deducuntur: necessaria & pura & mista prius expediuntur. Syllogismus ex omnibus necessariis concluditur cōmunibus legibus, ait hic magister, exceptis modis duobus, quarto secundæ, & quinto tertiæ figure, qui per expositionem tantum demonstrantur. Hic si replicari superiores tenebras volueris, totidem hic essent, quot antea sunt iam commemoratæ in tribus figuris: Et hi duo modi per impossibile monstrari possunt more superiorum: falsoque hæc differentia ponitur: Veruntamen quanuis tenebræ hic sint, in his tamen tenebris intelligimus, ut ex omnibus propositis necessariis, necessarium concludatur, legibus syllogismorum novis nil opus esse, tametsi in puris necessariis, nec cum alio genere permittis conclusio necessaria: quod efficitur non tã syllogisticæ dispositionis lege, quàm naturâ rerû, sicut in libro Interpretationis docui in illis enuntiationibus,

(Socratem esse animal est neesse;

Socratem non esse animal est neesse.)

nullam contradictionem esse, sed oppositionem rerum, quarum alteram esse oporteat: Ita de his syllogismis dico, cum in his vera negatio nō sit, negantis syllogismi conclusionem ad præscriptas leges non congruere, nec syllogismi cōstantiam hanc esse: imò etiam cum maius extremum (est neesse) tribus propositis semper terminus sit subiectus: quod syllogismi legi repugnat: Nec quia concluditur necessarium, iccirco syllogismum putemus: id enim fallit, ut docetur huius capite tricesimo tertio: & si loco modi necessarij, ponatur modus contingentis, lege dispositionis eadem servata, percipietur error, ut in contingentium syllogismis paulò post apparebit. Nono, decimo, undecimo capite, permittio necessarij & existentis, ut sic dicam, id est absoluti tractatur, & docetur ex necessario & absoluto syllogismū in omnibus

bus figuris fieri: Totidem ferè sunt causæ obscuritatis, quot in tribus figuris sunt animaduersæ. Sed tenebras non hîc tantùm reprehendo, rem ipsam reprehendo: primum primæ figuræ modum pro omnibus disputabo: Nego igitur ex propositione necessaria, assumptione absoluta, necessarii syllogismû fieri. Etenim si solutum pro eo quod verum est, nec falsum esse potest, sumitur, vt solutum & necessarium ( licet non affectum necessarij nota) idem sit, certè noui nihil hîc præcipietur: imò verò ex duobus eiusmodi solutis, licebit in omni figura necessarium concludere: non enim necessitas rebus additione notæ necessarij, additur, aut detractioe detrahitur, sed exprimitur aut non exprimitur: Si solutû pro vero siue necessario, siue non necessario intelligitur, vt magister ipse exemplo suo indicauit, qui sumpsit pro soluto enuntiato illud nono capite, (Animal moueri) & decimo (hominem esse album) & vndecimo (equû esse bonum) item (vigilare & dormire) falsum erit ex necessario solutoque necessariû concludi: vt si ita diceretur:

*Omnis homo necessariò est rationalis:*

*Quiduis currens est homo: Soli enim currant homines:*

*Ergo quiduis currens, necessariò est rationale.*

Itaque conclusionis huius iudicio si quando currant a-  
sini, necessariò rationales erunt: Falsa est conclusio hu-  
ius syllogismi, veris tamen antecedentibus. In assump-  
tione, quia solutè locuti sumus, speciale & præsens tē-  
pus duntaxat complexi sumus: in propositione & com-  
plexione, quia necessariò rem esse dicimus, vniuersale  
tēpus, nullam temporis excludimus speciē: quod enim  
necessariò est, nō potest non esse. Quare si tēpus ipsû,  
quod adsignificabamus, exprimat, conclusionis error  
manifestus apparebit: Vt si dicas, in propositione maius  
extremum semper inesse medio: in assumptione mediû  
nunc inesse minori: vnde concludas maius minori sem-  
per inesse. Neque certè defuerat antea tam manifesto  
morbo medicina: Theophrastus enim, vt interpretes  
quidam etiam aiunt, hoc mendacium argumento non  
valde

valdè diffimili coarguerat : Docuerat enim conclusio-  
nem, si firma esset, antecedentium partium debiliori si-  
mitem esse oportere. Et illud est, quod in Posterioribus  
à Philopono ponitur, Semper propositionum deterio-  
rem conclusio sequitur: quòdque ab Aristotele ipso, sed  
obscurius, vicesimo octauo huius est positum, Similis  
enim vniuscuiusque cõclusio principiis est : vt si propo-  
sitiõ vel assumptio negaretur, item negaretur cõclusio:  
si propositio vel assumptio singularis esset, singularis itẽ  
esset cõplexio. Quod ipsum etiam præceptis huius Or-  
gani coargui poterat : Præcipitur enim capite vicesimo  
quarto, complexionem vniuersalem non posse fieri, nisi  
ex omnibus vniuersalibus: Itaque cùm in hoc exemplo  
solutum debilius sit necessario, & vt diximus, vnũ tem-  
pus omni tempore sit minus, complexio debet imbecil-  
liori parti similis esse : cùmque necessarij complexio sit  
& vniuersum tempus cõplexi, non potest nisi è propo-  
sitionibus vniuersum tempus complexis effici. Quòd si  
necessarium in propositione absolutè dici volumus, in  
complexione cum aliqua conditione, quemadmodum  
interpretes ( vt solent aliquid semper comminisci ad  
hos errores defendendum ) fortasse respõdeant, vt con-  
cludamus dütaxat quod necessarium sit, Dũ assumptio  
vera pronuntiat: necessariũ illud non plus erit, quàm  
solutum verum : Ac si diceretur ex necessario & soluto  
solutum cõcludi : & hac egregia disciplina ludemur. At  
Aristoteles in sophismatis amphiboliã imprimis enu-  
merat, & in docendo, summum vitium esse iudicat.  
Quamobrem sophisticas illas elusiones à rebus seriis,  
& vtilibus veræ disciplinæ præceptis distinguamus. Tu  
mihi polliceris auri talenta decem, & tandem Sophisti-  
ca ista, ferrumina porrigis, & ais te auri nomine, ferru-  
men intellexisse : Aristoteles tamen ex artibus captio-  
nes tales tolli iubet : omnia artium dogmata catholica  
iubet esse. Quamobrem permistio necessarij & contin-  
gentis, nullam syllogismi nouam legem expetit: Si pro-  
positio vera sit, & assumptio pari necessitati subiecta  
ponatur

ponatur (ex duobus enim necessariis, necessarium concludetur:) si solum pro quocunque modo verum sit, non necessariū concludetur, & falsa erit hæc præceptio. Tertium propositionis genus sequitur, contingens, cuius significationes describuntur primū, deinde conclusiones & syllogismi: tum significationes duæ describuntur: Contingens, aliquando necessarium, aliquando non necessarium. Hæc partitio siquid utilitatis haberet, dicta est in Interpretatione, dicta est rursus tertio capite libri huius: repetitio ista inanis, & veræ Aristotelis doctrinæ contraria. Contingentis verò significatio propria, est de non necessario. Approbatur igitur, hîc etiam contingens aliquod esse necessarium: rationem consideremus & retexamus: captiosam enim & fallacem esse sentio: Hæc ait, consequuntur inter se, Non contingens, non possibile, impossibile, necesse non: Ergo & his opposita inter se similiter consequentia erunt, Contingens, possibile, non impossibile, non necesse non. Verumenimvero antecedens argumentationis huius ei falsum est, qui naturalem & popularem, id est veram ac propriam cōtingentis significationem sequitur: qui experientiā & vsum, id est Aristotelica veræ Logicæ, summaque principia sequitur: Nā quod non est contingens, nec eiusmodi ut possit & esse & non esse, ad aliud nihil trium reliquorum sequitur: potest enim esse necessarium, potest esse impossibile, potest esse possibile: Et si verum antecedens illud esset: non esset tamen consequens ideo verum: Nec enim in Logica Aristotelis, cōtradictoria contradicentium sunt consequentia, ut constat è secundo Topico: nec tamen si consequens verum esset, ideo tamen concluderetur hoc argumento, aliquod esse cōtingens necessarium: Aliud enim est, quod concluditur non necesse non, aliud quod intenditur necessarium: Sed tamen pergamus. Contingentis non necessarij genera duo proponuntur, alterum probabile, quod appellatur ut antea, frequens, quod natum est esse: alterum incertum, quod & sic & non sic possibile: aut

omnino

omnino à fortuna : nil enim magis sic natum est fieri, quàm contrario modo. Hoc contingens, in Interpretatione appellatur vtrumlibet: Vtriusque verò contingentis propositiones conuertuntur inter se, non affirmatæ negatis, sed quæ habent affirmatiuam figuram secundum oppositionem: vt,

*Esse contingit,*

*Non esse contingit.*

*Omni contingit,*

*Nulli contingit.*

Hæc verò conuersio vera & naturalis est, & è vera contingentis definitione sumpta, superiorum conuersionum longè dissimilis: illic enim eiusdem affirmationis aut negationis subiectum tantùm in attributũ conuertitur: hîc verò manet idem subiectum & attributum: Affirmatio autem in negationem, contrarè negatio in affirmationem conuertitur. De cõtingenti incerto scientia & syllogismus demonstratiuus non est: de probabili autem & verisimili, & nato esse, vt appellatur hîc, ratiocinationes rerum ferè sunt & considerationes: ideòque magis in sequentibus definietur & tractabitur. Notandum est hoc loco, quod de vsu præcipitur, quia maior est vsus cõtingentis illius frequentis & verisimilis, proptereaque magis de eo præcipiendum: id enim est quod analysi, quod experientia, quod obseruatio requirit, & quod infinitè iam flagitamus: & quod si publicè receptũ sit, præcipuo Animaduersionum nostrarum labore nil opus erit: Conuersionum nugas reiicio: non solùm quia rator est, sed quia omnino nullus est earum vsus in Logica, quia nunquam de iis ratiocinationes & considerationes sunt: Ergo monitio ista notetur. Postremo capituli huius loco præcipitur duas propositi contingentis sententias esse: Vt cùm dicitur, Currentem cadere est contingens, dupliciter id intelligatur: primò quod contingit currere, id contingit cadere: Verùm hoc est sententias orationis somnare, non illam dialecticæ artis parètem experientiam & obseruationem & analysim tenere: Et  
ista

contingit currere  
contingit currere  
contingit currere  
5

ista sectæ placita sunt, non experientiæ præcepta : Nam cum dico, Quiduis currens, contingit hominem esse: quamuis nunc non currant homines: quamuis falsum sit, quicquid cōtingat currere, cōtingere vt homo etiam sit, tamen verum dico: fieri enim potest, vt homines currant aliquando: & ideo quiduis currens, hominem esse contingat: Cùm enim per contingentis modum aliquid enuntio, nullum tempus certum comprehendo: vt cum dico, Quiduis currens, contingit hominem esse: non id vtique nunc esse aut cras futurum, aut perendie confirmo, sed idem dico, ac si affirmarem posse fieri, vt soli currant homines: ideóque quiduis currens, hominem esse. Ac ne probatio longior queratur, in doctorem valeat ipsa doctoris authoritas & dignitas: Sic enim ipse loquitur decimo quarto capite, cum ait fieri posse, vt omni mouenti homo insit: quia accidere possit, vt homines soli moueantur. Ergo in hoc capite, fundamento reliquorum de contingentibus sophismatum, videmus quàm omnia commentitia sint: Sic enim ipse loquitur decimo tertio capite, cum ad refellendum contingentis conclusionem, terminos ponit, animal, album, vestis: vt,

*Aliquod album, animal esse contingit:*

*Aliquam vestem, esse albam contingit:*

*Aliquam igitur vestem, contingit esse animal.*

Dux propositiones contingentis, de quo dicturum se doctor receperat, exempla sunt: nec tamen ad commentitiam significationis definitionem conueniunt, sed ad illum vsũ verum & naturalem, quem dixi: artẽmque suã doctor hic vsu suo, testimonióque suo refellit: Imò verò nullis exemplis in disputatione contingentis vitur, quibus hæc significatio somniata teneatur: doctoris enim exempla hæc sunt sequentibus capitibus:

*Equum moueri contingit:*

*Omnem hominem moueri contingit:*

*Hominem intelligere contingit:*

*Niucm non esse animal contingit:*

*Picem non esse animal contingit:*  
*Hominem esse album contingit:*  
*Animal esse album contingit:*  
*Hominem esse album contingit:*  
*Tunicam esse albam contingit:*  
*Aliquod album, esse animal contingit:*  
*Hominem esse album contingit:*  
*Animal moueri contingit:*  
*Album esse animal contingit:*  
*Hominem non esse sanum contingit:*  
*Hominem esse album contingit:*  
*Equum dormire contingit.*

Hæc inquam, doctoris exempla omnia sunt, quibus utitur in syllogismis contingentium: quorum nullum sic explicari potest, ut dicatur, cuicumque contingat, subiectum eidem & attributum contingere: Nam semper alter terminus substantia est: quæ subiecto nulli sic contingit, ut contingens modò dicatur, quod ex affirmatione in negationem conuertatur: Substantia enim contingere hoc modo non potest. Quamobrem ut dixi, doctor hic doctrinam suam, doctrinæ suæ exemplo & usu refellit: Experientia inquit, & obseruatio, omnes artium præceptiones pepererunt: At experientia & obseruatio, vel huius ipsius operis exemplis contrarias præceptiones nobis ostendunt. De iis commentitiis contingentis significationibus paulò latiùs disserui, quia hinc consequentes tenebræ permultæ deductæ sunt: Syllogismi igitur contingentes sequuntur longa confusione descripti: capita præcipua, vnde cætera pendent, attingamus. Decimo igitur tertio capite docetur ex omnibus contingentibus, in prima figura contingens concludi: qui error è proximo capite deductus est: dic enim,

*Quiduis currens, contingit hominem esse:*

*Omniem verò equum contingit currere:*

*Contingit igitur omnem equum, hominem esse.*

Propositione atque assumptione veris, complexio falsa concluditur: At interpretes propositioni resistent, eamque

que esse falsam clamabunt : quia in puris contingentibus primus contingentis modus sequendus est. Verum modos significationum traditos , paulò antè commentitios esse docui , non è naturali hominum sermone deductos : imò præsentibus huius doctrinæ testimoniis & exemplis refutatos. Quòd si diceret hic magister ex contingentibus nihil ratione firma concludi , attamen (si modis illis præscriptis & propositio & assumptio intelligantur) aliquid effici posse , hoc in artis doctore minus reprehendendum putarem , quamvis syllogismi doctrina nihil hìc dignum agnoscerem , quia nihil ex Aristotelis principiis , vsu & experientia deductum viderem. Verum cõtemptra illa prima & summa caussa (vsu naturalem & experientiam dico) cõtemptra inquam , summa illa caussa , somnia sua , tanquam naturæ decreta nobis imperat : illam suam experientiam & obseruationem , artis magistræ esse oblitus est : & postea capite decimo sexto docet in secunda figura ex puris contingentibus nil cõcludi , quia ex omnibus affirmationibus concluderetur , cùm hìc affirmatio in negationem conuertatur. At inquam , ex omnibus negationibus in prima figura idem concluderetur , quia affirmatio etiam in negationem conuertatur : tamen hęc negatio , vera negatio non est : nec syllogismi legem ratio ista potest impedire . Sophismatis autem & inconsequentia caussa , est vaga & incerta cõtingentis significatio , quæ nullum tempus certum concludit : nec veritas in vnum conuertitur : Etenim veritas illius propositionis , Quiduis currès , hominem esse contingit , tum accidit , cùm soli currunt homines : illius autem , Omnem equum currere contingit , alio scilicet tempore aliquo , cùm non soli current homines : Hęc inquam , inconsequentia partium , facit complexionis inconsequentiam . Et hęc ignorantia est Elenchi , ex qua indicat Aristoteles omnes fallacias oriri , quia non idem tempus in syllogismi partibus obseruatur. Quamobrem verè concludere possumus , ex contingentibus puris in prima figura nil concludi : nec ic-

circo



circo in secunda & tertia, quæ à prima figura, doctoris huius iudicio pendeant. Decimo quarto capite docetur propositione cōtingente, assumptione soluta, fieri complexionem contingentis. Ratio eadem refutandi erroris, quæ antea: Sit igitur syllogismus hic,

*Quiduis currens, hominem esse contingit:*

*Omnis equus currit: Finge siquidē omnē equū currere:*

*Omnem igitur equum, hominem esse contingit.*

Nec verò mihi responderis propositionem esse falsam, si assumptio vera sit, quia propositio sic intelligenda sit: Quicquid nunc currit, id contingit hominem esse: quod assumptionis hypothesei repugnaret: id enim commentum testimonia illa atque exempla doctoris iam producta, illa experientia atque analysis refelleret: Causa sophismatis, est ipsa cōtingentis vaga significatio: Nam fieri potest, ut homines soli currant aliquando, quamvis nunc homo nemo currat: Verùmque est illud enuntiatum, *Quiduis currens, esse hominem contingit.* Quamobrem permistio contingentis & soluti, syllogismum nullum facit: Causa est, quam dixi: propositio certum nil statuit, assumptio statuit certum: Vnum verò si addidero, disputationem istam cōcludam. Pactus est doctor hîc se non de necessario contingente locuturum, cuius affirmatio in negationem, quam comminiscitur, & negatio in affirmationē reciprocaretur ac rediret: Vnum caput, cæteris omissis tantum hîc proponam. Decimo septimo igitur capite, ait ex soluto & contingenti, contingens concludi in secunda figura: dic igitur,

*Nullus lapis vigilat:*

*Omnem hominem contingit vigilare:*

*Nullum igitur hominem, contingit lapidem esse.*

Conuerte, ô doctor, ex legibus tuis hanc complexionem, & tibi constare aude, tuâque superiora illa decreta defende: Conuerte inquam, quid erit? Omnem hominem, contingit lapidem esse: permistio necessarij & cōtingentis in prima figura, inconstantiam hanc efficere non potest, cum est propositio contingens, ut præcipitur

r r futatur ab  
antore isto que ant  
petam p entem n h  
et ablo uti / ug m  
nu / face - p p  
Y m co auti  
tus nem

tur decimo quinto capite : At efficit in secunda figura, etiam si negata propositio, necessaria sit, assumptio affirmata, vt præcipitur decimo octauo capite: vt,

*Nullum lapidem loqui necesse est:*

*Omnem hominem loqui contingit:*

*Nullum igitur hominem, esse lapidem contingit.*

Conuerte, idem concludes. Distinctiones pertinaciae cui & captiones videlicet non deerunt. Atqui Chamæleontem aliquem mihi videre videor, in omnes colorum species se mutantem. Distinctio percallida atque sophistica nobis opponitur: Non concludi contingit non necessarium, sed contingens quoddam confusum tanquam Dialectica, Chamæleontina necessariò sit, quæ sophisticis distinctionum coloribus, sui studiosos fallat & decipiat. Verùm fraudes & malitiæ istæ faceflant: Chamæleontem imitari desinamus: Tot colores enim, tam multiplices, tam varios aliquândo deponamus: vno & naturali & vero, & Aristotelis principiis, experientia & vsui consentaneo contenti simus: Tametsi enim

*Id quoque quod ventis animal nutritur & aura,*

*Protinus assimilatur, tetigit quoscunque colores:*

attamen hoc idem animal nec rubrum, nec candidum colorem potest assimilare. Scholastici interpretes, & rerum vsus imperiti, distinctionum multos colores possunt imitari: Contingens modò simpliciter, modò necessarium, modò inter vtrunque cõfusum: Necessarium ipsum modò absolutè, modò aliqua conditione, modò ampliatum ad vtrunque. At quamuis commutandis coloribus tam sint admirabiles imperitis & ignorantibus, tamen simplicem illum naturalis lucis candorem, splendentem solidæ prudentiæ ruborem imitari nõ possunt: nunquam his sophismatis Platonicum vel Homericum, imò extra hunc locum, nec Aristotelicum quicquam accommodabunt: nunquam harum nugarum magistram experientiam allegabunt. Sed de his nugis satis superque disputatum: concludamus syllogismum ex necessariis puris fieri, ex cõtingentibus puris non fieri:

ex

ex necessario & soluto, solum tantum concludi: ex permittis reliquis inter se generibus nullum syllogismum fieri (nisi fortè in prima figura ex contingente & necessario:) causamque tanti sophismatis in cōtingentibus puris, & cōtingente & soluto ex contingentis vaga & incerta significatione deduci: & quia partium veritas sit temporibus inconsequens & disiuncta, nec assumatur eadem veritas, quæ proposita fuerat, ideo complexionem disiunctam & inconsequentem esse: Elenchus enim hic omnino positus est, non eodem modo, nec eodem rerum tempore: partium veritas attenditur, nec idem tempus adsignificatur in propositione & assumptione: in contingenti & necessario, sophismatis causa hæc non est: necesse enim, tempus omnè comprehendit, in quod ideo contingens incidat. In hac autem nugatoria disceptatione, quis innumerabiles tenebras iam non videat? Tres figuræ simplicium ex absolutis propositis syllogismorum, permultas obscuritatis causas habuerunt: De necessariis, de contingentibus, de necessariis & absolutis, de necessariis & contingentibus, de contingentibus & absolutis, reperies, si singula complecti velis, quintuplo maiorem esse numerum tenebrarum: Nec tamen adhuc omnes tenebræ sunt, quibus syllogismorum genesis, prima pars primi Analytici cōturbatur & inuoluitur. Capita adhuc sex supersunt, in quorū primis duobus docetur, omnes syllogismos per tres figuras expositas fieri & concludi: & falsò docetur: Sunt enim ex propriis enuntiatis syllogismi, qui præscriptis legibus concludi in vnaquaque figura non possunt. Sunt præterea connexi duorum generum, sunt disiuncti duorum item generum, quibus etiam hic Organicus author multò frequentius vtitur, quàm simplicibus à se expositis. Sophismatis igitur huius errorem retexamus: Syllogismus duobus modis fieri dicitur, ostensivè & ex hypothesi: ut illic pars vtraque certa & vera sit, hic altera quanquam falsa aut incerta, tamen pro vera certaque ponatur. Hæc differentia ad syllogismi necessita-

R

cessita-

Syllogif  
 falsis siue potest  
 tanta enim aut falsitas  
 est propositio, dicitur  
 assumptio, syllogif  
 hyl est

a concludendum quæstio  
 opus est in obis quæ  
 actus quod est in per  
 21

cessitatem nil attinet: ex omnibus enim falsis syllogif-  
 mus esse potest, vt etiam postea dicitur Analytico se-  
 cundo. Veritas hæc aut falsitas est propositionis vel as-  
 sumptionis, syllogismi nihil est: Ridicula igitur differ-  
 tia est hîc. Iam docetur ad concludendum quæstionem,  
 medio opus esse, quia sumeretur quod est in principio:  
 Id verum est, sed nugatoriè repetitum. Additur id me-  
 dium cum vtraque parte quæstionis copulandum esse:  
 quod verum est, sed inutiliter & nugatoriè repetitum:  
 Deinceps quòd omnis syllogismus tribus figuris expo-  
 sitis concludatur: contexitur autem his verbis demon-  
 stratio, Ergo necesse est aliquod sumere ad vtrunque  
 commune: Hoc autem contingit tripliciter: aut enim  $\alpha$   
 de  $\beta$ , &  $\gamma$  de  $\beta$  dicentes: aut  $\gamma$  de vtrisque, aut vtraque de  
 $\gamma$ . Hæc autem sunt tres dictæ figuræ: Manifestum quo-  
 niam omnem syllogismû necesse est fieri per aliquam  
 harum figurarum: non eadem ratio est, etsi per plura  
 copuletur ad  $\beta$ : eadem enim erit figura & in pluribus.  
 Hæc demonstratio obscura est, argumentum mutum: si  
 exprimat, nihil problematis apodicticum. Sed quòd  
 faciliùs sophisma deprehendatur, syllogismum retera-  
 mus, qui hîc inuolutus & confusus est:

*Si omne medium triplici figura disponitur, omnis syllogif-  
 mus fit aliqua trium figurarum:*

*Sed primum verum:* Nam medium vel antecedit  
 maius, sequitur minus, aut sequitur vtrunque, aut an-  
 tecedit vtrunque:

*Secundum igitur verum est: omnisque syllogismus triplici fi-  
 gura concluditur.*

Hic inquam, syllogismus est connexus primi modi,  
 quem tamen syllogismû esse nesciebat Aristoteles: in  
 quem syllogismum non esse eius ipsius syllogismi con-  
 clusione conatur ostendere. Sed tamen syllogismi hu-  
 ius assumptio falsa est: nec enim medium semper me-  
 trium horum modorum disponitur: nec enim syllogif-  
 mus coniunctus vllam speciem triplicis huius collo-  
 cationis habet, sicuti Dialectica nostra abundè decla-  
 rat

gism cot notan  
 claus f oram ab t  
 um f uarum

rat: & hic ipse syllogismus, quo demonstratio præfens efficitur, demonstrationem ipsam refellere potuit: nullâ enim trium figurarum continetur: quod in exemplo breviori subtilius distingues: vt si quæras, An Socrates est animal? & mediû sumatur, homo, & ita concludatur:

*Si Socrates est homo, est etiam animal:*

*Sed Socrates est homo:*

*Socrates igitur est animal.*

Medium (homo) nec antecedit, nec sequitur (animal:) nec enim ei subiicitur, nec attribuitur. Enimvero quod multò magis admirère, syllogismi ipsius defunctio posita initio libri huius, connexi syllogismi secundi conclusionem demonstratur Analytici secundi capite secundo, vt illic dicitur: Nec Aristoteles tantùm exemplis coniunctorum syllogismorum, sed præceptis & regulis vtitur, vt suo tempore constabit. Quamobrem & exemplum demonstrationis huius, & alia deinceps plurima, demonstrationem hanc ipsam valdè vehemèterque reprehèdunt & refellunt: Vanitas verò & imperitia scholasticorum interpretum & græcorum & latinorum hîc valdè ridenda est, ignorantium ab Aristotele multa esse collecta de veteribus, non omnia iudicata & probata. Alij autem dicunt demonstrationem hanc de solis simplicibus syllogismis intelligendam esse: de coniunctis nil Aristotelem cogitasse: Perinde ac si de animalibus solos homines nosset Aristoteles, iure possit affirmare solos homines, animalia esse: & quod speciei vnius proprium sit, de toto genere prædicare. Gloriarî enim videtur hîc Aristoteles (sicut de tota Logica in epilogo Organi) syllogismorum doctrinam à se inuentam & perfectam esse: nullum esse syllogismum, nisi per has figuras. At falsò gloriatur: nam multi præterea sunt syllogismi, quibus etiam ipse frequenter vtitur, vt iam dixi, in his figuris nequaquam conclusi. Ergo qui sic excusant Aristotelem, simplicitatem summam demonstrant: logicum de quæstione iudicium nullum demonstrant: Alij verò paulò quidem subtiliores, qui viderunt,

u . n u  
g n antedec  
at n eq t r  
t n ubi r tur n r  
ttr itur

f. h. n. r. coll. r. a. J. a.  
veterab, p. d. om  
ul. r. a. t. t. p. r. o. b. a. t.

demonstrationem hanc sic excusari non posse, sed ta-  
 men non minùs irridendi. Syllogismos ostensiuos ab  
 Aristotele dicunt appellari, qui categorici postea dicti  
 sunt: & hypotheticos ab Aristotele dici, qui postea de-  
 scripti sunt in connexis & disiunctis modis conclusio-  
 num: & de his ab Aristotele pauca dici, quia hypothet-  
 tici per categoricos, id est ostensiuos perficiantur. At  
 hos magistros minima quædam & simplex affectio fo-  
 fellit: nec definitiones ostensiuæ & hypothetici, de qui-  
 bus hîc agitur, conferre potuerunt: Ostensiuus ambar  
 habet veras, vt capite tricesimo dicitur: hypotheticus  
 ex hypothesi partem sumit incertam: imò falsam ali-  
 quando pro vera & certa, sicut in ipsa mox litera de-  
 monstrabitur: nec hypothesis totis Analyticis signifi-  
 cat speciem collocationis diuersam, sed pactum, con-  
 ditionem, propositum, suppositum, vt ita dicam: quod  
 syllogismus ad impossibile planissimè declarat, qui spe-  
 cies appellatur hîc hypothetici syllogismi: Et tamen  
 eodem dispositionis genere per tres simplices figuras,  
 sicut ostensiuus, cõciuitur: tum obscurissimo illo Geo-  
 metriæ exemplo (quòd quadrati diameter sit asymme-  
 ter) satis apertè docetur, hypotheseos nomine nullam  
 syllogismi collocationem nouam significari. Manife-  
 stissimè verò capite decimo quarto secundi Analytici,  
 vbi tota differentia ostensiuæ & hypothetici amplissimè  
 tractatur: & vt in omnibus figuris ostensiuus, sic hypo-  
 theticus concludi dicitur. Nec certè syllogismus conne-  
 xus, hypotheticus est appellandus: nil enim supponit,  
 sed secundum connexionem & cõsecutionem affirmat  
 & constituit: nec quicquam paciscitur: meliusque pro-  
 positio illa *συνεχόμενη*, id est connexa (Si homo est, ani-  
 mal est) appellatur à recentioribus *συνεχὴς καὶ ἀκόλουθος*,  
 connexa & consequens, potiùs quàm *ὑποθετικὴ*. Quan-  
 obrem demonstratio ista non solùm obscuritate, sed fal-  
 sitate, vitiosa & reprehendenda est: nec omnis syllo-  
 gismus tribus expositis figuris concluditur, nec iis om-  
 nis medijs disponendi & collocandi via demonstratur.

ost  
 has habet veras.  
 Hypot pte us ex hypoat of  
 partem sumit incertam  
 imò falsa ala n pro  
 cõciuit

not  
 sic  
 of co  
 not  
 sic  
 of co

idenim esset, omnem syllogismi doctrinam tribus illis figuris contineri. Quare demonstratio hæc tollatur: ex hac tamen demonstratione teneatur, quod verissimum certissimumque est, vnam quandam syllogismorum esse doctrinam communem, generalem, vniuersalem, qua disputatio omnis concludatur: qua de propositionibus dubiis omnibus iudicatur: quæ denique in alias minutiones artes non dissecatur: Hoc inquam, præceptum catholicum teneatur, quamuis in Analyticis libris, non omnis syllogismi concludendi doctrina doceatur: attamen quæcunque est, communem & generalem esse, quæ subtilioribus artibus non exponatur: Et meminerimus ex Aristoteleæ Logicæ sententia, primò verè à nobis disputatum esse, quæstionum partitionem in Logica vanam esse, cum vna esset & communis omnium logica doctrina. Reliquis quatuor capitibus, sex axiomata de tribus figuris nugatoriè repetuntur: In omni figura terminus est quidam affirmatus & vniuersalis: quod in solis simplicibus & communibus verum est, in propriis falsum est: vbi nihil est vniuersale. Demonstratio hîc adhibetur per exemplum, quo quæstio nil demonstratur: Deinde ex Geometria petitur exemplum, obscuritate præterea hîc vitiosum, nec quicquam thesimum concludens: Hoc præceptum repetitur capite tricesimo quinto. Secundum est præceptum vniuersale ex omnibus vniuersalibus: speciale & sic & aliter: quod item in coniunctis syllogismis falsum est: Tertium, ambo vel alterum propositum simile complexioni: Quarto omnis syllogismus per tres terminos concluditur. Quòd si plures sint, syllogismi sunt plures: aut frustra sumpta erunt, nisi inductionis aut occultationis aut eiusmodi cuiuspiam gratiâ. Quintum, est syllogismi duas propositiones esse principales, non plures: Alioquin si ad probationem vel exornationem partium aliquid adderetur, prosyllogismus esset, non syllogismi pars: Vnde concluditur, omnis syllogismi terminos tres, propositiones duas, conclusionem vnam esse: cas-

R iij

omnis sibi qm dicit ma.  
 modus d' p' b' n' d' i.  
 collocandi uia  
 tur tribus s' j' r' 5  
 sup' r' a' i' s'

est vna quæda  
 morum doctrina: co  
 ms generalis et v  
 quænis in analyt  
 r' a' i' s'

si plures sint terminus  
 quam tres. casus p' r'  
 syllogismi, aut frustra:  
 p' a' i' s' r' t' i' s' r' i' s'  
 omnis aut occultatio  
 d' f' i' t' i' o.  
 p' r' o' b' a' t' i' o' n' e' m  
 p' r' o' b' a' t' i' o' n' e' m  
 p' r' o' b' a' t' i' o' n' e' m  
 p' r' o' b' a' t' i' o' n' e' m

que partes esse necessarias & principales . Sexto , Problema facile disputatu est, quod in pluribus figuris concluditur : difficilius disputatu , quod in paucioribus figuris . At ista facilitas aut difficultas oritur ex argumento, quod facile vel difficile sit inuentu , non è syllogismi specie & forma : quæ semel cognita , semper palmam est , nunquam inquirenda est . Talis ineptia octavo Topico tractatur : totaque illa sex capita nihil habent, nisi perissologiam inanem , & in Organici libri perpetuam . Quamobrem si quis tot obscuritatum & tenebrarum , ad simplicium syllogismorum generum obscurandam reptarum summam conficiat , nonne furoris simile videbitur, hominum laboriosus tantoperè id obrutum & obscuratum esse , quod patefactum fuisse & illustratum diuina quædam gloria fuerit? Aristotelis diligentiam & studium vehementer laudo & admiror: Aristoteleorum interpretum simplicitatem & imperitiam neque laudo , neque admiror . Aristoteles vt in physico opere, Physicorum, sic in logico quamuis non nominet, Logicorum veterum decreta omnia collegit, vt primo libro abundè docui : principia suæ philosophiæ propria posuit: materiam artis , formam artis definit, qua voluit artes & disciplinas institui . Interpretes omnia Aristotelis volumina , velut Apollinis alicuius oracula susceperunt , nullo loco iudicium adhibuerunt , an hæc Aristotelis principiis conuenirent : an Analyticæ artis ab Aristotele collectæ talis esset materia, talis etiam esset forma , qualem Aristoteles in vera & legitima doctrina & arte tum materiam , tum formam esse iubet . Cuiusnam itaque iudicij fuerit profiteri, experientiam & analysim , artis & disciplinæ cuiusuis parentem esse , & tamen in explicandis artium decretis, ad experientiam & analysim nunquam respicere ? Leges analyseos interpretari, analysim tamen earum nullam facere ? principia clarissima tractare , & definitiones ex generibus differentiisque conficiendas docere, & tamen ad eas quasi demonstrandum , infinitas tenebras

faciliter facit,  
 c + ff multa cof  
 lio m oritu  
 into qu  
 + ff - l sit. In



bras temerè congregatas nõ videre? Obscuritatis causæ nonaginta fuerunt ante figuras: in figuris, variorum propositorum mille octingentæ: In sex postremis capitibus nescio quot item accumulatae, vt duo propè milia tenebrarum ad obscurandum simplicium syllogismorum genisim coaceruata videantur. Quale tandem interpretum iudicium hoc esse credideris? Vitæ & humanitatis gratiâ Logicam & faciliè doceri, & promptè isti conueniebat: At istis tenebris, Logicæ scientia, Logicæ vsus perditur. Quamobrem Aristotelicum & Analyticum me fore initio professus sum, & hîc rursus adhuc profiteor. Aristotelis vera principia, vera doctrina, analysis propositionis, syllogismi, methodi, nos adhuc docuit syllogismos non esse per se & sua natura, sed harum tenebrarum nubibus obscuros: Tenebras igitur abigamus, lucem definitionum, partitionum, exemplorum reducamus: Aristotelica principia de materia artis, de forma artis, item experientiam, sensum, analysim, vsum sequamur: nec logicum quicquam, nisi analyticum probemus: hæc logicæ facultatis anima est: denique ad vsum vitæ, veram & vtilem doctrinam ex Analytico primo excerptamus. Tres sunt simplicium syllogismorum species, neque tamen hæc omnino: De syllogismis enim, qui fiunt è propriis enunciatis, nihil præcipitur: Has igitur species excerptamus & illustremus.

## DE COPIA PROPOSITIONVM,

*pars secunda.*

Genesis syllogismorum qualis esset in hoc Analytico retexuimus, inuentio secundo loco sequitur breuiùs comprehensa. Quatuor capita hîc tantùm sunt: Inuentio verò, sicuti diximus, præcedere debebat: prior enim est naturâ: quæstio enim ad vsum syllogismi primùm ponitur, deinde quæritur argumentum, id est medium, quod hîc appellatur: postremò medium, cum problema

R iij

mate

d. e. propi. tenebrarum  
 hinc: conu. ab a.  
 ad obscurandum imp  
 syllog. suorum genisim.

in intro co forti  
 y lo ymo procc  
 prior  
 aut  
 utro d. sum lo i  
 p. om t. x. d. id  
 ar. unotum quæst tu  
 quæst. y = y o  
 modi ap. t  
 que modi tandem  
 no p. b. const. res  
 ratione dyponitru

mate certa ratione disponitur: Ergo præcedere debuerat inuentio medij. Appellat verò magister hîc media, syllogismi principia, & facultatem faciendi syllogismum. Argumentum siquidem, principium est, ex quo facultas & materia est syllogismi. Verumenimverò meminimus & hîc Aruerni montis illius, & in eo solis illustris, vnde arbores & campi tam clarè cernebantur. Inuentio explicatur: qua tandem re, clara & perspicua esse potuit? Definitionibus, partitionibus, exemplis. Si definiretur inuentio, doctrina inueniendi argumenti, vel medij: argumentorum genera deinde, generumque species explicarentur definitionibus, exemplis: Quid hîc horum actum est? nihil, sed nubes interposita, quæ spectantis oculos turbaret: hanc igitur nubem diuidamus & dissipemus. Quatuor igitur proximis capitibus, Logicæ inuentionis loci quinque attinguntur, effecta, adiuncta, opposita, diuisio, definitio: oppositorum (quæ *ἐναντία καὶ ἕτερα*, contraria & diuersa seu repugnantia dicuntur proximo capite) & diuisionis locus omnino reiicitur & damnatur: definitionis nomen attingitur tantum: locus effectorum & adiunctorum, nomine proprii & accidentis confunditur, totaque inuentionis ratio in antecedentium & consequentium locum tandem includitur: eaque inuentio primùm communiter, deinde in singulis figuris propriè docetur: Partitio primo loco singularis adhibetur ad inueniendum. Monuimus in Porphyrio & Categoriis, quàm ineptè inuentio Logica ad categoricum commentum relata esset: quàmque inconstanter esset diuisa, ratione categorematis, modò in partes sex, vt in Porphyrio in indiuiduum, genus, speciem, differentiam, proprium, accidens: modò in decem, vt in Categoriis in substantiam, quantitatem, qualitatem, agere, pati, vbi, quando, situm esse, habere: Tertius hic demum locus est, quo diuiditur inuentio in partes tres eodem scholastico illo categorici sermonis commento: Omnium sanè quæ sunt, alia de nullo dicuntur, nisi secundum accidens, & alia de aliis dicuntur: Sed

cy  
no facult  
dicitur  
r um  
y syllogism

of  
t ar' Aristotle  
d r a fact  
di ar unond

a  
ia. ca  
g  
pa  
diu. fa.  
ta. a.

ffectoru et ad p'rtes  
no " pr pr et  
l'ubus b' j'rtotele  
af "

n  
cub o, f p as d  
on ant  
o. auo lo ro

Sed de ipsis nulla nisi secundum opinionem, alia de aliis dicuntur, & de ipsis alia. Primi generis exemplum est, Cleon, Callias, Socrates, & singularia ac sensilia: tertij, homo, qui de Socrate dicitur, cum etiam de homine animal: Secundi generis exemplum nullum ponitur: Categorias tamen opinor intelligi, & illa quæ dicta sunt summa decem genera: singularia verò & summa relinquuntur: intermedia retinentur, quia ferè ratiocinationes & considerationes sunt maximè de iis, ait magister. Hæc bella & prima est & valdè categorica inuentionis Logicæ partitio: infimorum, mediolorum, summorum Categoria quædam hîc spectata est: sic enim Porphyrius Categoriam instituit: quo ordine hic magister existimat de summo, nisi secundum opinionem, & de infimo, nisi per accidens, argumentum nunquam ferè sumi: Frequentissimè verò ex his quæ sunt in medio: vnde videlicet argumentum, medium in logicis libris nominatim alicui videatur: quod propriè dicitur aliàs ab Aristotele ratio, fides, probatio, argumentum. Verùm huius inuentionis author labitur, tum quòd nobis illum Categoriarum ordinem proponit, vnde argumenta sumamus: (quanta enim illic esset inanitas, antea diximus) tum quòd Categoriarum suarum caput & pedes amputat, ventrem solum retinet: id est media sola ad disputandum relinquit, extrema tollit: Animus enim differens non peragrat inanes Categoriarum, vt antea docui, latebras, quæ dialecticæ inuentionis ferè nihil habent, sed causas, facta, subiecta, adiuncta, opposita, comparata, coniugata, partes, definitiones, testimonia considerat: quæ genera argumentorum omnibus Categoriarum & generaliora sunt, & modis omnibus ad differendum clariora & promptiora. Quòd autem ex infimo & supremo Categoriarum loco putat hic author argumenta aut nonnunquam, aut rarò sumi, tam falsum est, quàm qui diceret in sola prima figura syllogismos fieri, nullos in secunda vel tertia. Nam vt medium illud, locum habet proprium in prima figura, sic summum in secunda,

*categorye ab aristotele  
tr itac d l'eticæ  
en e frimis fieri m  
absent: q' a anim  
d s' h' no p ag  
ta, subiecta  
p' e' eorum uce eam  
p' e' e' q' m on  
cat ori m m r  
fuit e' q's  
et e' et p' p' r' r'*

cunda, & infimum in tertia tenere potest, & frequenter solet: & tam ridiculum sit dicere è summo & infimo nullum argumentum sumi, quàm qui diceret è partibus & toto argumenta nulla sumi. De principio aliquo si dubitatio sit, monent Analytica, illustrandum & affirmandum esse singularium partium inductione. Ergo iudicio tuo ô Analytice magister, singularia illa, quæ tu reicis, sæpe argumenta erunt: quoniam iudicio tuo frequens est inductio, quæ syllogismo concludi potest, vt postea docebis: appellas in probandis figuris expositionem: & ad syllogismos demonstrandum, tanquam principiū adhibes, qui exemplo rei familiaris efficitur:

Vt, *Socrates est substantia:*

*Socrates est homo:*

*Ergo quidam homo est substantia.*

si L. n. n. n. Ar  
 frequa s. n. logi  
 ad. et cur. quæstio  
 ma. et t. a. genus  
 r. au. uny. p. r. os  
 guta. abent. e.  
 u. r. f. g. n. s. ad  
 # c. f. m. f. u. o. n.  
 co. fo. t.

Tuo igitur iudicio singularia argumenta vsu habebunt: quin Logicæ quotidianus ferè vsus est in singularibus & propriis exemplis, vt dixi. Quid verò substantia, & in Categoriis nouem summa reliqua genera rorò argumenta erunt? An non vt ad tractandum genus, species singulares adhibentur, sic vniuersum genus ad explicandum speciem solet adhiberi? Qualis enim est hic syllogismus?

*Nulla substantia, est accidens:*

*Omne animal, est substantia:*

*Nullum igitur animal, est accidens.*

An non est hic ad præscriptam legem syllogismus? an non licet mille similes rationes ex summis illis generibus concludere? Quare primi capituli huius nobilis hæc ingressio, sophistica dupliciter & fallax est: & quod inuentionem argumenti ad Categorias reuocat, quæ dialecticæ inuentionis nihil ferè sunt, & quod docet argumenta media eiusmodi esse. Ex his igitur categoriis mediis monemur deinceps definitiones, propria, consequentia, antecedentia, opposita quærere: Definitio autem & opposita, vera genera sunt argumentorum: proprietates ex adiunctis rebus est, vt antea in Porphyrium

D. t. u. et opp. sita  
 r. g. u. l. a. f. o. r. m.  
 u. i. e. t. q. u. e. d. f. u. n. d. a. t. u. s.  
 s. e. s. t.

phyrum docui: Antecedentium & consequentium nomine, omnia argumentorum genera, exceptis oppositis, continentur, sed sine distinctione: & quicquid tamen continetur in ea antecedentium & consequentium confusione, definite & partite causis, factis, subiectis, adiunctis, comparatis, coniugatis, tributionibus, finitionibus, testimoniis distinguitur. Quare res teneatur, rei confusio tollatur. Quod autem Aristoteles hinc opposita, & quæ rei non possunt inesse, reiicit, permirum est, cum nullus argumenti cuiusquam locus tam multis libris ab eo descriptus & propositus sit: in Categoriis enim & Interpretatione, & Analyticis, & Topicis, & Philosophia describitur & proponitur: & multos negantes syllogismos Aristoteles docuit, in quibus omnibus argumentum oppositum sit ei parti (in qua negatur) necesse est: oppositum inquam, aut certè quod vera negatione distinguitur: Imò verò, quod vehementer admirare, Aristoteles ipse proximo capite, hoc argumentum in propriis singularum figurarum mediis adhibebit. Quod si dicas reiici oppositum, quia non fiat syllogismus ex argumento utriusque quæstionis parti contrario: certè inquam, neque fit semper in secunda & tertia figura ex argumento semper antecedente vel consequente: nam ubi complexio negatur, etiam argumentum alteri parti quæstionis repugnat. Quare oppositorum locus non satis iusta ratione damnatur. Agè verò, conquesti sumus, in Organo logico nil avertè definiri, nil acutè diuidi: refellimur hoc loco: facta est elegans prima illa partitio inuentionis Logicæ in definitionem, proprium, antecedens, consequens, oppositum: oppositum reiectum est: quatuor genera supersunt, definitio, proprium, antecedens, consequens: deinde antecedens & consequens subtiliùs diuiduntur bifariam, quod dicitur in quid, vel ut proprium, vel ut accidens: deinde antecedens & consequens iterùm diuiditur, quòd secundum opinionem & veritatem. Obscurus & tenebricosus est hinc doctor: hoc nõ reprehendo solum, intel-

ligo

A hoc dicitur  
 uti unum  
 no unum  
 r his opp  
 entur: na in defi  
 et partite causis fact  
 (ub est) ety d  
 u

ligo quid obruat: consilium & mentem perpendo: Antecedentia consequentiâque diuidit duobus modis: primò trifariâ. Verùm quænam est ista confusio? Antea iussi sumus videre definitiones, propria, antecedentia, consequentia: vt distincta opinor, & diuersa argumentorum genera: nunc verò definitiones, quæ dicuntur in eo quod quid est, & vt propria, partes fiunt antecedentium & consequentium: nunc propria, quæ secundo loco à consequentibus distinguebantur, partes item fiunt consequentium: Secunda diuisio est antecedentium consequentiûmque, quædam secundum opinionem, quædam secundum veritatem Quid ista diuisio? nõnne omnibus argumentis non consequentibus modò, sed antecedentibus, sed oppositis potest tribui? Perge, subtilitas diuisionis alia sequitur: Antecedentia consequentiâque generaliter aut specialiter antecedunt & consequuntur: illa sumenda, hæc omittenda. Error est initio reprehensus: fit enim syllogismus non solum ex specialibus, sed proprijs & singularibus, vt diximus: Ratio autem huius præcepti fatua planè est, quòd incertum, an sit propositio vniuersalis. At rhetoricus tropus est, synecdoche, cuius vsus nos docet quando generale nomen generaliter aut specialiter intelligendum: Infinita intelligentia nulla est, neque logicum hîc quicquã. Omnium artium propositiones sunt infinitæ: Grammatica, est ars rectè loquendi: Rhetorica, bene dicendi: Logica, bene differendi: Arithmetica, rectè numerandi. Nec additur (omnis) generaliter tamen intelligitur. De Catilina loquitur Cicero, nomine tamen generali vtitur: Sine dubio perdidimus hominem, ait. Atque omnino, vt dixi, synecdoche nos id docet. Multa sunt eiusmodi in Organo logico, quæ Aristotelem in omnibus magnis artibus, non in rhetoricis tantum versatum, arguunt harum nugarum authorem non esse, sed aliquem Aristotelicæ doctrinæ imperitum æmulum, & ignarum sophistem. Atque etiam consequentia rursus diuiduntur in propria & communia, vt illa sumantur, hæc relinquantur. Videmus no-

et tropu v  
s a dac  
du no  
ale /

ta sunt in or ano  
a egum + ar. protel  
9 bus in yni ut b;  
/ tang tab garum  
in or ano ut an  
no ac ed alin  
cutum;

uam partiendi laudem : Consequens & proprium inter prima ferè genera mediorum fuerunt : nunc proprium, efficitur species consequentis. Additur postremò consequens, quod frequenter accidat, sumendum : reiiciendum tamen, quod est omnibus consequens: Ratione videlicet eadem, qua summa genera reiecta sunt : tametsi paulò post constanter præcipitur, ut quàm maximè generaliter sequentia quærantur. Verùm quid causæ, quæ mobrem maximè generale, vt scholæ nostræ loquuntur, transcendens repudietur ? An ex eo nullus syllogismus fieri potest ? Quid si sic ratiocinemur ?

*Omnis res Deo nota est:*

*Omnis Logica, res est quædam:*

*Omnis igitur Logica Deo nota est.*

An nullus hîc syllogismus ? an non licet tales infinitos ex maximè cõmunibus, syllogismos facere ? Hactenus cõmunis abundantia propositionũ est, qua docti sumus, cùm erit aliquod problema positum, inquirere non infima, non suprema, sed media, vt definitiones, vt propria, vt antecedentia, vt consequentia : imò verò solùm antecedentia & consequentia, eaque in quid & propria & accidentia: eaque rursus generalia non specialia, nec tamen generalissima : atque itidem propria, non communia aut frequentia, non rara : Tota denique facultas inuentionis in duobus antecedentiũ & cõsequentium locis, nobis posita, ne queramus perpetuò difficilè esse hũc doctorè: an facilius esse potuit ? Duos nobis inuentionis locos tantùm proponit, ex antecedentibus & consequentibus, ne nos videlicet argumentorũ & locorũ multitudo obrueret: ex antecedentibus enim & cõsequentibus postea cõcludet, omnes syllogismos fieri. Sed inuenticio communis adhuc fuit, propria singularũ figurarũ iam sequitur, in qua non speciales causarum, factorũ, subiectorũ, adiunctorum, oppositorũ, & reliquorum argumentorũ loci tradentur : imò verò meræ nugæ tradentur : repetentur syllogismorum definitiones, antea falsò medijs in vnaquaque figura attributz. Quadruplex est problema, generale,

tales b.  
cont r us

D v solo in fieri  
locis proponit aristo  
tales e auter d  
et conf entibz

2 ad p. 107  
 ab ar. 107  
 gen. 107  
 aff. r. 107  
 i. 107  
 p. 107  
 s. 107  
 n. 107

nerale, speciale, affirmatum, negatum: Quatuor igitur  
 regulæ ponuntur ad inueniendum medium, quo hæc  
 problemata syllogismo concludantur. Problematis au-  
 tem termini duo sunt, maior & minor, vt sæpe iam di-  
 ctum est: Itaque ex terminorum antecedentibus & con-  
 sequentibus & oppositis, quatuor regulæ texuntur ad  
 ea quatuor problemata concludendum, quæ paulò faci-  
 liùs quàm in litera dicantur, exprimam. Prima est, Pro-  
 blema generaliter affirmatum, concluditur medio an-  
 tecedente maius extremum, consequente minus. Se-  
 cunda est, Problema specialiter affirmatum, concludi-  
 tur medio antecedente vtrunque terminum. Tertia est,  
 Problema generaliter negatum, medio alterum termi-  
 num sequente, alteri opposito concluditur. Quarta est,  
 Problema specialiter negatum, cõcluditur medio, quod  
 oppositum sit maiori termino, minorem consequatur.  
 Quatuor hæc sunt definitiones syllogismorù: 1. enim in  
 primi modi primæ figuræ definitionē incidit, 2. in tripli-  
 cem definitionē triplicis modi affirmati in tertia figuræ:  
 3. in primi modi & secundi secundæ figuræ: 4. in quarti  
 modi primæ figuræ, & tertij secundæ. Ita syllogismorum  
 definitiones pro argumentorù inuentione, rudibus & im-  
 peritis obtruduntur: eadē planè sapientia, qua mediū in  
 figuris definitū est: Inuētio per iudiciū scilicet explica-  
 tur. Tanta Logicæ his in libris cõfusio est & cõturbatio,  
 tamque Aristotelicæ methodi legibus damnata. Sed ta-  
 men in tanta perissologia valdè rudis est doctor noster.  
 Has definitiones syllogismorum, regulas mediõrum &  
 argumentorum inueniendorum fecerit, vt facit: attam-  
 en pluribus modis concludi tria problemata postre-  
 ma poterunt: specialis enim affirmatio, prima etiam fi-  
 gura, & specialis negatio, secunda tertiãque concludi  
 potest. Valdè inquam, rudis: nec in vera Logica quic-  
 quam sentit. Quid tenebras capitis huius reliquas rete-  
 xam? Definitiones syllogismorum, vnde regulæ istæ col-  
 lectæ sunt, antea tenebris demonstrationum inuolutæ  
 fuerunt, vt diximus: hîc tamē rursus yana ingenij osten-  
 tatione;

hlog. 107  
 nos. 107  
 p. 107  
 s. 107  
 n. 107



tatione, modi iterum vitiosi colliguntur. Perissologia, licet infinitè Aristoteli damnata, atque hîc vniuersæ caliginis fons effunditur. Neque id vulgò dissimulatur: In Interpretatione de nobili modificatorum quæstione dictum illud vrbatum in scholis peruulgatum prædiximus, *De modalibus non gustabit asinus*: At hîc pontem esse asinorum, scholarum nostrarum doctores & interpretes Organi logici prædicât. Figuram quadratam instituunt varijs triangulis incisam, quibus syllogismi recti & vitiosi notantur: quam qui retexere non possit, asinus habetur: pons ea scilicet virtute, vt asinorum pedibus cõculari se nõ patiatur. At bone Deus, pontis huius sublicij videlicet, quales sunt sublicæ? Etenim quoniã hic magister, inuentionis Logicæ architectus esse voluit, quid? nõne definitionibus, partitionibus, exẽplis argumentorum & mediõrũ, quæ inueniẽda sunt, totam doctrinã architectari & fabricari debuit? causas, facta, subiecta, adiuncta, opposita, cõparata, cõiugata, partes, definitiones, testimonia, quoniã hæc Aristoteli vera media sunt & argumenta, interpretari? Ad hanc enim exedificandã inuentionis artem, illa materies, hæc sublicæ fuerunt: has manu atque opere & aperta methodi architectura machinari debuit. At toto isto capite nil nisi perissologia, & obscuritas doctrinæ inanissima est: Et appellantur asini, qui mysteria hîc occulta non videant? Asinos scilicet multos fuisse necesse est, si asinos esse necesse est, qui Logicam inuentionem hîc non videant, quæ omnino nulla est: nec vllis igitur oculis videri potest. Enimuerò fabulam ab histrionibus agi solitam, huius argumenti simillimam spectasse me commemini: Vano cuidam & simplici Thrasoni pannus à nebulone sartore describitur percommodus, sed eo colore præditus, vt à nothis & spurijis cõspici non possit: Itaque Thraso cupidus emendi, pannum sibi proponi iubet: nebulo protinùs tâquam multarum vlnarum molem profert: expassis palmis, vt mercatores hîc assolent, licia diducit, speciem miratur, emptori suo prædicat & ostentat: Hîc Thraso vanus, adulterij

hîc est pon asinus  
ut in scholis dicitur  
et dicitur.

ad fabr eandem p n  
inur quales  
vca et  
trea fuit ut 7

adulterij materni suspicione protinùs tactus est: cōfite-  
 ri tamen pudor vetat: itaque pannum, quem nullum vi-  
 det, qui nullus etiam est, se videre & admirari dicit, &  
 emit, vestémque sibi sarciri iubet. Hic sartor exultare  
 gaudio & triumphare incipit: pānum diuidit, diuisionis  
 frigidorem miris modis imitatur, vestémque hoc egre-  
 gio inuisi inuisibilisque, vt ita dicam, coloris pāno con-  
 sarcit: pretiū denique accipit & addicit. Hæc (mihi cre-  
 dite) pontis asinarij fabula est, in nobis scilicet idiotis  
 iam veritas & historia, non fabula: Persuadetur nobis,  
 inuentionis doctrinam mirabilem quandam & singu-  
 larem hîc esse, sed ab asinis conspici non posse: Credi-  
 mus: (quid enim philosopho tot ætatum seculorūque  
 iudicijs approbato non credamus?) non videmus tamē,  
 nec omnino videre, quod nihil est, possumus: ne tamen  
 asini videamur, laudamus, admiramur, emimus pretio  
 non solū pecuniæ, cuius iactura tolerari poterat, sed  
 temporis & vitæ, cuius detrimentū, nullo pecuniæ pre-  
 tio compensari potest. Quamobrem vera summæque  
 Aristotelis principia materiam veræ artis, formam veræ  
 artis cum his nugis comparemus: omnia hîc contraria  
 reperiemus: Analysim Aristotelicam adhibeamus: in-  
 numerabilia præstantium authorum monumenta sunt,  
 omnis doctrinæ, omnisque sapientiæ plena: ad eorum  
 igitur inuentionem retexendum, cognoscendum, imi-  
 tandum, quid asinarius iste pons proderit? Adhibeamus  
 in Virgilio, Homero, Cicerone, Demosthene, Platone,  
 Aristotele: in mathematicis, in legibus, in theologia,  
 quid nobis explicabit? Tum verò cū Analyticum ni-  
 hil esse viderimus, ad alterum exercitationis genus cō-  
 uertamur. Aristoteles Logicam viua voce tam multis  
 scriptis exercuit: experiamur igitur (seu dicere, seu scri-  
 bere meditemur) quid his inuentionis artibus possimus  
 adiuuari: nec Sepias diutiùs imitemur: Vt enim pisces  
 illi cū se peti à piscatoribus senserint, effuso atramen-  
 to, quod illis est pro sanguine, infuscata aqua abscon-  
 dunt se, & piscatoribus iter veluti sepiunt atque inter-  
 cludunt:

u. nat. est. v. d.  
 us. et. v. d. e. e.  
 p. mus. q. et. r.  
 doctrina. h. et. c. f. /  
 inuentionem.

P. a. in. i. s.  
 a. t. e. y. d. e. n. o.  
 u. l. a. n. g. i. m. t. d. a. n. g. /  
 t. o. h. o. s. u. m. o. u. t.  
 p. o. n. t. i. u. s. p. e. r. d. e. s. t.

cludunt: Nec sic videlicet cum veritate, cum luce, cum  
 firma constantique ratione vrgeamur & cōstringamur:  
 vel contorta aliqua & obscurata distinctione stultitiam  
 nostram teneamus: ac si nubem distinctionis aliquam  
 contradicentibus opposuerimus, præclare nos philoso-  
 phatos arbitremur. Etenim turbida ista aqua residebit  
 aliquando, nec perpetuò conqueremur, quod Persius  
 de inertibus discipulis,

*Nigra quòd infusa vaneſcat Sepia lympha.*

Opinionum enim commenta delet dies, naturæ iu-  
 dicia confirmat. Malitiosi & improbi animi est errore  
 delectari, lucem odisse, tenebras conſectari, publicis  
 malis gaudere, honesta studia remorari. Quod cūm  
 quidam tam pertinaciter faciant, considerent secum  
 quàm principijs Aristotelis cōgruentius, quàm sibi mo-  
 destius, quàm publicis studiis vtilius fuerit confiteri ne-  
 ſcire se quid dicant, quàm ista tam temerè effutientes,  
 sibi primūm, denique bonis adolescentibus tam mise-  
 ram, tamque perniciosam calamitatem parare: Sed cō-  
 questionis huius dolore sæpe longius euehor, quàm pu-  
 taram. Sicut exposita geneti disputatum est, eius doctri-  
 na syllogismos omnes concludi, sic exposita mediorum,  
 & propositionum inuentione, differitur omnia proble-  
 mata, omnesque syllogismos ostensiuos, hypotheticos  
 vel ex absolutis necessariis contingentibus, denique cu-  
 iusvis generis perfici. Idque ita demonstratur: Manife-  
 stum igitur ex dictis, quòd non solūm accidit hac ratio-  
 ne & via omnes syllogismos fieri, sed etiam quòd alia  
 impossibile sit: Demonstratum enim est, omnem syllo-  
 gismum per aliquam expositarum figurarum fieri: Has  
 verò non accidit per alia constitui, quàm per consequē-  
 tia & antecedentia: Ex iis enim propositio & medij  
 sumptio. Quare nec syllogismum possibile est fieri per  
 alia. Via igitur de omnibus vna, & circa philosophiam  
 & quàmuis artem & disciplinam. Quapropter in omni  
 problemate hæc erunt inuenienda secundum veritatem  
 quidem, quæ etiam secundum veritatem insint: ad dia-

S

lecticos

lecticos autem syllogismos ex probabilibus propositionibus. Hæc inquam, disputatio est, antecedentium & consequentium argumento, omnes disputationes & philosophicas & dialecticas effici. Disputationis clarior conclusio sic est:

*Omnis figura efficitur antecedentibus & consequentibus.*

*Omnis syllogismus aliqua efficitur figura.*

*Omnis igitur syllogismus efficitur antecedentibus & consequentibus.*

Huius tamen demonstrationis propositio non satis vera est: medium enim & argumentum in omnibus negatis syllogismis alteri extremo opponitur, sicut Aristoteles etiam in his capitibus loquitur. Assumptio planè falsa, sicut antea docui, quia syllogismi & proprii & cōiuncti (connexos & disiunctos dico) non perficiantur tribus expositis figuris: Et interpretum vanitas illa, de qua iam dixi, hoc capite tricesimo, etiã testimonio Aristotelis apertè refellitur: cùm differentiam docet syllogismi ostensui & hypothetici: quòd ille proposita duo vera habeat, hic alterum falsum, vt ad impossibile dicitur: ideòque mendacij syllogismus appellatur: aut certe pro certo & indubitato, quod incertum tamen sit & dubium, secundum assumptionem, sicuti & Mathematici postulare solent & assumere: & qualitatem quandam, quam demonstratam non habent, concedere, vnde demonstrationes suas efficiunt. Aliquando cùm species plures sint, vna tamen probata, ex hypothesi concluditur genus. Principia syllogismorum generaliter quidem dicta sunt quemadmodum se habeant, & quomodo sint indaganda & inuestiganda: hic media & argumenta rursus appellantur principia syllogismorum: & eorum inuentio aptè venationis cuiusdam, (tamen ea hic nulla instructa est) indagatiōi cōparatur. Atque hic, quod in genesi monui, non est omittendum: Vna genesis est communis & generalis & vniuersalis, nec in minores artes secanda: Cuius doctrina quanuis in his libris imperfecta sit, est tamen per se quædam vna. Sic inuentio

vna est generalis, communis, vniuersalis, nec pluribus artibus minutiùs discerpenda: Communis inquam, omnium disputationum necessariarù verissimilium, vt hìc docetur: verèque à nobis est libro secundo, & ex Aristotelicæ Logicæ sententia disputatum, quæstionum partitionem esse vanam, quia cõmunis esset Logica omnium quæstionum: Logica doctoris huius cõmunem omnium problematum genesis docere voluit, nunc cõmunem inuentione docere vult, & communia principia seu media. Propria verò in vnaquaque arte plurima sunt, ait hic author: Singulares enim artes, inuentiones quædam sunt singulares, vt secundo libro docuimus. Hìc memòto syllogismorum principia in argumētis & mediis statui: ideòque horum principiorum doctrinam, doctrinam syllogismi ex illis principiis compositi priorem & antiquiorem esse: quod idè magis apertè dicitur capite tricesimo primo: hic enim locus est accuratè considerandus. Disputavi iam sæpiùs Analytico primo nullam logicæ inuentionis doctrinam tradi: id verò ipsum iam videtur hìc nobis ab Analytici operis authore dici. Generaliter igitur quomodo propositiones assumendæ sunt, dictum ferè est: accuratè verò diligētèrque in dialectica institutione tradidimus. Hæc verba doctoris sunt, quibus significat Topica Analyticis non solùm priora esse, sed in us antecedentium & consequentium, vnde syllogismi cõtexitantur, genera specièsque describi: vt inuètio ex Topicis cognoscèda sit, cognitæque ad syllogismi genesis afferenda: Nec in Topicis inuètio syllogismi dialectici propria docetur, cùm omnium syllogismorum cõmunia media illinc nobis petenda esse iam dicantur. Hæc inquam, ostensiu & hypothetici differentia cùm talis describatur, & doceatur, ostensiuum, hypotheticũ, & omnino omnem syllogismum tribus figuris, duobus antecedentiũ & consequentiũ locis absolui, planissimè docetur hypotheticos syllogismos, hìc nominatos simplices syllogismos esse, nō eos qui coniuncta argumēti dispositione, connexa vel disiuncta propositione cõcluduntur.

in  
pccu + partit  
ar Ast ta ab  
ma ro ana  
ho ra  
s m

et m d r  
r f doctrina dugi m

P

S p

duntur. Locus verò vnus est in hac disputatione, capite eodem diligenter animaduertendus, iam sæpius à nobis citatus: Principia itaque vniuscuiusque rei constituere, est experiētiae & vsus: sic ἀστρολογικὴ ἐμπειρία, id est astrologica experientia, astrologicae scientiae principium est: similiter reliquarum omnium artium & disciplinarum experientia, ipsarum principium est. Itaque si vsu præcepta sunt & experimento cognita, quæ sunt in rebus, licebit hinc sanè demonstraciones facile promptèque exprimere: Etenim si nihil κατὰ τὴν ἰστορίαν, inquisitionem obseruationemque omissum sit eorū, quæ certò ac verè rebus insunt, facile cuiusuis rei demonstrationem comperiemus. Sic inquam, locus non negligenter legendus, sed diligenter attentèque cognoscendus. Procreatrix & parens omnium artium ἐμπειρία καὶ ἰστορία est: verissimè dictum est: sed infinitarum tenebrarum totis Analyticis cumulatarū nulla procreatrix est ἐμπειρία, nulla ἰστορία: ab vsu vitæ & humanitatis nullo, à prudentiæ ratione nulla profectæ sunt: ad nullū vitæ & humanitatis vsum, ad nullā prudentiæ rationem referri possunt: tollantur igitur. Ac si quæras quomodo his sublatis, syllogismi genesis, medij inuētio explicari & demonstrari possint, tibi respondebit huius admonitionis veritas, Si κατὰ τὴν ἰστορίαν singula verè deprehēderis, hinc demonstraciones efficies. Principia definitionū, partitionū, si quare vera sint, addubites, ad ἐμπειρίαν καὶ ἰστορίαν recurra: aliter non ostendā: nec aliter ostendi principia debent, vt verè posterioribus Analyticis postea dicitur: Ex principiis autē per ἐμπειρίαν καὶ ἰστορίαν collectis cætera deinceps ostendenda & explicanda sunt. Hoc vniuersæ disputationis & animaduersionis meæ Aristotelicum principium est aduersus Organi Logici tenebras: Principium verū, principium certum, principium toto Organo, Aristotelis doctrina dignissimum: Hæc enim præcipua est Aristotelis heresis contra Platonem: principia cognitionis nostræ posita esse in sensibus: principia artium, inductione sensibilibium & singularium rerū colligi: nihil denique in intellectu

vb

ly

c

non  
 t  
 ad  
 vni  
 aut  
 or  
 vni

intellectu esse, quod in sensu prius non fuerit: quod *ἐν τῷ*  
*ἐμπειρίᾳ καὶ ἰστορίᾳ* non fuerit. Utinam literis aureis, at-  
 que amplis & illustribus, pro foribus scholarum omniū,  
 vel potius firma & stabili intelligentia memoriāque in  
 mentibus magistrorum, duo ista verba essent inscripta  
 & impressa, *ἐμπειρία, ἰστορία*: ut quoties ea legerēt & me-  
 minissent, omnium verorum dogmatum causam atque  
 originem legerent ac meminissent, quæ præcepti origi-  
 nem veram demonstrarent, quæ præcepti vsum certum  
 declarent. Sed hîc fortassis amore & desiderio tantæ ver-  
 itatis diutiùs immoror: reliqua est capite tricesimo se-  
 cundo per genera diuisio, quam magister particulam  
 quandam facit huius doctrine: & rectè facit: est enim la-  
 tissimus diuisiois vsus, nō solùm cùm genera, sed quæ-  
 uis omnino totius partes diuiduntur: & antecedentia  
 consequentiāque, quæ mediij instrumenta communia hîc  
 facta sunt, ex diuisiois loco permulta sunt: ut genera,  
 species, totum, partes. Sed hic idem magister diuisio-  
 nem facit infirmum syllogismum vel asyllogistum, ut secūdi  
 Posteriorum capite quinto, quia quod oportet monstra-  
 re, petit: in eoque omnes superiores, ignorantia arguit:  
 quòd in ea neque petitionem principij, neque syllogis-  
 mum infirmum viderint, sed præceperint per eam, de  
 essentia demonstrationem fieri, rerumque definitiones  
 inquiri. Hîc imprimis Plato videlicet arguitur, qui hoc  
 argumenti genere definienda essentia rerum sæpe phi-  
 losophatur. At in utroque videtur ipse reprehensor, po-  
 tiùs ignorationis arguendus: nec enim diuisiois omnis  
 est vsus, ut ex specie genus: sed maior etiam, ut ex gene-  
 re species concludatur: imò etiam definiatur, ut poste-  
 rioris Analyseos secundo docetur. Ita quod in princi-  
 pio est, hoc argumēto non petitur, etiam si absolutè de-  
 monstrationis genus quærat, quo tamen ipse magi-  
 ster in tot demonstrationibus, quas appellat, nusquam  
 est vsus. Si verò demonstratio pro quouis syllogismo  
 ex veris verum concludente intelligatur, petitio prin-  
 cipij nulla est, cùm ex specie concluditur genus: Veritas  
 S iij enim

enim speciei mihi notior esse potest in aliqua re, quam generis: & demonstratio (quia est) à magistro ipso postea dicitur: imò nominatim nullam hîc esse principij petitionem, Analyseos posterioris secundo dicitur: Et valdè ridiculum est, non solùm falsum huius doctoris argumentum: Omnis demonstrationis ait, medium est minus primo in diuisione: Medium nō est minus: Non igitur demonstratio. O vanum doctorem & suæ doctrinæ imperitum & immemorē! Docet enim magister in posterioribus Analyticis, omnem demonstrationem ex causa propria esse, nec ideo medium esse minus primo. Hîc contra Platonem contrarium sibi permittit & concedit: Deinde verò spectemus infirmū in diuisione syllogismum, quem Plato, & omnes ante hunc magistrum ignorauerint: Videamus quomodo diuisio sit asyllogistos: quod exēplum asyllogistum edatur: Hîc enim neque principium petitur, neque syllogismus est infirmus, sed syllogismus constans & ratus. Problema est primi exempli de substantia & quadam definitione, nempe, Quid est homo? Medium sumitur ex diuisione generis in suas differentias: & ita syllogismo concluditur, neque petitur principium: Primus est syllogismus,

*Omne animal est mortale aut immortale;*

*Omnis homo animal est:*

*Omnis homo igitur mortalis est aut immortalis.*

Hic syllogismus est primæ figuræ: Nec interest quòd propositio, coniuncta enuntiatio est: neque enim syllogismi simplices dicuntur aut coniuncti ab enuntiatione simplici aut coniuncta, sed à dispositione, vt in nostra Dialectica diximus. Secundus syllogismus in exemplo eodem est:

*Homo mortalis est immortalis:*

*Non autem immortalis:*

*Mortalis igitur.*

Hic disiunctus syllogismus constans & firmus est: neque petitur principium, sed ex contrario contrarium probatur. Simili via duo rursus syllogismi contexuntur:

*Omne*



*Omne animal mortale pedes habet aut iis caret:*

*Omnis homo est animal:*

*Omnis igitur homo pedes habet aut iis caret.*

Deinde disiuncta conclusio efficitur de proxima cōplexione:

*Omnis homo pedes habet aut iis caret:*

*At non caret pedibus:*

*Habet igitur.*

Quapropter in hoc præcepto Aristotelicū nihil est: nihil verum est, vbi tot, tamque rati & constantes syllogismi sunt, syllogismū nullum esse. Sed maius est quod sequitur: Tota Platonis diuisio labefactatur & euertitur: & disputatur non solū iudicij & syllogismi, sed argumenti prorsus esse expertē diuisionem: item ad quoduis problema esse inutilem differitur. At inquam, particulam inuētionis esse quandam paulò antè dictum est: non igitur inutilis prorsus. Sed exemplum videamus: geometricum verò ponitur, demonstratum apud Euclidem vltima propositione decimi: An diameter, sit asymmetros: & simili via differitur:

*Omnis longitudo est symmetros vel asymmetros:*

*Diameter est longitudo:*

*Diameter igitur est symmetros vel asymmetros.*

Syllogismus igitur disiunctus vt antea concluditur, nec petitur principium:

*Omnis diameter est symmetros vel asymmetros:*

*Non autem symmetros:*

*Asymmetros igitur.*

His argumentis concluditur diuisionē neque omni considerationi cōgruere, neque in his vtilem: in quibus maximè videatur, nil ad definiendum, nil ad vllum problema disceptandum valere: sophisma esse denique: in ea principium peti: Concluditur id inquam, sed vitiosè & captiosè concluditur: Imò verò postea secundo Priorum, & secundo Posteriorum, hæc ipsa diuisio & nomine inductionis, & nominatim per se, & diuisionis nomine valdè laudatur & probatur: & quòd valeat nō solum

lùm ad inuestigandum definitionem & essentiam, sed ad communem problematum disceptatione plurimum valeat, multa & longa oratione differitur: sed tum dicitur id suo loco melius. Nec interpretum vanitas hîc audienda, Platoni placuisse definitionem syllogismo demonstratio monstrari: nec enim, si Organico authori creditur, de syllogismo quisquam ante natum Aristotelem cogitarat. Adhuc inuentio mediorum & propositionum in duobus locis antecedentium & consequentium posita est, ad antecedentia consequentiâque definitio & proprium & accidens referuntur: Opposita reiecta sunt: diuisio tota vt inutilis abiecta, hac inuentione omnes syllogismos efficit. At vt dixi, antecessionis & consecutionis ratio, dispositionis magis est, quàm inuentionis: quod interpretes quidam senserunt: totâque inuentionem hîc expositam analysi subiiciunt, quia mediorum nulla tradatur inuentio, sed geneseos regulæ tantum repetantur.

### PARS TERTIA PRIMI

*libri, de Analyti.*

Primi Analytici partes adhuc duæ disceptatæ sunt, genesis syllogismi, & inuentionis medij. Tertia pars de analysi, reliqua sequitur, quæ nobis adhuc regula fuit ad duas priores retexendum & examinandum: hic enim verus & naturalis ignis experientia, vsus, inductionis, id est Aristoteleorum principiorum fuit, quo Logicum aurum probauimus, quodcumque in Porphyrio, categorico & symbolico & hoc analytico doctore fuit: Ignem igitur hunc sua flamma inflammemus, vt eluceat oculis & effulgeat: principia de materia artis, deque forma tenemus. Quid igitur hîc primum esse debuit? Primum quia partiti Logici operis tertia pars est analysis, transitione significandum fuit, de genesis & inuentione dictum esse, de analysi iam esse dicendum. Hæc transitio, præclara & egregia significatione initio ponitur: Quomodo autem reducamus syllogismos in expositas figuras dicendum

si in et d. p. p.  
no infero ratio  
et ut non  
+ non  
ratio  
1)

eendū deinde fuerit: id enim disquisitionis reliquū est.  
 Trāsitio igitur hīc est, operis Logici partē vnā superesse,  
 analyfim: Sed hęc transitio est: ratio transitionis deinde  
 sequitur ex vniuersæ Logicæ partitione: Nam si compo-  
 sitionem syllogismorum perspiciamus, & inueniendi  
 habeamus facultatem, tum verò factos retexamus in  
 expositas figuras, hypothesi initio proposita finem cō-  
 sequatur. O partitionem infinitæ lucis, si diligenter exa-  
 minetur, authorem! Secundo Animaduersionum libro  
 principia Logicæ facultatis, quæ in Logico Organo de-  
 essent, explicauī: ea tota licet ex hac partitione confir-  
 mare. Logicam, dico artem esse bene differendi, nec fini-  
 bus vllis aut terminis hanc definitionem concludo: ad  
 omnes res differēdas & explicādas Logicam pertinere  
 confirmo: Id principiū hac partitione confirmatur, quia  
 tribus partibus tota hypothesi Logica comprehenditur,  
 genesi, inuentione, analyfi, vt qui inuenerit, disposu-  
 erit, inuentūque ac dispositum opus examinarit & re-  
 texerit, finem Logicæ hypotheseos consequatur. At  
 genesis, communis omnium quacunque de re syllogis-  
 morum descripta est: At inuentio, communis omnium  
 quacunque de re problematarum descripta est: At analy-  
 fis, communis omnium inuentarum & dispositarum dis-  
 putationū postea descripta est: Quare si vel genesim, vel  
 inuentionem, vel analyfim spectes, tota Logica commu-  
 nis, generalis, vniuersalis est: verēque docet & analyti-  
 co doctōri congruenter docet, qui Logicam, definit artē  
 bene differendi, eamque ad res omnes communiter ac-  
 commodat: quique Logicę finem statuit de omnibus re-  
 bus bene differere, quia id etiā hīc Logicæ hypotheseos  
 finis appellatur. Doceo duas artis esse partes, inuentionem  
 & dispositionem: Hęc partitio, inueniendi facultatem,  
 compositionem seu collocationem, partes artis efficit,  
 & geneseos verbum (vt eius doctrina in tribus fi-  
 guris exposita demōstrat) torum nunc est ordinis & col-  
 locationis: & sic opponuntur genesi & analyfis, vt secū-  
 di Elenchorum capite secundo analyfis & synthesis: &

Philo-

Philoponus ait genesim pro dispositione ab Aristotele  
 vsurpari. Hæc igitur vna partitio veram illam Logicæ  
 hypotheseos partitionem, quam secundo libro experie-  
 mus, accuratè quærentibus indicare poterat: & quod re-  
 stituimus, hac partitione comite & indice restituumus.  
 Quamobrem tam fertilis partitionis tamque fecundæ  
 partus studiosè & sollicitè suscipiendus nobis atque alé-  
 dus est. Sed analysis reliqua est, analyseos definitionem  
 requiramus: ea nulla est. Analysis Logica, est disputati-  
 onis inuentæ & dispositæ examinatio & exploratio: Nec  
 ars noua est vlla, sed ars ipsa iisdem gradibus repetita,  
 quibus in opus educta fuerat, vt initio proposuimus.  
 Quis analyseos finis? quis fructus erit? Audiamus non  
 solum interpretes Organi (qui docet analysim, præstan-  
 tissimam esse Logicæ hypotheseos partem, à qua tota  
 hypothesis quatuor librorum, Analyticorū nomine in-  
 scribuntur: ) sed multò magis Organum ipsum hac de  
 re audiamus: Eueniet simul vt priùs descripta, quòd ita  
 se habeant, confirmentur & illustrentur ijs, quæ modò  
 dicentur: Necessè namque est omne verum ipsum sibi  
 vsquequaque consentaneum esse: Quapropter analysis  
 est inuentionis & dispositionis confirmatio & illustra-  
 tio: & quòd verissimè iam toties omnibus Animaduersi-  
 onum locis analysim aduocamus, vsus, experientiam  
 & historiam requirimus: Organico auctore & doctore  
 requirimus; Analysis enim, Lydius lapis est, quo Logicæ  
 aurum tenemus: Imò verus est & naturalis ignis, quo  
 Logicum aurum probemus, confirmemus, illustremus.  
 O me miserum, & eloquentia (cuius sum professor) val-  
 dè nudum & vacuum! Causam, vt spero, (imò vadè cõ-  
 fido) gratissimam Deo, & publicis studijs vtilissimam, &  
 ex Aristotelis (si tamè hic est Aristoteles) doctrina, prin-  
 cipijs, sententia, tot annos disputo: & tamen hominibus  
 quibusdam tam illustrem, tam vtilem causam non per-  
 suadeo: Imò verò graues damnationis pœnas à tribus  
 Iudicibus impositas pertuli: discipulos meos scholis e-  
 iectos propterea vidi, quòd analysim, inuentionis &  
 dispo-

bitur.

dispositionis illustrationem & confirmationem esse dicerem: quòd analysim Logicam ad omnes sententias, disputationes scriptas, dictas, meditatae referrem: quòd analysim, Logicæ artis animam vitamque dicerem, & in poetis, oratoribus, philosophis animare artis præcepta analysi contederem. Sed quoniam melioribus & æquioribus iudicijs conseruati & restituti sumus, analysim quoque licet intermortuam, licet in sui studiosis sic affictam, omnibus viribus conseruemus, excitemus, restituamus. Quid sequitur? Analysis logica, est nõ solum examinatio disputationis, sed cõfirmatio & illustratio: Quia verum vero consonat, quia videlicet aurum in igne suam puritatem approbat, prima debuerat analysis esse consideratio. Quid hinc actum est? vt inuentio nulla tradita est, sic inuentio analysis nulla traditur: tota est geneleos: prima de syllogismi definitione & partibus: secunda de figura, de figuræ forma. Primum igitur positi syllogismi exemplum in propositiones resoluitur, deinde in terminos tres: quamobrem? Quia facilius est, ait hic doctor, diuidere in maiora. At inquam, trium terminorum cõsideratio maior & amplior, id est generalior & antiquior, & prior est naturâ: Problema enim, ad quod duo termini referuntur, & argumētū, id est medius terminus antè cõsistant, necesse est, quàm ex his propositiones efficiantur. Ratio hæc doctorẽ ad analysim terminorū prius adducere debuit: methodū igitur doctoris, vel ipsius argumento refellimus, præceptum tamen sequimur: Tres terminos in exemplo proposito requirimus, id est problema & argumentum. Præcipua inuentionis vel propositionis analysis in hoc libro nulla est, vt consideretur de partibus, ex quo loco eductæ sint: sitne propositio propria, vera, certa, consentanea: an contrà aliena, obscura, ambigua, falsa, insequens: Præcipua inquam, inuentionis & propositionis analysis hinc nulla est, in Elenchis est quædam. Perge, quid analysis geneleos? quid hinc exponit? quæ præcepta proponit? Præcepta certè statuit excellentia, et si quid in toto Organico

gano Logico Aristotelis nomine dignum est, Aristotelica numero septem sunt: primum est: Et si non ambæ adhibita sunt, altera est restituenda. Ergo quod ad propositiones attinet, interdum nihil deest, & qualitas sola ex conclusionis & syllogismi legibus consideranda: interdum verò deest altera: Interdum enim generali propositione constituta, assumptio non exprimitur, seu scripto, seu sermone disputetur: aut adhibetur propositio utraque, sed complexio reticetur: alia verò interrogatur. Hic ἐμπειρίαν καὶ ἱστορίαν, vix artis matrem agnosco. Lege totum Demosthenem, Ciceronem, Homerum, Virgilium, Platonem, Aristotelem: omnes oratores, poetas, philosophos, vix quæstionem millesimam etiam syllogisticam plenis syllogismis contextam & conclusam reperies: enthymematis, cõmunis hominum sensus ferè contentus est: Assumptio clarior est? Frustra diceretur: Propositio per se apparet & occurrit? Assumptione sola concludimus: interdum ne concluditur quidem, sed duabus positis partibus, aut etiam, altera cõplexio prius intelligitur, quàm dici possit: Omninoque syllogismus raris partibus suis expletur, quàm in syntaxi primæ & secundæ verborum personæ, ego & tu exprimuntur. Ergo de syllogismi partibus tantum enuntiatur, quantum mens auditoris requirit: quod per se concipit, id repudiat, nec explicari sibi vult. Organum perlege, syllogismorum etiam exempla in figuris ipsis posita repere: quorum quæque perfectum inuenies? Sed cæteras huius præcepti partes videamus. Considerandum verò an superuacaneum aliquid assumptum sit, tum etiã de necessarijs, ne quid sit omissum: ac illud quidem restituendum, hoc verò detrahendum, donec ad duas propositiones peruentum sit. Vfus & excellentium authorum exempla, syllogismi partes non omnes necessarias habent: quædam etiam (vt antè locutus est magister) inductionis ornatus, aut alius cuiusdam eiusmodi gratiã ad problematis vnus iudicium & syllogismum non necessarias habent: at tamẽ cum volumus accuratiùs ratiocinationis vim expendere

pendere & examinare, & constanter vereque conclusam demonstrare, quod desit, expleamus: quod supersit, fecernamus: ut Grammaticus in examinanda syntaxi, quæ reticentur, exprimit: vnum verbum semel dictum, pluribus clausulis inseruit, toties repeter: antecedentes casus vel consequentes non dictos, intelligendos tamen esse dicit: sic Dialecticus in examinando & retexendo faciet. Hoc theorema Logicæ analyseos hic primû est infinitus iam locis tractatum & adhibitum: quauis enim de solo syllogismo dictum est, attamen de doctrinæ methodo simile quiddam, sed in dissimili genere tenendû, ne quid desit, ne quid redundet in tota doctrina. Definitio, partitio, exempla cum desunt, defectû: cum res inanes & vanæ permiscuntur, redundantiâ appello: neque hoc, neque illud in arte volo esse: In syllogismo secus: fastidit animus id sibi dictum, quod per se conciperet: At in doctrina bene & methodicè disposita, syllogistica quæstio nulla est: propositio quæis intelligibilis est: ut sunt propositiones definitionum, partitionum essentialium, de quibus primo de Demonstratione: ut earum omitti sine vitio nulla possit. Itaque in toto adhuc Organico defectû in definitionibus, partitionibus, exemplis, quæ deerant, notauimus: redundantiam in alienarum rerum nugis, in eiusdem rei perissologia, in demonstrationum & geometricarum imitationum matèotechnia, in falsarum & captiosarum argutiarum ineptia notauimus. Quamobrem defectus & redundantia in syllogismo laudari possit, in methodo reprehenditur & vituperatur. Ergo partes syllogismi quas vsus non requirit, si dubitatio tamè inciderit, analysis ita retexet: Defectû nonnullorum facilius est deprehendere, aliorum verò occultius est: & quia necessarium quiddam ex positis accidit, ideo videtur syllogismus esse. Hæc adhuc admonitio est de legitimo propositionû numero, propter quem fraus & captio contingit. Syllogismus definitur definitio, conclusio ex quibusdam positis necessariò confecta: quædam argumentatio necessariò concludit, & ideo syllogismi

syllogismi speciem habet : Fallit tamen aliquando : Ad-  
 monitio vera est . Omnes vitiosi modi in tribus figuris  
 expositi aliquando ex positis necessarium concludunt.  
 Syllogismi tamen non sunt, quia fallit ea compositio &  
 dispositio interdum : & eadem vestigia secutus, labi po-  
 tes . Hoc totum laudo , & ad compendium nostrum de  
 exercitatione aggrego : adeo etiam ( quod tamen facile  
 est ) vt in oratione, sic in disputatione partes non semper  
 ad artis ordinem componi, vt illic nominatiuus verbi,  
 hic propositio assumptionem præcedat, postrema com-  
 plexio sit: vsus enim liberior esse vult : attamen ad æsti-  
 mandum & iudicandum cum analysis adhibebitur, vt  
 Grammaticus, sic Logicus ad artis ordinem cunctas par-  
 tes reuocabit . Sed tamen ( quod sæpe iam disputo ) non  
 Aristotelem illum Platonicum Organi Logici authoré  
 esse, sed Aristotelicæ philosophiæ imperitum quendam  
 sophistem, locus hic imprimis admonere potest : adha-  
 bentur enim hic syllogismi constantes & rati, pro sophis-  
 matum & captionum exemplis : Vt si sumptum sit, non  
 essentia deleta, non deleri essentiam : ex quibus autem  
 constat deletis, & ex ijs constitutam deleri. His enim po-  
 sitis necessarium quidem est partem esse essentiam: non  
 tamen syllogismo conclusum est ex assumptis, sed pro-  
 positiones desunt . Rursus si cum homo est, necesse est  
 animal esse : & cum animal, essentiam : cum homo sit,  
 necesse est essentiam esse: Sed nondum syllogismo con-  
 clusum est: non enim habent propositiones, vt diximus.

Hæc doctoris exempla sunt pro sophismatis posita  
 quæ tamen veros & constantes syllogismos habent: Et  
 enim primus syllogismus est in primo modo secundæ  
 figuræ. Partes retexamus, pro definitione nomen ponam-  
 us, vt analyticum theorema postea præcipiet : sic erit  
 syllogismus ad impossibile:

*Non essentia deleta non delet essentiam:*

*Pars essentia deleta delet essentiam:*

*Pars igitur essentia, non est non essentia, idcircoque*

*Hunc*



Hunc syllogismum qui non videt, quid eum putas in Logica videre? ait hic magister propositiones deesse: at non propositiones solum, sed complexio syllogismi, figuram & formam integram perficiunt. Hic quis dubitare possit, Organum Logicum ex varijs variorum, de quibus primo libro dictum est, authorum dogmatis, sed ab homine, artis quam componebat imperito, collectum & compositum esse? Similis ignorantia exemplum secundum est: Etenim sumamus de superioribus exemplis huic authori probatis vnum aliquod, & retexamus, errorem hominis manifestiorem faciemus: imò primum omnium, & primi modi exemplum eius assumamus: Si  $\alpha$  de omni  $\beta$ , &  $\beta$  de omni  $\gamma$ , necesse est  $\alpha$  de omni  $\gamma$  dici. Ergo licet hic vna connexa sit propositio, tamen pro syllogismo ostensiuo ponitur: & talia ferè sunt omnia exempla syllogismorum ab hoc doctore proposita, in quibus tamen syllogismos agnoscit & credit: quia si exemplum retexamus in tres partes, syllogismi formam reddet legitimam. Sic videlicet exemplum illud erit:

*Omne  $\beta$  est  $\alpha$ .*

*Omne  $\gamma$  est  $\beta$ .*

*Omne  $\gamma$  igitur est  $\alpha$ .*

Eandem igitur hic analysim sequamur, syllogismum ex omnibus necessarijs reperiemus: Assumptio præcedit: reponamus suo loco:

*Omne animal necessariò est essentia:*

*Omnis homo necessariò est animal:*

*Omnis igitur homo necessariò est essentia.*

Hic syllogismus est primæ figuræ prima forma conclusus: qui quid aliud demonstrat, quàm doctorem hunc, præcepti illius pulcherrimi, quod colligit, & in Organum componit, ignarum & imperitum esse? Quamobrè analyseos præceptum tam verum & à tam vero Logicæ artis vsu deductum teneamus: Quamuis in proposito ad examinandum & retexendum exemplo, syllogismi partes quædam necessariae desint, quædam non necessariae supersint: neutra tamè causa syllogismum damnemus:

Id

Id enim vsus, artis magister, vsus inquã, vel in his Analyticis adhibitus approbat. Sed necessariũ expleamus, nõ necessariũ detrahamus, tãtis per dum de syllogistica quæstione iudiciũ facimus: meminere usque fraudis illius & captionis, vt nõ quicquid lucet, aurũ esse, sic nõ quicquid expositis quibusdam necessariò concludit, syllogismũ esse. Tricesimo quarto capite sequitur deinde sic syllogismus in terminos tres partiendus. Hæc pars huius theorematis de tribus terminis præcedere debuerat, vt dixi, quia primò problema retexendum est: cuius duo sunt termini: deinde argumentum, id est medium. Reliquo capite, secũda est Analysis de figuræ Medius verò terminus statuendus, qui in ambabus propositionibus dicitur: huius thesis indicabit figuram, vt antea definitiones figurarum docuerunt. Tandem etiã figuræ qualitã problema etiã quod cõcluditur indicabit, quia vt variũ est, sic in variis figuris concluditur.

Capite tricesimo quinto, Analyseos secundæ præceptio reliqua sequitur, de figuræ forma & speciali qualitate. Labi & errare contingit ex syllogismi definitione propter necessarium: aliquando etiam ex figuræ genere: Aliquando ob similitudinem dispositionis terminorũ, quia vniuersale deest. Hoc præceptum verum est & necessarium in omnibus syllogismis de quibus solis in Organo logico præcipitur: in propriis autem & cõiunctis neque verum, neque necessarium. Hic rursus exempla non Platonem, non Aristotelem, sed sophistæ, doctrinæ quam componit & colligit, ignarum & expertem demonstrant. Duo syllogismi tanquam captionis ponuntur, quia medium non sit in his vniuersale: Sic autem sunt:

*Aristomenes intelligibilis semper est:*

Ἀριστομένης Græcè verbũ est, & passiuè sic accipitur in Analyticis posterioribus, nequid híc interpretes de intelligente mente comminiscantur:

*Aristomenes est Aristomenes intelligibilis:*

*Aristomenes igitur semper est.*

Item, *Mycalus musicus breui peribit:*  
*Mycalus est Mycalus musicus:*  
*Mycalus igitur breui peribit.*

Hic author ait propositiones vniuersales esse oportere, quales hæ non sunt, Omnis Aristomenes intelligibilis semper est: Omnis Mycalus musicus citò peribit: ideòque vitiosos syllogismos esse, quia nil sit in iis vniuersale. At vterque syllogismus constans & firmus est: sed primi propositio falsa est, & multa intelliguntur, quæ sempiterna non sunt: Aut si veram propositionem facias, erit assumptio falsa, quia Aristomenes hic, quem vides, non est Aristomenes ille, quem sic intelligis. Secundæ partes omnes veræ esse possunt, nec in qualitate partium quicquam peccatur: vitij verò causam dicere, quia medium non sumatur vniuersale, delirare est: propriæ enim propositiones omnes sunt: & valdè sit ineptum, in vnitatem multitudinem statuere: vt, Omnis Plato disputat: Omnis Aristoteles disserit. Quare, vt dixi, exempla hæc authorem suum valdè traducunt.

Capite tricesimo sexto verè præcipitur, vt termini exponantur apta oratione, nec symbola modò habitum, modò habitus susceptiuum significant: cuius sophismatis fuit illud exemplum: de quo in Categoria relationis diximus, Quòd scientia & scibile, relata non essent, quia scientia, nomen habitus esset: scibile, nomen actus. Exemplum capitis huius est:

*Nulli ægritudini sanitas contingit:*

*Omni homini inest ægritudo:*

*Nulli homini contingit sanitas.*

Quòd si pro nomine habitus, nomen susceptiuum ponatur, error ille non accidet:

*Nullum ægrum, sanum esse contingit:*

*Omnis homo æger est:*

*Nullum igitur hominem contingit sanum esse.*

Propositio, ait author, falsa erit: At erroris etiã causa est in illo contingentis modo: ex terminis enim eiusdem generis, eadè syllogismi lege seruata, vt antè docui

cui, conclusio hæc captiosa erit: Superioris autem erroris causa hîc est, quia medium non sit vniuersale. Eadem doctoris huius sapientia est.

Capite tricesimo septimo theorema est verissimum & vtilissimū, & quo vno omnes Categorematū & Categoriarum ineptiæ refelluntur: Non laborandum est, vt nomine termini semper exponantur: plerūque enim orationes erunt, quibus posita non erunt nomina. Itaque difficile est retexere & reducere tales syllogismos. Sic videlicet plerunque toti libri, & integræ orationes in vnum syllogismum sunt incluse: vt tota Miloniana Ciceronis oratio. Hæc analysis difficilior est, & meditationis altioris. Aliquando verò falli continget in ea inquisitione & examinatione. O theorema singulare & admirandum, & tamen in scholis Aristotelis mortuum ac sepultum! Nemo ferè post annorum secula nescio quot græcus latinusue magister logicæ artis fuit, qui non conatus sit Organi logici compediū aliquod efficere: & quod longiore disputationis tractu dilatum esset, contrahere: At quid deesset, nemo considerauit, vt adderet: quid superesset, nemo reputauit vt amputaret, & necessariam tantum summam constitueret: Difficile enim est tantas ratiocinationes, & tam grandes syllogismos retexere & resolueret: propter talē inquisitionem & analysim cōtingit errare: sed tamen hoc præcepto mōnemur, regulam artis de tribus terminis, ad trium verborum necessitatem reuocandam non esse: nec syllogismum, immediatorum simplicium vocabulorum esse, sed ad tres syllogismi partes referendum, seu simplices dictiones, seu longæ sint orationes: quod in poëtis, oratoribus, philosophis, toto denique humanitatis vsu perpetuum est, ideòque tenendum & approbandum, & ad Logicam nostram aggregandum: Et hæc commentum illud refellendum, quo pro syllogismi fundamentis, simplicia nobis categoremata tantum proponuntur, tanquam ex iis solis fierent propositiones & syllogismi. At hæc aurea regula verissimè cōtrā docet plerunque

runque terminos, quibus propositiones & syllogismi efficiuntur, longas orationes esse: terminos ratiocinationis, symbolis certis astrictos non esse: nec omnino referre, simplicibus an compositis symbolis efferantur. Hanc veritatis regulam, hanc vsus legem, hanc artis veritatē in Porphyrio antea, & in categorico magistro opposui, & nuuc oppono. Sed pars capitis reliqua, parem doctrinæ elegantiam præstantiâque continet. Inesse verò primum medio, & hoc postremo, non est accipiendum, quasi perpetuò alterum alteri similiter attribuat. Interpretes scholastici persuadent nullum categorema esse, quod non certo & semper simili genere dicatur de subiecto: genus & speciem in quid, reliqua in quale, vt certo casu, hoc dicatur illud: vt homo est animal. Sed hoc præceptum scholasticam illam doctrinam valdè cōvincit: Sed quotcunque modis esse aliquid dicitur, etiam totidem modis contingere id ipsum verum dicatur, & esse, & non esse existimandum est. Hoc præceptum magnum est, & emendatio multarum in superioribus libris nugarum: Categoremata, Categorias, Interpretationem pro fundamētis syllogismorum, interpretes græci latinique sic acceperunt, tanquam nulla propositio legitima, nisi simplici dictione, rectoque casu fiat, vt homo est animal: homo est logicus: De quo genere vanitatis, in Porphyrio, Categorias, Interpretatione conquestus sum: casus nominum, nomina non esse: tanquam enuntiatio nulla fieret legitima & syllogistica, nisi recto casu: Illud esse scholastici sermonis commentum, & naturalem vsum frequentem, esse contrarium. Quæ vanitas infinitè in scholas nostras irrepsit, adeo vt prædicationum propriarum, impropriarum, essentialium, accidentalium ars quædam efficeretur, qua puer cum multis eiusdem miserix consortibus eruditus sum. Atqui hoc præcepto verbum *κατηγορεῖσθαι καὶ λέγεσθαι*, attribui & dici, lōgè aliter hīc explicatur: & quod decebat, interpretationi symbola iam accommodātur, docemurque ad illā

Porphyrianæ & scholasticę Categorię & Interpretationis seruitutem, ratiocinationis partes astrictas nõ esse: sed quot modis esse aliquid aut non esse dici potest, tot modis partes syllogismi recti & contexti posse: Idque sic vsu venire, vt nunc rectis, nunc obliquis casibus, sententia mentis efferamus: Præceptum, inquam, verissimum, sed exempla rursus hîc non intellecta: & alius videtur præcepti author, alius exempli: vt contrariorum est vna disciplina. Magister hîc facit subiectum enuntiarier obliquo casu (cõtrariorum:) categorema verò, torum illud ex verbo & duobus nominibus (est vna disciplina:) Si syntaxis retexatur, propositio sic erit:

*Disciplina contrariorum est vna.*

Secundum exemplum est, quòd primum de medio dicatur: ad illam recti casus seruitutem, medium de potremo non dicatur: Si sapiëntia, est scientia: Boni autem est sapientia: Conclusio quòd boni est scientia. In hoc syllogismo, assumptio præcedit, & propositionum symbola transmutata sunt: Retexatur igitur, sic est:

*Omnis sapientia, est boni:*

*Omnis scientia, est sapientia:*

*Omnis igitur scientia, est boni.*

Maius extremum non dicitur categorico illo genere, de medio: nam obliquè: medium autem de extremo dicitur. Litera græca hîc videtur mendosa: exemplum autem est, quòd primum de medio non dicatur categoricè, sed medium de tertio: Si qualitatis omnis est scientia, & contrarij: Bonum autem & contrarium qualitas: Conclusio quidem, quòd boni est scientia. Duo syllogismi hîc sunt inuoluti: Retexantur igitur vt antea, sic erunt:

*Omnis qualitas, boni:*

*Omnis scientia, qualitas:*

*Omnis igitur scientia, boni.*

Item,

*Omne contrarium, bonum:*

*Omnis scientia, contrarij:*

*Omnis igitur scientia, boni.*

Hi duo inquam, syllogismi sunt, & sic necessariò retexendi: Exemplum etiam tandem ponitur, ubi nullum de nullo categoricè dicatur: vt, Si cuius est scientia, est huius genus: Boni autem est scientia: Conclusio, quòd boni est genus. Retexatur igitur syllogismus, sic erit:

*Omnis scientia, est boni:*

*Omne genus est eius, cuius est scientia:*

*Omne genus igitur est boni.*

Hoc exemplum verum est, sed sicuti superiora, ab Ioanne Grammatico non intellectum, qui docet, quantum obliquis casibus propositiones efficiantur, tamen obliquos illos casus sepe in subiecto esse, categorema semper in recto: in quo non solum Logicæ, sed Grammaticæ imperitia labitur, nec grammaticam syntaxim intelligit: & se nomine Grammaticum esse, re autem ipsa barbarum ostendit. Quamobrem præceptum diligenter notandum & obseruandum, licet exempla ab Organi compositorum non sint intellecta: Quo generaliter monemur, illam certam, semperque sui similis categoriæ seruitutem ab usu abhorre: syllogismi denique partes, sententiarum partibus, non symbolorum & vocabulorum generibus meriendas esse. Termini syllogismi, non semper simplices sunt dictiones, sed sunt aliquando orationes longæ: nec semper casibus rectis, sed obliquis aliquando efferuntur. Hoc theoremate vanitas tribus superioribus libris instituta datur & exterminatur: Porphyrius, Categoricalis author & symbolicus, ad fundamenta syllogismorum, & propositionum, simplices terminos casibus rectis elatos, proponit: compositos, obliquos abiiciunt, vt interpretes putant. Hoc theoremate restituuntur.

Tricesimo octauo capite, præcipitur reduplicationem aut reduplicatum maiori extremo addendum esse, non medio. Reduplicatum verò hinc propositionibus in primo extremo statuendum est, non in medio. Exemplum est præcepti, vt si syllogismus fiat, quòd iusticiæ est scientia, quoniam bonum: Boni est scientia, quoniam

T iij bonum:

bonum: Iustitia autem, bonum est. Magister hic aī secundæ propositionis categorema esse (scientia quoniam bonum) subiectum, boni. At syntaxis grammaticæ tantam infirmitatem refellit, & subiectum docet esse (scientia:) categorema (est boni, quoniam bonum:) nec omnino in tali exemplo syllogismus est, sed contrā retinendus est, ut congruenter cadat: ut,

*Omne bonum est iustitiæ, quatenus bonum est:*

*Omnis scientia est boni:*

*Omnis igitur scientia est iustitiæ, quatenus bonum.*

Sic enim categorema conueniet, secus non: Ergo exemplum præcepto non conueniet, nec præceptū ipsum magni admodum, si sit verum, momenti fuerit.

Tricesimo nono capite, explicatio quædam additur capitis tricesimi septimi: nomina pro nominibus sumenda, & orationes pro orationibus, & semper nomen pro oratione. Præceptum est antea theoremate quinto, terminos non semper esse nomina simplicia, sed orationes aliquando. Hic locus igitur analysim compositorum terminorum admonet, quoad fieri poterit, ad simpliciores esse reuocandam, ut in breuiore & contractiore exemplo syllogismus facilius cernatur & æstimeretur: Facilius enim terminorum expositio fuerit: Est tamen considerandum diligenter quid pro quo ponatur: non enim idem τὸ εἶναι τὴν ἡδονὴν, ἀγαθόν, καὶ τὸ εἶναι τὴν ἡδονὴν τὸ ἀγαθόν. articulus enim emphasim hinc habet, ac in aliis generibus similiter: Reliquo capite tria comprehenduntur, primum geometricæ imitationis collatio, de qua dictum est antea: deinde repetitur toties iam dictum, non in omni figura omne problema concludi, sed ex conclusione figuram cognosci: postremò additur in disputatione definitionis eius partis, de qua agitur, terminum sumendum. Atque hinc analysim tota concluditur.

Capite quadagesimo documentum doctoris est, analyseos doctrinam, quam docet, prorsus ignorantis. Monuimus adhuc præcepta analyseos de syllogismi definitione, partibus, terminis, multa præclara & egregia



gia fuisse, exempla tamen ridicula & inepta: hîc de præcepto conquerimur, non de exemplo solùm. Tum verò factos ex hypothesi syllogismos ne tentemus reducere: non enim possunt ex positis reduci, neque enim syllogismo demonstrati sunt, sed ex pacto & arbitrio omnes cõcessi. Hæc doctoris oratio est, quæ etiã declaratur exemplo: vt si quis ponat, si vna quædam facultas non sit contrariorum, neque scientiam vnam esse: Deinde demonstretur, quòd non est vna facultas contrariorum, vt si salubris & morbosus: simul enim esset idem salubre & morbosum: quòd quidem non est vna omnium contrariorum facultas, demonstratum: quòd verò scientia nõ est, non est demonstratum, confitendum tamen: nec ex syllogismo, sed ex hypothesi. Hoc exemplum doctoris est verè hypotheticum, sed non quale existimat: docuit enim antea syllogismos omnes hypotheticos tribus expositis figuris concludi. At hic syllogismus est connexus primi modi:

*Si non vna facultas, neque scientia vna:*

*Sed primum:*

*Secundum igitur.*

Assumptioque exemplo exponitur: Sed tamen vñtatum est huic magistro exempla sua ignorare: præceptum potiùs consideremus, quæ sit analysi videamus: Docet hic magister omnes syllogismos hypotheticos, siue ad impossibile sint, siue non, non posse reduci, sed eius esse deductionem ad impossibile: Docet inquam, hæc, id est se doctorem, doctrine suæ imperitû & ignarum ostendit: Etenim superiora illa reuocemus: Tres sunt vniuersæ hypotheseos Logicę partes, inuentio mediij, cõpositio syllogismi, resolutio vtriusque, qua confirmatur & illustratur inuentio & compositio: hæc enim superior doctrina fuit. At hîc quid docetur? In facto syllogismo, licet medium inuentum sit, licet propositione, assumptione, complexione dispositus syllogismus sit, tamen analysim nullam esse. Et quisquam mihi Aristotelem illum Platonicum potiùs, quàm sophistem nescio

T iij quem

quem authorem tantæ ignorantæ appellabit? At dices reductionem & analysim nunc intelligi de reductione, quæ per conuersionem fiat. Esto inquam, id enim videtur hic significari, cum tollatur analysi, deductio relinquatur. At stultitia hæc superiore maior erit: nec enim (quod tamen nunc agitur) ratiocinationis oblatæ inuentio, compositio per conuersionem examinari & explorari potest: & de conuersionis commento satis antea multa dicta sunt. Verumenimvero quàm nescit compositor analytici operis, quàm non intelligit, quod colligit & componit! Syllogismus dubius aliqua parte, aut falsus est: ergo, ait, retexendus non est: Imò verò totum contrà est, quia dubius, quia periculosus & insidiosus est, ideo tentandus & explorandus & examinandus est: ideo & inuentio eius & dispositio penitus speculanda est: atque in Elenchis tam multa Logicorum vitiorum discussa vitia, quid aliud quàm dubiorum & captiosorum syllogismorum analysim continent? Quapropter, vt dixi, ne sit Aristoteles, sed Aristotelis dissimillimus aliquis sophistes tantæ stultitiæ præceptor.

Capite quadragesimo primo deductio figurarum, facta perissologia repetitur & augetur: nec enim solùm docetur vt secunda & tertia figura in primam, sed tota prima in tertiam reuocetur: denique quacunque figura cõclusum sit, id ipsum in aliam figuram posse reuocari. Matheotechnia stultissima, & geometrarum deductionis: quã voluit imitari, dissimillima. Sed hac de re satis antea. Postremo capite disceptatur iterum sophisma secundi libri de Interpretatione, de pronuntiatis infiniti vel priuati attributi, vt affirmationem infiniti vel priuati attributi sequatur negatio finiti, non contrà. Præterea de Analyfi ab hoc magistro docetur. Quamobrem, vt antea diximus, generis syllogismi imperfectã, in qua de propriis, connexis, disiunctis syllogismis nil præcipitur: inuentionem imperfectiorem, qua inuentio antecedentium & consequentium nominibus obrueretur: de mediõrum generibus & formis nil diceretur: sic de

iustione

iustiore multò ratione analysim imperfectissimam dicere possumus: Analysis enim vtriusque examinationem præstare debuerat, & genera vitiorum, virtutibus expositis contraria quædam insigniora declarare: Quales argumentorum & syllogismorum fraudes in Elenchis & figuris dispersæ sunt. At nihil inuentionis attingit: geneseos non multa, eaque vanis & fatuis exemplis offusa proposuit, è quibus tamen ad Dialecticam nostram magnifica illa theoremata referemus: Imprimis cum fuerit exemplum syllogismi retexendum, tres terminos spectandos esse, quorum duo sint problematis, tertius inuentionis & medij. Secundò genesim syllogismi spectandam: quod deesset, addendum, quod superesset detrahendum: In communibus syllogismis medium vniuersale, in reliquis pro suæ compositionis genere habendam symbolorù rationem esse, ne iis compositionis leges impediatur. Cum termini fuerint orationes, nec vno categoriæ modo proferantur, vt sæpe omnes in omnibus authoribus orationes erunt, & communi orationis vsu variè dissimilitérque prolati erunt: Tamen quò certius de oblato disputationis exemplo iudicium fiat, analysis, quoad perspicuitas patietur, cōtrahet, & disputationes amplas in breuiore forma diiudicabit. Quamobrem primus de syllogismo liber adhuc ita fuit: què qui obscurum putabat, non fallebatur ille quidem, sed certè obscuritatis tam multas, tamque stupidas causas nequaquam fortasse suspicabatur.

*J. fieri v. l. ad  
medi pri b  
ficio b o*

FINIS LIBRI SEPTIMI.



# P. RAMI, REGII ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PROFESSORIS, Animaduersionum Aristotelicarum liber octauus,  
in secundum Analyticum,

DE SYLLOGISMO.

AD

Carolus Lotharingum  
Cardinalem.



T reliquæ sunt Analytici secundi non pauciores ferè tenebræ: ad eas igitur eodem orationis cursu disputationūque contendamus: videntur enim syllogismi & iudicij quædam hîc etiam præcepta cõturbari. Verùm magister idem, qui Analytico primo fuit, idem secundo rursus erit. Neque hîc doctorem accuso, vt antea, quoddam necessaria multa prætermittat, sed quoddam omnino nihil (exceptis pauculis analyseos vitiiis) dialecticū toto isto Analytico doceat: In hoc enim toto libro nullum dialecticæ artis præceptum est: nihil quod inuentionem doceat, nihil quod iudicium adiuuet: nihil denique ab experientia & historia, id est ab Aristotelis principiis profectum & deductū. Itaque summas rerum duntaxat at-

tingam,

tingam, singula subtiliter non persequar vt antea, ne in re vanissima refellenda ego ipse vanus esse videar.

Tres libri totius partes video : primam de potestate syllogismorum, alteram de vitiis, tertiam de formis argumentationum. Tameſi nulla eiusmodi partitiō facta est à magistro : & græci interpretes hîc esse dicunt, Alexander reliquias primi libri, Philoponus materiam syllogismi, cùm species primo libro exposita esset. In prima parte declaratur sex potestates syllogismorū: prima quomodo plura cōcludere liceat ex eodē syllogismo. Primo igitur capite prima exponitur per conuersionē: de cuius vanitate iā dictū est antea, quomodo per sumptionem sub medio & sub conclusione, id est extremo minore plura concludamus. Hîc verò sit operæpretium reputare, quantæ tenebræ ex vno conuersionis cōmento natæ sint: Conuersionis doctrina obscura fuit, demonstratio tamen cōuersionis obscurior fuit: Tot figurarum in absolutis, necessariis, contingentibus, necessariis & absolutis, necessariis & contingentibus, contingentibus & solutis per cōuersiones demonstratio, quid obscuritatis & vanitatis nō habuit? At eadē caligine totus ferè rursus hic liber obruitur: conuersio conclusionis hîc est primūm : potestas autem reliqua plura concludendi, conuersionum simillima deliratio est: possumus ex eadem propositione aliud atque aliud assumere, possumus ex eadem assumptione propositionem facere, nouamque assumptionem adhibere, vt nouum problema concludamus. Sit igitur syllogismus vnus, ex cuius & propositione & assumptione nouis, vtrobique assumptionibus additis, hoc scilicet modo plura concludamus:

*Omne viuens mouetur:*

*Omne animal viuit:*

*Omne igitur animal mouetur.*

Secundus syllogismus à medio ductus:

*Omne viuens mouetur:*

*Omnis homo viuit:*

*Omnis igitur homo mouetur.*

Tertius

Tertius à minore extremo dictus, vel à conclusione  
aut conclusionis subiecto, quod idem est: vt

*Omne animal viuít:*

*Omnis equus, animal est:*

*Omnis igitur equus viuít.*

Hanc plura concludendi potestatem magister hic  
in syllogismo reperit: verum quam vanam? quam à ve-  
ris logicę artis præceptis alienam? imò ab artis ignoran-  
ne profectam? Consideremus igitur hæc: quæ si dilige-  
tius sophistes hic cõsiderasset, nunquam profectò tan-  
temerè in Organum logicũ collegisset: si cõsiderasse  
quærendum esse medium & inueniendum, inuētūque  
cum problematis extremis certa compositionis & dis-  
positionis lege disponendum, nunquam hæc præcepta  
tam ridicula fecisset. In primo modo propositi syllogi-  
mi, argumentum & medium ex genere sumitur, per  
quod species similiter plures probari possunt.

Syllogismi vna & eadem dispositio est in omnibus  
propositis syllogismis. Quòd ergo plura concludam,  
potestas syllogismi non est, non compositionis, non  
dispositionis, non figuræ aut modi, sed argumenti &  
generalis medij, & ad res multas pertinentis. Denique  
verò (quòd in hoc præcepto longè stultius est) proble-  
ma idem in tribus syllogismis non est, sed quæstio alia  
atque alia ponitur concluditurque, totque sunt syllo-  
gismi, quot quæstiones: nec ex vno syllogismo, sed ex  
vno argumento plures syllogismi fiunt, ideoque præ-  
ceptio ista inutilis & nugatoria: Cùm enim hæc alia  
atque aliud concludere statuo, eandem semper atten-  
sequor, quæstionem mihi propono: nihil enim conclu-  
ditur, quod non quærat, & ponatur prius: si non res  
facta, saltem mente & cogitatione: Frustra enim res certa  
& indubitata concluderetur: & posita quæstione, non  
à syllogismo, sed ab inuentionis locis argumentum pe-  
to. Quòd ergo plura cõcludo, non est ista vis syllogi-  
mi, id est, vt dixi, non figuræ, non ordinis, sed medij, sed  
argumenti: non dispositionis denique, sed inuentionis:

Tollatur igitur hæc vanitas, nec Aristoteli Platonico tribuatur, sed sophistæ captioso, cui meritò captiones Organi reliquæ tribui possunt. Secunda potestas est ex falsis, in omni figura concludendi: quæ potestas nõ est syllogismi: Syllogismus enim tantum hoc proficitur, ut constantē partium cõiunctionem copulationemque instituat, & ex duobus concessis, tertij quod negabatur, confessionem exprimat: ad quam nihil pertinet, verane an falsæ sint partes: secus ex falsis syllogismus stulte institueretur: Porro syllogismi potestates innumerabiles simili deliratione colligi poterāt, ex veris in omni figura cõcludi, ex possibilibus, ex impossibilibus, ex puris, ex solutis, ex moralibus, ex physicis, ex bonis, ex malis. Sed quid ista ad syllogismi naturā? Moneamus igitur syllogismi nihil hîc esse, & totam istā potestatem tam leuem, tam inanem, quia nihil inuentionis, nihil dispositionis doceat, à Dialectica tollendam. Atque hîc mathematicam aliquam imitationem suspicor inesse: Arithmeticis suscipiunt, ut ex falsis eliciant verum: Sophistes hic noster simile quippiam in dialecticis si comminisceretur, se Mathematicum egregium fore credit. At quàm non cõuenit in Dialectica (quæ mathematicis omnibus & natura & usu prior est) tam aniliter fabulari? Sed de imitationibus mathematicis dictum ante iam est: Scire autem vis, quãdo liceat ex falsis verum concludere, repete a syllogistos modos antea tam verbosè descriptos: imò rectos potiùs tantum recognosce & simplices & coniunctos: quæcunque enim cõclusio ab eorum regulis discrepat, eisdem vestigiis licet verum ex falsis concludere. In hac tamen disputatione locus est insignis capite secundo, & diligenter animaduertendus. Disputatum est antea captiosè, & sophisma pro demonstratione conclusum, omnes syllogismos tribus expositis figuris concludi. Quo loco docui, nõ modò exempla aliorum syllogismorum, his figuris nequaquam comprehensorum, sed etiam præcepta in Organo reperiri: Secundi enim connexi, imò etiam primi.

definitio

pro  
 so  
 Ave  
 t.  
 part  
 u  
 t  
 t  
 uo  
 ab  
 p  
 t  
 t  
 op  
 u  
 unctio

definitio & regula est in hoc capite: non tantum pro  
 syllogismo assumpta, nequid de constantia eius dubitetur,  
 sed pro syllogismorum omnium demonstratione: problema est,  
 vtrum liceat ex veris syllogisticè falsum concludere: id est, an  
 syllogismi definitio vera sit, quæ ait positis veris antecedentibus,  
 complexionem necessariò veram consequi: ad hanc tamen generalem,  
 & omnium syllogismorum communem definitionem demonstrandum  
 & probandum, sophistes noster, secundi modi connexum  
 syllogisum, quem antea nullatenus syllogisum scilicet ostenderat,  
 assumit: Si enim  $\alpha$  existente, necesse  $\beta$  esse,  $\beta$  non existente,  
 etiam  $\alpha$  non esse. Si igitur verum est  $\alpha$ , necesse est &  $\beta$  esse,  
 aut accedet simul idem esse & non esse. Hic regulas & definitiones  
 duorum connexorum syllogismorum habemus: secundi primùm,  
 vt si necessarij connexi cõsequens remoueat, & antecedens  
 remoueri: Deinde etiam primi si antecedens ponatur,  
 etiam consequens ponatur, atque etiam manifestiùs capite  
 quarto rursus de secundo connexo præcipitur. Quando duo  
 sic habent inter se, vt altero existente, necessariò sit alterum,  
 hoc cetero existente, neque alterum erit: existente verò, non  
 necesse est alterum esse: Eodem verò existente & nõ existente,  
 impossibile est ex necessitate idem esse. Hic rursus  
 connexi secundi regula ponitur, remoto cõsequente,  
 necessariò & antecedens remoueri. Vitium etiam oppositum  
 notatur, posito consequente, non ideo ponatur antecedens.  
 Quamobrem connexorum syllogismorum non solum exemplis,  
 sed legibus etiam & regulis hic magister vtitur, etiam ad  
 syllogismi definitionem probandam: Et tamen Analytico  
 primo demonstrare voluit, nullum syllogisum esse, nisi simplicem  
 & in tribus figuris conclusum: id est probare voluit Platonis,  
 Aristotelis, & veterum logica dogmata, quæ colligere se  
 non tenere, non intelligere. Tertia syllogismi potestas  
 sequitur, circulo & mutuò demonstrandi, cum ex facti  
 syllogismi complexione, & è conuersa propositi



positione altera, cōcluditur reliqua: vt in hoc exemplo:

*Omnis homo est rationalis:*

*Omne ridens, est homo:*

*Omne ridens, est rationale.*

Circulo concluditur propositio:

*Omne ridens, est rationale:*

*Omnis homo, est ridens:*

*Omnis homo est rationalis.*

Circulo concluditur assumptio:

*Omne rationale, est homo:*

*Omne ridens, est rationale:*

*Omne ridens, est homo.*

Conuersioj quæ hîc adhibetur, quæque dicitur è cō-  
 uersa attributione propositio, non eadem est illi, quæ  
 descripta est primo Analytico: generalis enim affirma-  
 tio conuertitur terminis & vniuersaliter: Appellatur  
 autem à Philopono anastrophe, reuersio, vt Quintilia-  
 nus interpretatur: & ita distinguitur, Differt autem re-  
 uersio à conuersione, quòd conuersio quidem, vtraque  
 parte simul vera sit: reuersio non omnino. Hoc Philo-  
 poni placitum est: hoc reuersionem, illud cōuersionem  
 dicere, cùm tamen in hac trium capitum disputatione  
 (conuerti) verbum vndecies vsurpetur, (reuertere) nus-  
 quam: Qualia toto Organo logico infinita commenta  
 sunt interpretum. Monetur in Organo, totam artem  
 logicam ab experientia & historia deducendam esse:  
 Res nominibus, quibus vtitur populus, appellandas  
 esse. Hæc Platonis, hæc Aristotelis, hæc veterum philo-  
 sophorum præcepta sunt. At interpretes hi, qui nobis  
 hoc Organum collegerunt, verissima illa dogmata de-  
 spiciunt, & commenta sua pro certis vsus & obserua-  
 tionis decretis temerè infarciunt. Sed tamen hanc, si  
 lubet, circulationis doctrinam in tribus figuris talem  
 cognouerimus, qualem vno exemplo proposui: quis  
 fructus? quis vsus fuerit? Nil inuentionis, nil dispositio-  
 nis est: longèque alius est circulus ille, qui in Posteriori-  
 bus, qui in argumentis omnibus est, & in omnibus  
 authori-

authoribus vſitatus, cùm ex cauſis effecta, ſubiectis  
 adiuncta, toto & genere partem & ſpeciem, definitio-  
 ne definitum, contrãue eodem modo in argumentis  
 cãteris ex relato relatum ſuum viciffim concludimus:  
 nec ſyllogiſmi hãc vlla eſt proprietã: Etenim principi-  
 um & fons, circulationis huius conuerſio eſt fallax &  
 vana: & vt antè diximus, cõmentitiã: Sed & circuli va-  
 nitas multò maior eſt omni conuerſione: Hãc enim cõ-  
 uerſa & reuerſa propositio, etiam affirmata generaliter  
 conuertitur, vt dixi: quod verum non poteſt eſſe, niſi in  
 attributis proprijs: Tum verò pone quãſtionem, quã  
 differenti propoſita eſſe debet, & quã concludi debet:  
 ſi factus erit ſyllogiſmus partibus omnibus veris &  
 conceſſis, nulla quãſtio circulandã propoſitioni vel af-  
 ſumptioni poterit eſſe: conceſſã enim ſunt, & pro veris  
 poſitã: nec, niſi inſanire voles, de re probata & conceſſã  
 diſſeras. Si ludicrum aliquem & ioculatorium ludum  
 in Dialectica quãramus, hęc figmenta fortãſſe inerteſ  
 aliquem & languidum delectarent: Verùm in prudentiã  
 & ſapientiã ſtudijs, pro ſolidis & vtilibus conſilijs,  
 inania commenta fingere, nõ eſt doctoris bene de cõ-  
 cipulorum inſtitutione ſperantis: nullus vſus eſt circuli,  
 nec eſſe omniõ poteſt vllus: Si enim, vt idẽ iteretũ,  
 ſyllogiſmus ille, vnde circulus ille efficitur, conceſſus  
 fuerit, & res ipſẽ conceſſẽ, nulla quãſtio reliqua eſt quã  
 concludi debeat: nec poteſt niſi de quãſtione diſputari.  
 ſi falſã ſint prioris ſyllogiſmi partes, quid ex negãtis  
 effici denuò poteſt? Tollantur igitur tam ridiculã fal-  
 laciã ſimplicium ingeniorum, in quibus pro ſapientia,  
 ſtultitia ſumma traditur. Neque nobis hãc Plato, aut  
 Ariſtoteles, aut Theophrãſtus, aut elegãs philoſophus  
 vllus author appelleretur: Sophiſmata, qualia hęc ſunt,  
 philoſophis non attribuo. Sit ſcholãſticus magiſter al-  
 quis expers humanitatis & vſus, vt reuera eſt, harum  
 nugarum inuentor. Quarta ſyllogiſmi poteſtas ſequi-  
 tur, de oppoſita conuerſione partium ſyllogiſmi: Ne-  
 ceſſe enim eſt conuſione conuerſa, & altera propoſi-  
 tionẽ

tionem manente, tolli reliquam, ait magister: vt in hoc exemplo:

*Omnis homo est rationalis:*

*Omne ridens, est homo:*

*Omne ridens est rationale.*

Oppositio assumptionis concluditur:

*Omnis homo est rationalis:*

*Nullum ridens, est rationale:*

*Nullum igitur ridens, est homo.*

Oppositio propositionis concluditur:

*Nullum ridens est rationale:*

*Omne ridens, est homo:*

*Aliquis igitur homo non est rationalis.*

Intereaque conuersionis huius duo genera sunt: contrarium, vt omni, non omni, & alicui, nulli: aduersum, vt omni, nulli & alicui, non alicui: prostermóque exemplo aduersa nominantur ea, de quibus cōtra symbolicum doctorem disputauius, quæ subcōtraria vocantur in scholis: quæque cōtrarium, cum simul esse possint, nihil habent, quia numero idem nihil affirmant & negant. Sed ad rem redeamus: Relata conuertuntur: propositio conuertitur: contingens conuertitur: tandem partes syllogismi contrario & aduerso modo conuertuntur. Atqui vanitatis tantæ principium requiramus: experientiam, historiam, vsus, id est Aristotelica principia in tribus hac de re vanissimis & verbosissimis capitibus requiramus: vsus non modò nullus est, sed esse nullo modo potest: Nam si primò syllogismus veris & concessis partibus concludatur, bella ista potestas longius progredi non potest: nec enim opposita concedentur: si parte aliqua dubius aut falsus est, non concluditur. Hic Logicæ & doctorem & discipulum attentum vehementer esse cupio: Multa de Organo Logico reicio, non quia eorum vsus nullus inueniatur, sed omnino quia nullus inueniri, imò ne fingi quidem possit. Ergo ad experientiam & historiam, parentem Logicæ artis redeamus: Experientia nugas istas non peperit, historia

storia non aluit: tollantur igitur: nihil est hîc inuentio-  
nis, nihil dispositionis, nihil igitur Logicæ. Quinta po-  
testas syllogismi per impossibile, quando contradictio  
côclusionis ponitur, & assumitur alia propositio, ait ma-  
gister: Contradictio autem hîc pro contradictorio su-  
mitur: id est, vt exemplis huius capituli ostenditur, pro  
generaliter aut specialiter opposito: vt si fuerit conclu-  
sus hic syllogismus,

*Omne animal est substantia:*

*Omnis homo est animal:*

*Omnis igitur homo est substantia.*

Absurdus & insulsus quispiam conclusionem neget:  
contradictio postulabitur, & propositionum altera su-  
metur, & contradictio reliquæ propositionis conclu-  
detur: vt,

*Aliquis homo est substantia:*

*Omnis homo est animal:*

*Aliquod igitur animal est substantia.*

At ignoratio Logicæ artis in his capitibus mera est:  
nulla est via inueniendi medij, nulla regula est dispo-  
nendi: Logicæ omnino nihil est. Per impossibile fre-  
quenter ratiocinantur homines & argumentantur, sed  
ista definitione, & tot capitum doctrina, ad eam dispu-  
tationem nihil adiuuatur: nec ad impossibile deductio,  
syllogismum antea factum esse perpetuò requirit: sed  
si quis sententiam aliquam dicit, nec tamen approbet,  
contradictionem postulat, cum propositione alia indu-  
bitata, vnde aliquid impossibile vel absurdum conclu-  
dit, vt aduersarius ad id confitendum cogatur, quod an-  
tea negauerat: Tales enim mathematicæ sunt deductio-  
nes ad impossibile. Iam verò si quis tam demens sit,  
qui conclusi & iam facti syllogismi perspicui & confis-  
tis conclusionem neget, quomodo posterioris per im-  
possibile confecti conclusionem etiam non negabit?  
Quamobrem deductionem ad impossibile in vtu logi-  
co positam esse confiteor, sed eius artem hîc vllam esse  
pernego: Cùm ceperis contradictionem conclusionis,  
alia

alia tibi propositio inquirenda est, & ex inuentionis locis eruenda: deinde syllogismi lege & modo disponenda. At inuentionis nullus locus hic exponitur, nulla syllogismi lex noua declaratur: valdeque ridiculum est discrimen deductionis & ostensionis verbosissime decimo quarto capite disputatum, quod syllogismus ostensiuus, duas veras & concessas propositiones habeat, ad impossibile duntaxat vnā: quasi ad syllogismi constantiam quicquam attineat, veras aut falsas partes esse, & in tota trium figurarū genesi vnum præceptum ab Analytico magistro positum fuerit, vt propositio vera esset aut falsa: demonstratum non sit, ex omnibus falsis syllogismum in omni figura fieri. Deinde differentia altera ponitur, quod ad impossibile syllogismus habeat conclusionem certam, & antè concessam: ostensiuus autem non habeat: quod secundum iam falsum esse docui, quia non semper syllogismum factum esse oportuit, vt ad impossibile deduceretur: & si maxime verum sit, tamen ad logicæ vel inuentionis, vel cōpositionis, vel resolutionis artem nil attinet. Quare bella illa syllogismi potestas è Logicis expellatur. Sexta & postrema syllogismi potestas superest, è contrariis syllogismum facere: vt,

*Nulla scientia est bona:*

*Omnis scientia est bona:*

*Nulla igitur scientia, est scientia.*

Qualis syllogismus in prima figura nullus esse potest: in secunda & tertia potest. Hæc trium capitum de hac potestate doctrina est: atque interea oppositionis & cōtradictionis genera describuntur accuratius: quāquam à symbolico authore descripta sint: Locus igitur cognoscendus. Dicō autem contrarias propositiones, esse secundū dictionem quatuor, vt omni, nulli: & omni, non omni: & alicui, nulli: & alicui, nō alicui: Secundū autem veritatem tres: alicui enim, & non alicui, secundum dictionem opponuntur tantū m. Hic locus errorem scholasticum, de quo in symbolico authore disserui, mani-

festè conuincit, & subcontrarias, quæ vulgò dicuntur in scholis, oppositionē nullam habere: nec reuera, sed solo nomine oppositionem hîc esse: vt homo pictus, secundū nomen, non secundum essentiam homo dicitur: sic,

*Aliquis homo ambulat:*

*Aliquis homo non ambulat.*

Secundū dictionem est oppositio, ait hic magister, non secundum veritatē. Itaque subcontraria ista oppositionis species, quæ vulgò appellatur, tollatur è generibus oppositionis, nec in Logica doceatur. Harum verò secundū veritatem oppositarum propositionū dico alias quidem aduersas, quæ sunt vniuersales, omni & nulli inesse: vt omnem scientiam esse bonam, nullam esse bonam: alias verò contrarias. Duo ergo in propositione cōmuni genera oppositionis hæc statuuntur, aduersum & cōtrarium, vt Analytici primi capite quinto: imò vt totis Analyticis modò dicitur, quod à symbolico authore vocatur antiphaticū, quòdque vulgus in scholis appellat contradictoriū: Antiphasis verò genus est infinitis toto opere Analytico locis: species verò, aduersum & cōtrarium: sed cōtrarium, vt in categorico & symbolico doctore, sic etiam in Analyticis aliquando genus est, vt in capite de quo nunc agimus, oppositæ propositiones diuiduntur in aduersas & cōtrarias. Sed hæc satis: ad syllogismum è cōtrariis propositionibus redeamus: experiētiā, historiam, Aristotelica denique principia requiramus. Interpretes quidam syllogismū nullum hîc esse disputāt: appellatur tamen à magistro syllogismus, & in figura & modo concluditur: & ratio est, in qua quibusdā positis, aliquid diuersum ab iis sequitur, ad quod illa posita sunt. Est igitur ex Organi definitione syllogismus: At experiētiā & vsum hîc requiro: Quis Homerus, quis Demosthenes, quis Plato, quis extra nugas istas Aristoteles sic argumētatus est: Quorum exemplorum obseruatione hoc præceptum deductum est? quis erit hîc denique trium capitum fructus? vbi doctrina hæc exercebitur? In sophismatis, ait magister

ster: sic enim ait: Illarum verò etiam, quòd in captionibus nihil prohibet fieri hypothesis cōtradictionem: vt si est par, nō esse par. Hoc extremo capite magister docet ex duobus syllogismis duas oppositas conclusiones effici posse, vt alterâ concludatur, numerum esse parem, alterâ concludatur esse imparem: vel proponenda antiphasis: vt,

*Omnis scientia est opinio & non opinio:*

Tū assumendū, *Medicina est scientia;* vt scilicet

concludatur, *Medicina igitur est opinio & non opinio.*

Exemplum græcum nonnihil turbatum est: hæc tamen est magistri doctrina, syllogismum è cōtrariis posse fieri in sophisticis captionibus, duobus modis: primū ex duorum syllogismorum duabus cōclusionibus: Deinde si proponatur in syllogismo generalis aliqua antiphasis, vnde specialis videlicet concludetur: At doctrina trium de syllogismo è cōtrariis capitum, his cōclusionibus non conuenit: sic enim liceret in prima figura è cōtrariis syllogismum concludere, contrā quàm à magistro præceptum est. At etiam in secundo modo antiphasis ista propositionum non fuerit, sed terminorum, quæ non duas propositiones oppositas hîc efficit, sed vnus tantū propositionis categorema: & in secūdo modo fuerit minus absurdum propositionis, quàm cōplexionis antiphasim cōfiteri: Imò verò tam absurdum, vt in hominis iudicium tam absurda cogitatio cadere posse non videatur. Quamobrem doctor noster in hac vniuersa syllogismorū potestate, declarat se prorsus ignorare inuentionis & dispositionis, id est totius Dialecticæ potestatem. Agite enim, medicus existat, qui noua & inaudita nobis herbarum genera somniando conceperit: quæ quo terræ loco, qua cæli regione nascantur, nesciat: quos vsus, quas commoditates habeant, ignoret: imò verò quales gigni nulla ratione possint: attamē nobis illa venditare, & velut singularia quædam medicinæ mysteria commemorare ac prædicare audeat: nunquid huic medico Anticyras petendas decernemus?

At hic argutus sophistes, qualis tandem non corporis, sed ingenij medicus videbitur? Dicat enim, quibus in oratorum & poetarum campis, quorum philosophorum in syluis steriles istæ syllogismorum avenæ gignuntur: ad quos humanæ vitæ morbos propulsandos, ad quam mentis sanitatem tuendam adhibeantur: obmutescere opinor, hoc loco, neque enim proferre vllum exemplum Homericum aut Platonicum: imò verò ne Chcerileum quidem vllum testimonium poterit: nulla pars cōsuetudinis humanæ tam turpiter vnquam delirabit, vt istis medicamentis egeat. Errare & labi dico magistrū hunc analyticum: erroris & lapsus sui iudicem magistrum ipsum appello. Experientiam & historiam, omnium artium parentem esse dicit: At inquam, experientia & historia istas potestatum syllogisticarum nugas nō peperit: an igitur earum nō est, sed artis inscitia & ignorantia. Expositæ sunt adhuc septendecim capitibus, syllogismi potestates, vel reliquæ, vel materia: quo enim nomine tanta vanitas esset appellāda, ne ipsi quidem interpretes inter se consentire potuerunt: quæ proximis quinque capitibus præcipiuntur, de syllogismi vitis ad analysis referenda sunt, ad quam etiam errores eiusmodi antea relati sunt: Omnia siquidem disputationis vitia, in analyseos considerationem cadunt. Est verò miranda in his perissologia: quæ enim vitia de petitione præcipij, Nō propter hoc accidere falsum, de falsa ratione, cata syllogismo, elencho, fallacia secundum opinionem dicuntur, eadem rursus in Posterioribus, Topicis, Elenchis repetuntur: tam verò insulse temereque huc aggregantur, vt nusquam inter interpretes dissensio sit maior, quid hîc Organicus author sibi voluerit. Decimum igitur octauum est caput de vitio omnium, quæ in Dialectica sunt & Logica, maximum, & maxime Logici Organi præceptis damnatum, de petitione eius, quod in principio est: id est cum quæstione ipsa (de qua agitur, & quæ est in principio, & quæ primum ponitur) non probamus, sed sine probatione, quasi gratis cōcedi nobis



nobis & credi petimus: Mathematica autem dictio hîc est: Sic enim Euclides numeros appellat, qui à principio, item qui in principio, cùm propositos numeros significare vult. Ergo vt terminus, syllogismus, mediû, figura, analysis, genesis, sic quod est in principio, à Mathematicis profectû est. Et petere propositû, modò dicitur petere, quod erat in principio: Quod obscuritatis summum est vitium: in quo refellêdo, & de Logicis artibus expellendo, tantoperè laboramus: quotquot enim obscuritatum myriadas notauimus, tot eius, quod in principio est, petitiones & postulationes notauimus. Quare vitij huius descriptionem videamus: quot modis fiat, animaduertamus: & tam odiosum, tàmque verè Logicæ infestum vitium fugiamus: in hac tamen doctrina analyticam virtutem contrariam cõsideremus, & quâ perspicuè de obscuritate magister hîc philosophetur, attendamus: Quod in principio est, petere & sumere, est (vt summam dicam) propositum non demonstrare. Hęc definitio magna est & lata: & quicquid est in inuentione aut dispositione vitiosum, complectitur: Demonstratur perspicuè res & docetur vniuersæ inuentionis & dispositionis virtute: demonstratur obscure vniuersæ & inuentionis & dispositionis vitio. Hęc definitio nimis ampla est: De obscuritate loqui vult hîc magister, tanquam de vno speciali vitio non omnia complecti cogitat: hoc superuacuû in definitione. Hoc verò multis modis accidit: Etenim omnino syllogismus non efficitur, & si per ignotiora aut similiter ignota, & si per posteriora, quod est priùs: demonstratio enim fit ex probabilioribus & prioribus. Partitio quatuor membrorû hîc est, vt interpretes aiunt: aut certè trium, vt secundû & tertium vnâ cõprehendantur. At certè vnicum proprium est, reliqua superuacua. Si syllogismi nomine, syllogismus plenus & omnibus partibus absolutus intelligitur, quid potest hoc præcepto stultius esse, cùm aurea illa analyseos regula monuerit, partes syllogismi modò has, modò illas frequenter deesse, nec syllogismû

V iiii tamen

tamen iccirco reprehendendū esse? Si nomine illo intelligatur quæuis argumētatio, ex cuius antecedente consequens non concludatur, omnes hīc rursus & inuentionis & dispositionis culpæ inesse poterunt, quæ conclusionē impediunt: atque hoc præcepto nihil hīc exponetur. Ergo qui problema non concludit, postulat quidem & petit, quod erat in principio. Sed hoc præcipere, speciē erroris huius nō est exponere, sed genus propositum repetere: & idem sit non demonstrare & non concludere: Secundum & tertium, huius præcepti propria sunt: & obscura disputatio est, quæ ignota, vel ignotior problemate: sed ē duobus, vnicum est ignotius, ignotissimum etiam ignotum est. Denique cū nihil vides, quanta caligo sit, ad videndum, nihil interest: sic ad obscuritatem mentis & cæcitatem, cū nihil intelligitur, nihil probatur, id sit ignotius, ignotissimum, nil interest: hoc vno tenetur obscurum, quia ignotum. Quartum nō conuenit: potest enim quod naturā aut tempore posterius sit, tamē aliquando clarius esse: sic ex effectis causæ, adiunctis subiecta, specie genus aliquando probatur. Denique petere problema & quod erat initio positum, est cū problema sit obscurum, rationem ad illud probandum, obscuram proponere: qualis est ista petiti principij doctrina, quæ ignoranti discipulo tam obscura est, quā quid sit illud ipsum, petere quod est in principio: Tam tenebricosus & obscurus est analyticus magister, vt non solūm cū de cæteris rebus, sed etiam cū de obscuritate ipsa præcipit, nō possit non obscure præcipere, & seipsum sua lege non damnare. Ad has obscuritatis causas aggregat magister conclusionem ex illis quæ conuertuntur. At inquam, demōstrationes Aristoteli singulares & eximix ē conuersionibus deducuntur, quia ex causā, quæ propria, quæque ideo conuertitur. Ergo clarissimū lumen, doctoris huius iudicio caligo fuit. Hīc interpretes ad hunc errorem excusandum valde sunt occupati: Postremò petiti principij, id est problematis & quæstionis, alia sit demonstratiua secundū veritatem,

ritatem, alia Dialectica secundū opinionem: quod ex illa Dialecticæ & Logicæ scissione, de qua primo libro, deductum est. Quamobrem cum Organi cōpositor tam obscurus esse statueret, vt interpretes aiunt, saltem nobis causas obscuritatis perspicuè declarasset, vnde ipsum tam obscurum esse cognosceremus. Certè ( vt ad analysim hīc aliquid referamus ) qui obscure differit, & tamē sibi credi vult, petit & postulat ipsum propositum: ipsum primum, ipsum denique disputationis principiū sibi concedi & credi: quod omnibus inuentionis & dispositionis vitiis effici potest: tamen potest ab iis etiam separari, potestque aliquid non demonstrari, quanuis obscuritas nulla sit, ex manifestè falsis videlicet. Meminerimus igitur in examinando opere & retexendo, videndū esse maximè, ne quid sit obscurū: id enim sophisma summū est, summæ quippe docendi laudi & virtuti, id est perspicuitati oppositum. Propositum Organi Logici, & quod in principio positū est, quid sit Logica: At videmus quanta obscuritate per Categoremata, Categorias, Interpretationē, Analytica, Topica, Elenchos, id explicetur. Obscuritas ab Organi cōpositore vituperatur & dānatur: verū iudicium laudo: Obscuritas (quod ipse tamen non credo) sed vt interpretes Organi profitentur, etiam de industria à doctore affectatur: hoc ego non laudo: sed quia de industria magister obscurus, id est, in docendo vitiosus esse voluit, tantò magis accuso & vitupero: Non enim qui prudens & sciens peccat, excusandus, sed eò magis arguendus. Meminerimus igitur in exemplis examinandis & retexendis, videre ne quid sit obscurum, & ne quando problema postuletur: quod idem rursus in Topicis & Elenchis inaniter repetitur. Secundum vitium est, non propter hoc accidere falsum: vt si tortuosum hoc sophisma contexatur,

*(Omnis equus est animal:*

*Omne animal est equus:*

*Omnis homo est animal:*

*Omnis igitur homo est equus.)*

Et

et sophismatis caussa, dicatur esse propositio primæ vitij huius exemplum erit: non enim propter eam falsum accidit, sed propter secundam: Omne animal est equus: modi duo vitij huius describuntur: at genus ipsum clarius est: Appellatur, inquit hic magister, hoc vitium in Topicis, Non causam vt causam ponere: quod vtrunque sic adhibitum, Logicæ analysios præcipuum præceptum nullum est. Fuerit autem, si ad causæ locum referatur, quod aliquâdo pro causis, factis, dissentaneis ponantur, quæ talia non sint: & analysios consideratio propria hæc est, & ad inuentionis locum de causis pertinet. Est autem interea hoc loco notandum, citari è Topicis, quod in Topicis hodie non legitur, sed Elenchis. Interpretes hinc sollicitos esse scio, sed ab ignaris, experientia & vsus vanas distinctiones & captiones nõ audio: retinere quoque modo conceptam de Organo licet absono & absurdo, tamen Organo suo opinionem volunt: nec vident, vel ex historia Laërtij, vel conuersione Ciceronis, Topicos Aristotelis libros, cum Topicis Organi non conuenire. Atque hic compositor, qui sic Organum composuit, ad analysim nõ tantum vitia adhuc descripta, sed quæ deinceps in Analyticis, Topicis, Elenchis describentur, siquid tamẽ Logicum vsu adiuuet, aggregare debuit: ad eam enim propriè pertinet in examinandis exemplis, nõ solùm virtutis, sed vitij meminisse. Ad analysim igitur, obscuritatem referamus: item non causam vt causam. Vicesimo capite de falsa ratione, de crypsi, id est occultatione, de Elencho dicitur: falsa ratio, si vtraque syllogismi propositio, aut altera falsa sit. Hoc omnino Logicæ præceptũ præcipuũ nihil est: falsa propositio ex argumētis singulis efficitur, si nõ causæ vt causæ, non facta vt facta, nõ subiecta vt subiecta, non definitio vt definitio, cæteraque similiter falsa pro veris assumantur. Illud speciale falsi præceptum erat, generale autem hoc nihil adiuuat: De hac autem vanitate in Topicis rursus erit & Elenchis, vt perissologia perspiciatur. Secundo loco de crypsi, occultatio-

ne cauenda primùm, deinde statuenda. Ne verò præuertamur & succumbamus, quando conclusione dissimulata argumentum interrogatur, prouidendum ne bis idem concedatur: illud enim bis dictum, medium & argumentum est, unde componitur syllogismus: Contrà cum ipsi aggredimur, & contrà differimus, imprimis conclusiones non proponantur, sed dum necessariae propositiones conficiantur, obscure & occultè lateant: tum longinqua interrogentur: ordo partium conturbetur. Hæc de crypsi ad analysim obscuritatis pertinet, & ad methodum prudentiæ, magnum usum habent, aliquando occasione aliqua necessarium, sicuti Dialectica nostra docet. Sed eadem de re dictum & aliquid antea est Analytici primi capite vicesimo quinto, & rursus multò pluribus postea in Topicis agitur: Crypsim igitur ad analysim nostræ Dialecticæ refero, & ad prudentiæ methodum aggrego. Postremò definitur Elenchus, syllogismus antiphascos: quo nomine, vt antea dixi, significatur in Analyticis frequenter oppositio quæuis propositionum seu generalis seu specialis. Sed præceptum hoc & falsum & inutile: nec enim syllogismum plenum esse necesse est, vt aliquid refellatur: nec per solam antiphasim, sed argumentis omnibus refutamus: hinc Logicum nihil est. Vicesimum primum caput est de opinionis errore & fallacia: quod præceptum prolixè, sed ineptè traditur: quasi non omnis error & fallacia sit opinionis, & hoc præcipere, sit Logicæ discipulum quicquam adiuuare. Est autem inter exempla capitis, huius soluta Menonis dubitatio, Inventionem nullam esse, quia si nescimus, etiam inuentum non agnoscemus: si verò scimus, frustra quærimus. Scimus ait magister, generali scientia, speciali nescimus: Scientia generali, specialia contemplamur: singulari verò & propriâ nescimus, & tanquam agendo: Nam scire, tribus modis dicitur, aut enim scientia generali, aut speciali, aut actu & opere.

Itaque fieri potest, vt generali scientia aliquid sciamus, quod opere, exemplo, aut experientia nesciamus: Scientia Logica, quę cognita adhuc est nostris hominibus, scientia generali, & ea qualicunq; cognita est: vsu verò & opere prorsus ignorata. Atque in hoc capite licet vtile nihil sit, potest tamen hoc exemplum summę utilitatis nos admonere: Cuius gratiã tantos labores, & tam diuturnos sustineo, vt Logicę artis vsum nostris scholis afferam: persuadeámque, quanuis omnia præcepta scient: totam vitam disputata, memoriã teneant, ob id tamen nisi sese in analysi & genesi exercent, opere (ad quod ars refertur) rerum ignaros & imperitos esse. Vicesimum secundum caput est de conuersione terminorum: Quando verò conuertuntur extrema, necesse est medium cum ambobus conuerti: vt in syllogismo,

*Omne rationale, ridens:*

*Omnis homo rationalis:*

*Omnis homo, ridens:*

Quia homo & ridens conuertuntur vicissim, medium rationale cum vtroque conuertetur, & hac conuersionis permutatione, syllogismi partes ex alijs alijs concludentur: vt,

*Omnis homo est rationalis:*

*Omne ridens, est homo:*

*Omne ridens est rationale.*

Per conuersionem conclusa est maior propositio, & conuersa sic potest minor conuerti:

*Omne ridens, est homo:*

*Omne rationale est ridens:*

*Omne rationale, est homo.*

Per conuersionem conclusa est minor propositio: quę subtilitas, superiorum potestatum vanitati par est: inuentionis nihil est, nihil est dispositionis: imò ne potest quidem: Rerum est ea societas & communio, quę sine syllogismo perinde conuertitur & iudicatur: Nulla species argumenti noua est: nulla regula syllogismi noua

noua est: res etiam mathematicis proportionibus sic  
 inuoluitur, ut totis Analyticis, affectationis mathema-  
 ticæ vanitas magis aliena nulla fuerit. Ex hoc capere  
 nihil ad propositam Dialecticam referre possumus.  
 Meminisse verò possumus, quanta quàmque horribilis  
 duobus totis his Analyticis caligo ex vno conuersio-  
 nis commento nata sit: conuersionum quædam vera &  
 naturalis est, ut antea monui: qualis est terminorum  
 relatorum, & in rebus, quæ sunt inter se propriæ, ut de-  
 finitio, definitum, proprium, adiunctum, & proprii ad-  
 iuncti subiectum: qualis item est secundum oppositio-  
 nem in contingentibus propositionibus: In eaque con-  
 uersio valet ex communiōe rerum & consecutione,  
 non consecutio ex conuersione. Conuersio aliquando  
 significat oppositionem: quo ferè sensu sunt illæ dissi-  
 militudines, Non viuo ut edam, sed edo ut viuam. Quæ  
 omnia laudo & probo, & eorum parentem experiēti-  
 am agnosco. De quibus singulis suo loco separatim  
 præcipiendum est, in adiunctis propriis, in relatis, in  
 contradicentibus, in comparatis, definitione, quia hæc  
 conuersio illis adiūgitur. Præcipuum verò de omnibus  
 nullum in Logica præceptum debet esse: conuersio au-  
 tem illa propositionum initio posita cum tota commē-  
 titia & sophistica est, tum maxima & præcipua confusi-  
 onis vniuersæ causa. Sed reliqua videamus: Sex capita  
 supersunt de tribus nouis argumētationis formis, quas  
 magister putat de inductione, exemplo, enthymemate.  
 Viceßimum igitur tertium caput est de inductione: Quid  
 verò sit inductio perobscure declaratur: nec ab inter-  
 pretibus intelligitur, quomodo syllogismus per mediū  
 cōcludat maius extremum de minore: inductio maius  
 de medio per minus: ut,

*Expers cholerae, est longæuus:*

*Homo, equus, mulus, est expers cholerae:*

*Homo igitur, equus, mulus, est longæuus.*

Si igitur conuertatur minus, & non superet medi-  
 um, necesse maius extremum medio per inductionem  
 esse:

esse: Sic videlicet:

*Homo, equus, mulus, est longæuum:*

*Omne expers cholera, est homo, equus, mulus:*

*Omne igitur expers cholera, longæuum.*

Hic interpretes valdè impediuntur, secus tamen expediri non possint. Proponam aliud exemplum, quod facilius res agnoscat: Problema sit, an homo & bestia sentiant: medium, sit animal: syllogismus ita fiat:

*Omne animal sentit:*

*Homo bestiaque, animal est:*

*Homo igitur bestiaque sentit.*

Syllogismus est: Ad doctoris huius legem problema mutetur, & sit, an animal sentit: medium sit è partibus (homo bestiaque:) inductio erit:

*Homo bestiaque sentit:*

*Animal, homo est aut bestia:*

*Animal igitur sentit.*

Hoc magister ipse voluit dicere: & syllogismum ab inductione ita distinguere, quasi syllogismus ex toto partes, inductio ex omnibus partibus totum concluderet: Inductio esset nobis quidem euidentiore, syllogismus autem naturâ notior. Discriminis huius pars non falsa est: Inductio enim propriè, est partium enumeratio ad totum concludendum: tamen aliquando etiam multorum vel similium vel dissimilium enumeratio ad simile vel dissimile concludendum: eaque sensibus euidentiore: Syllogismus autem à toto procedens, ad partem naturâ, id est menti, ut interpretibus placet, notior: pars non vera: syllogismus enim ex tali medio, quod maius sit minore extremo, non semper efficitur: imò in aliqua figura contra medium pars est aliquando minoris extremi, ut in tertia: nec ad syllogismi naturam interest, quo argumento concludatur: Syllogismus enim, lex dispositionis est & regula: Inductio, est inuentionis & argumenti nomen: nec verè dicitur primæ & immediatæ propositionis: nec enim partium inductione duntaxat colligitur totum, sed ex toto pars etiam demonstratur.



stratur. Platonice vel Aristotelice experientie hinc nul-  
 lum documentum est: scholasticę inertia somnium est,  
 de categorico aliquo medio, quia in Categoria, partes  
 infinite sunt non medie. Hic videlicet fons est infinite  
 caliginis, de qua tam sæpe iam dixi: Categoriata,  
 Categoria, & tam multa logicę inuentionis impedi-  
 menta ab vno categorematis commento orta sunt: At  
 disputationis humanę & naturalis, experientia & hi-  
 storia, tale nihil docuit: In naturali vsu media hæc non  
 appellantur, sed ratio, probatio, fides appellantur, vt in  
 Porphyrio & Rhetoricis Aristotelis docui: imò ( vt lo-  
 cus in hoc capite loquitur ) quæcunque fides & proba-  
 tio, & secundum quamcunque fuerit artem, nunc di-  
 tendum fuerit. Hinc quoduis argumenti, imò etiam ar-  
 gumentationis genus, fides appellatur. Atque hinc quã-  
 uis argumentationis nomine inductio tractetur, tamen  
 inductionis locum, vt veritas requirit, faciemus, & ad  
 Dialecticam nostram referemus: Antea malitiosè &  
 imperitè damnatus est diuisionis locus: in partium in-  
 ductione & enumeratione approbatur & laudatur.  
 Hunc igitur fructum ex Analytici doctoris inconstan-  
 tia & incertitia feremus. Vicesimo quarto capite de ex-  
 emplo agitur: Exemplum est, quãdo medio extremum  
 inesse monstratur, per simile tertio. Oportet verò etiã  
 medium tertio, & primum simili notius esse: vt,

*Bellare cura finitimis, malum: vt,*

*Bellum Thebanum contra Phocenses:*

*Athenienses contra Thebanos bellare, id ipsum est:*

*Malum igitur.*

Hæc doctrina, hoc doctrinæ exemplum est, vnde  
 agnoscimus, exemplum, esse propositionis maioris ap-  
 probationem, quæ propositionis minoris aliquid simile  
 habeat: exemplum, argumenti non argumentationis  
 speciem esse: neque hinc ullam disponendi argumenti  
 (quod argumentationis tamen proprium est) speciem  
 proponi: fallique vehementer, qui exemplum, argumen-  
 tationis

tationis speciem faciunt : Denique magister hic exemplum, probationem partis ex parte esse concludit, vnde syllogismus copuletur : eoque ab inductione differre, quòd hoc ex omnibus indiuiduis concludat totum, neque syllogismum copulet. Discrimen est ineptum : potest enim inductio ad partem syllogismi probandum adhiberi, vt exèplum : nec exemplum semper ex simili sumitur, sed aliquando ex dissimili : vt Camillus Rempublicam restituit, Cæsar oppressit : Aliquando ex specie : vt, Tyrannorum exitus miserabiles, sicut Dionysij, Neronis. Nec omnino exemplum, argumèti genus est, sed ex omnibus ferè locis sumi potest : neque syllogismum esse necesse est, sicuti magister hic docet, vt sit exemplum. Atque in extremo capite, inductio & exemplum à syllogismo ex positis differentijs fatuè distinguuntur, quòd syllogismus à toto ad partes, inductio à partibus ad totum : exemplum à parte procedat ad partem. Ex hoc verò capite, exempli vsum ad Dialecticam nostram referemus. Vicefimo quinto capite de deductione, cum propositio certa quidem sit, sed assumptio incerta quidem, similiter tamen probabilis atque ipsa complexio : vt,

*Scientia potest doceri:*

*Iusticia, scientia:*

*Iusticia potest doceri.*

Hæc definitio, hoc exemplum nil definit, nil ostendit : suspicor verò aliquid hinc de vsu inductionis & exempli fuisse, quæ ad prosyllogismos & dubias syllogismi partes confirmandum assumerentur, quod de inductione dictum est Analytici primi capite vicefimo quinto, & de exemplo, capite vicefimo quarto huius : & hæc dubiarum partium approbationem, inductionem dici quo nomine tamen prius ad impossibile syllogismus dictus est. Hinc nihil ad Dialecticam nostram referre possumus. Vicefimum sextum caput est de instantia. Instantia autem, est propositio propositioni contraria. Ridiculum est item hinc propositionis & instantiæ discrimen,

men, quòd illa sit vniuersalis, hæc specialis: & quòd instantia non in omni sit figura. vtraque enim & vniuersalis & specialis, & in omni pariter figura: instantia ad antiphasim propriè redigitur, tametsi potest etiam è ceteris dissentaneis resisti: deinde instantia informata potest omnibus argumētis approbari. Sed de instàtia rursus in Topicis agetur. Capite vicesimo septimo definitur ex commento aliquo scholastico, nulla prorsus ad institutum ratione, sed definitur verisimile, propositio probabilis: deinde signum, definitur propositio demonstratiua, aut necessaria & probabilis: Commentum hoc est, nihil ex vsu parente deductum. Postremò definitur enthymema, syllogismus imperfectus ex verisimilibus aut signis. Syllogismus parte aliqua imperfectus, nominetur (si lubet) enthymema, non recuso: tametsi *ὀρθόμμηνα*, Græcis omnem sententiam significat, & eam præcipuè, quæ sit ex contrariis: nunc verò ex verisimilibus aut signis, quid ad enthymematis definitionem? Syllogismus perfectus definitur, in quo quibusdam positis, aliud ab iis diuersum necessario sequitur, eò quòd illa sunt, ex verisimilibus aut signis: Quid inquam, hoc additamentum definitioni perfecti syllogismi afferet? nò minùs ridiculū est, quòd signum per tres figuras diuiditur: quam fatuitatem sæpe antea reprehendi, quòd argumenta & inuentio, in syllogismis & dispositionis arte turbarentur. Coniectura postremò additur, quasi medium verisimilis & signi: commentum est & placitū otiosi & inertis somnij. Aggregatur ad extremum physionomia, occasione videlicet verisimilium & signorum & coniecturarum, quemadmodum ex similibus in alio animalium genere signis & notis, de naturalibus affectionibus iudicetur: quod physicum, si suo loco diceretur, aliquid esset: hinc temerè, vt verisimile, signum, coniectura, est confusum: nec hinc quicquam ad veram Logicam referri potest: siquid hinc est artis, physice artis est, non logicæ, vt de motus generibus in Categoris antea dixi. Sed iam tempus est, vt priorum

Analyticam quæstionem & disputationem concludamus: Cognouimus adhuc quàm defectus varius sit, quàmque multiplex redundantia: Logicam vniuersam Analyticis prioribus complecti compositor Analyticus voluit: Debuerat itaque, vt iam sæpe dixi, & definire & diuidere, & tandem partes definitas & diuisas exemplis illustrare. At non iam repeto, Logicam initio non esse definitam generaliter, non distributam vniuersè: sed partes ipsas (quas complecti magister voluerat) inuentionem, compositionem, resolutionem, quàm miserabiliter afflictas videmus? Inuentionis partes summæ decem sunt, causæ, facta, subiecta, adiuncta, opposita, nomina, cõparata, tributiones, finitiones, testimonia: Oppositorum locus videtur in Analyticis dånari: tributionis certè locus planè damnatur: adiuncta & definitio, symbolis priorum adiunctorum & definitionis non definiuntur aut explicantur, sed vix attinguntur: de cæteris tacetur: tota inuentio ad syllogisticam antecessionis & consecutionis regulam alligatur: Sed inuentionis defectus fortasse excusetur, & in Topicis inuentionis præteritæ exposita esse dicetur. Compositio & dispositio locis aliquot nominatur, sed ita vt quiduis potius magister hinc, quàm dispositionis, veluti logicæ artis lumen spectasse videatur: Non ponitur initio genus ipsum: nõ diuiditur in propositionem, syllogismum & methodum: propositionis doctrina nulla integra declaratur. Syllogismus (deus bone, meminisse horret) quot obscuritatum nubibus obrutus est? Definitio enim obscura: partitio non modo omissa de simplicibus & coniunctis syllogismis, sed in simplicium figuris, omnes syllogismi falso positi: cum tamen magister ipse non solum exemplis, sed regulis vtatur coniunctorum: & de propriis nihil est præceptum Commentitorum verò principiorum, dici de omni & nullo: conuersionum, omni inesse, nulli inesse, per eaque reductionum & demonstrationum de rectis & obliquis conclusionum modis, quanta caligo cumulata est? Quid tres figuræ syllogismorum in tam infinitam caliginem demersæ, sexies repetitæ in absolutis, in necessariis, in cõ-

tingentibus, in necessariis & solutis, in necessariis & cō-  
 tingentibus, in contingentibus & solutis? quid inquam,  
 figuræ illæ tres toties iteratæ, vanæ & nugatoris obscu-  
 ritatis non habuerunt? quid syllogismi ridiculæ illæ po-  
 testates, quam mentis impotentiam, & iudicij inopiam  
 non ostendunt? Ergo in genesi cū ille defectus est (quod  
 prima definitionum partitionumque lumina detracta  
 sint) tum redundantia in tanta vanitate & inanium re-  
 rum aggregatione multò magis admiranda. Quid verò  
 analysi? quàm multis necessariis monitis destituta? quàm  
 multis superuacuis onerata? De examine inuentionis,  
 sicuti ferè propositionis, nil separatim præceptū: de exa-  
 mine syllogismi tria postrema capita, quod syllogismus,  
 ad impossibile nō retextitur: quod figura alia in aliã re-  
 textitur: & postremū caput de sophismate finitarū & in-  
 finitarū propositionū, logicæ analyse nil habet. Verū-  
 enimverò bonū quod ex prioribus Analyticis erui po-  
 test, id potiùs amplectamur. Logicæ definitiones, parti-  
 tiones primæ nominatim & loco positæ nō sunt, tamen  
 è prioribus Analyticis erui possunt: de locis inuentionis  
 adiūcta, opposita, partes, definitio: è dispositionis gene-  
 ribus simplex & cōmunis tū propositio, tū syllogismus:  
 de methodo prudētis, crypsis erui potest: Analysis logicæ  
 hypotheseos, nō modò pars, sed prima summæque pars  
 efficitur, vnde totū opus Analyticū nominatur. Analy-  
 sis appellatur cōfirmatio & illustratio inuentionis, com-  
 positionis: & verè appellatur: est enim logicæ artis pri-  
 ma informatio, meditatio, exercitatio: per eam siue scri-  
 bamus, siue dicamus, disputationem examinamus &  
 retextimus. Ergo tam singularem logicæ facultatis partē  
 iam toties adhibitam, hoc præsertim loco adhibeamus:  
 genis etiam, vsūque logicæ & inuentionis & dispo-  
 sitionis requiramus: Est enim logicæ artis pars longē  
 maior & excellentior, quàm nostrarum scholarum do-  
 ctoribus vulgò videatur, qui nullam eius exercitationē,  
 nisi contentionem de præceptis & altercationem putāt:  
 De poëtæ, oratoris, philosophi, omnis denique homi-  
 nis, tua etiam vel scripta vel meditata tantum sententia,

& disputatione statuere vis? propositiones consideran-  
 dæ, quomodo pro veris assumptæ sunt: partes in pro-  
 prium inuentionis locum resolue: ne quid in iis vitij sit,  
 aut obscuritatis aut falsitatis, & reliquarum captionum,  
 circumspece: Hæc inuentionis & propositionis analysis  
 est: conuerte te ad alteram scholam: Syllogismum rete-  
 xe: siquid desit, exple: siquid supersit, adime: tum figu-  
 ram & modum dispice. Eandem analysim & partium &  
 vniuersi, idẽ examen in deliberationibus, in causis fo-  
 rensis, in rebus omnibus & lectis & auditis & medi-  
 tatis adhibe: pro sancte Deus atque æterne! quã repe-  
 ries nostra (quæ vulgo nominantur) iudicia, præcipites  
 & cæcas affectiones ex amore, odio, indignatione, com-  
 miseratione, spe, desperatione, voluptate, dolore, & ca-  
 teris hisce affectibus conclusas esse! Atque exercitati-  
 onis & vsus huius, quem syllogismi esse dicimus, gratiã,  
 exempla quædam liceat è disputationibus superioribus  
 repetere. Vtilis & vera doctrina est conuersionum &  
 præcipiorũ dici de omni, dici de nullo: omni inesse, nulli  
 inesse, vt docet Analytici operis compositor. Quamo-  
 brem? quia Aristoteles eam tradidit: Hoc verò non est  
 iudicare, sed quod simpliciter & imperitè credis, effu-  
 ire. Quid si Aristoteles has nugas nunquam docuerit: vt  
 credo: quid si etiam docuerit? Redeamus ad regulam  
 syllogismi, examinemus hoc tam fallax iudicium:

*Quod ab Aristotele traditur, est verum & vtile:*

*Conuersionum, reductionum, & reliquorum principiorũ  
 doctrina ab Aristotele tradita est:*

*Est igitur vera & utilis.*

Heu mentes hominum à mente tam vehementer  
 auersæ! quale est syllogismi huius principium? quia non  
 erroris solùm & falsitatis, sed summæ impietatis pleniũ.  
 Quàm enim multa falsa & impia tradit Aristoteles, qui  
 mundum & æternum, & fato astrictum, qui mortales &  
 animos, qui hominis felicitatem & ab homine inchoati,  
 & in homine terminari, sicut alia permulta tam nefariè,  
 tamque impiè fabulatur? Descriptio Dialecticæ per in-  
 uentionis & dispositionis definitiones & partitiones, &

exemplorum explanationes, res est arida & exigua, dixerit aliquis. Quid ita? Quia Ramus, homo nouus, hanc nouam nobis doctrinam attulit. O me infelicem, si logicè isto modo & rectè de Logica iudicatur! At ista noua doctrina, vetus Aristotelici Organi doctrina est: Aristotelicis principiis experientiae, historię principiis, omnino de materia formaeque artis ab Aristotele traditis fundata: Et quod adhuc disputauit, ex Aristotelicis principiis disputauit. Cōclusiones duas in Dialectica & Animaduersionibus disputauit: prima est ad verum artis Logicae vsum colligendum:

*Naturalis rationis vera et absoluta descriptio, Logica vera est:*

Analytici libri propositionem istam approbant: experientia, historia in Analyticis celebrata collaudant.

*Institutio per inuentionis & dispositionis species & partes, est verae naturalis rationis & vsus, absolutaeque descriptio:*

Huius assumptionis veritatem Analytica quoque suppeditant, totamque hypothesim Logicae artis in inuentione & cōpositione collocant, & analysi confirmant:

*Est igitur vera Logica.*

Secunda ad falsum refellendum ex eodem argumento contra Organicae Logicae compositorem sic est:

*Vera logicae artis descriptio proficisci debet à naturalis rationis & vsus obseruatione:*

*Organicae Logicae confusio per Categoremata, Categorias, Interpretationē, Analytica, Topica, Elenchos, non est ab obseruatione naturalis rationis & vsus profecta:*

*Organica igitur Logicae confusio non est vera Logicae artis descriptio.*

Considerate, doctores huius artis & magistri, priorem illum syllogismum: versate propositionem, inquirete in assumptionem, coniunctionem partium vniuersam accuratè considerate: id est dialecticè, sicut ratio ipsa dicit, seu logicè iudicate. Dialectica nostra in eo syllogismo est: quae si quid peccauerit, Logico & Dialectico iudicio se reprehendi, non modò modestè, sed lubenter ac lætè feret: Aristotelica principia, expe-

rientiam, historiam consequi vult: si non assequere  
 admoneri & dirigi cupit: Conuertite iudicium vestrum  
 ad alteram syllogismi secundi speciem: propositionem  
 intentis animis expendite: assumptionem æquis animis  
 disceptate: totam denique conclusionem seuerè exami-  
 nate: Animaduersiones Aristotelicæ sunt: hæc verè & in-  
 corruptè de propositione dubia iudicandi regula est, quæ  
 contra Organici compositoris tenebras, contra publi-  
 cæ calamitatis sophismata defendo & vindico: doctri-  
 nam eius clarissimam doceo, quam Organicus magi-  
 ster confundit: vsum eius in omnibus dubiis propo-  
 sitionibus æstimandis & iudicandis ostento, prædico, ce-  
 lebro: Doceo hanc esse vnicam & singularem, & com-  
 munem rerum vniuersarum, & tamen etiam propriam  
 singularium, qua verum & falsum in omnibus dubiis  
 propositionibus percipiatur: tantæque veritatis aucto-  
 ritatem ex Analyticis repeto: Quicquid temerè conclu-  
 dendo peccat homines, errore syllogismi & ignoratio-  
 ne peccant: quicquid verè & constanter concludendo  
 iudicant, id syllogismi veritate ac constantia iudicant.  
 Hoc aureum & cœleste Dei omnipotentis donum ame-  
 mus & colamus: hoc lumen est omnibus (quæ toto ce-  
 lo nitent) sideribus longè clarius, longè diuinius: hoc lu-  
 mine, peritorum, imperitorum, senum, iuuenum, omnis  
 denique ætatis & ingenij conclusiones confirmantur:  
 hoc lumine homines cum beatis illis mentibus comu-  
 niter fruuntur. Quare faciamus imposterum, vt tantum  
 Dei donum, non ad nugatorias de præceptiunculis so-  
 phisticis altercationes, sed ad vsum prudentiæ, ad huma-  
 nitatis subsidium, ad vitæ auxilium referamus: & desi-  
 namus iis irasci, qui omnium possessionum, quas homi-  
 nes habent, pulcherrimam tenebris liberare, & in lucem  
 proferre cõtendunt: Qui Aristotelis Logicam (siquid nome-  
 hoc rei est) ab inertis & ignaui interpretis & compositoris  
 inscitia vindicant, & ordine ad vsum potiore & facilliore  
 collocant: qui ex Aristotelis sententia, Logicam analy-  
 ticè tractant: imò vt genesim quoque proponamus, qui  
 non solùm interpretando, sed imitando, meditando, scribendo, di-



cēdo, exercēt: Opificū industriā in Porphyrio cū philoso-<sup>or</sup>phorū nostrorū inertia cōparauī: Logicos logicis præceptis eruditos, vsū nō instructos, mortuos Logicos in Ca-<sup>mentum</sup>tegoriis appellauī: Heliogabali nequitia, scholasticæ nostrorū tēporū ignauæ similē in symbolico doctore cōstitui: Iā nostra monitione nihil hīc opus est: analyticæ doctrinæ authoritas hāc seueritatē sibi sumit. Analytica exeres in disputatione de analyticis præceptis: vsū eorū in poētis & oratoribus, philosophis, in ipsis denique Analyticis explicādis nullū ostēdis: Analyticus author errare te & labi coarguit: Logicæ hypotheseos finis est, rei propositæ rationes et argumēta inuenire, cōponere, resolvere, vt docet analyticus magister. Tu clamādo de præceptis et altercādo nihil arte inuenis, nihil arte disponis, nihil arte resoluis et retexis. Analysis Logicæ ad oīm disputationū vel scriptarū, vel dictarū cōfirmationē et illustrationē, deinde genesis ad effectiōnē similiū, vel etiā præstantiorū operū adhibēda est, vt docet Analyticus magister: vt Aristoteles ipse viuus, sicut iā sæpe dixi, exercuit: Tu omniū eiusmodi exemplorū analysim cōtēnis, genesis similiter despicias. Analyticus author docet aliā esse sciētia vniuersalē, aliā actu: illāque instruētū, hac priuatū falli posse: imō qui actu sciētia habeat, hāc simpliciter & absolute scire dicit ca. 1. primi de Demōstratione: Tu cōtrā totā Logicā facultatē in eius vniuersalibus præceptis, in scholastica et inerti de iis alteratione cōstituis: analyseos aut geneoseos vsum scribēdo dicendoue nullū exquiris. Ergo doctoris analytici, imō Aristotelis iudicio, culpa et ignauia nostrarū scholarū dānatur, quæ nullū Logicę artis vsū, nullā exercitationē nisi in clamore et præceptis intelligit et suscipit. At si quid in toto Organo Logico, Aristotelis noīe dignū est, hęc monitio est: et tamē inuēti sunt Aristotelici nēpe iudices, à quibus dānaremur, quòd istā Aristotelicā Logicę exercitationis industriā et diligētia amaremus. & imitaremur: Phormioni videlicet, quā Hānibali similē Aristotelē esse maluerāt: Phormio enī, vt Catulus apud Cicronē ait, cū Hānibal Carthagine expulsus Ephesū ad

Antiochūvenisset exul, proque eo, quod eius nomē erat magna apud oēs gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, vt eū quē dixi, si vellet, audiret: cūque is se nō uolledixisset, locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio et de omni re militari: Tū cū cæteri, qui illū audierāt, vehemēter essent delectati, querebāt ab Hānibale, quidnā ille ipse de illo philosopho iudicaret: Hic Pænus nō optimè græcè, sed tamē libere respōdissē fertur: Multos se deliros senes sæpe uidissē, sed qui magis quā Phormio deliraret, uidissē neminem. Neque mehercule iniuria: Quid enī aut arrogātius, aut loquacius fieri potuit, quā Hānibali, qui tot annos de imperio cū populo Romano, omniū gentiū victore certasset, græcū hominē, qui nūquā hostē, nūquā castra uidisset: nūquā denique minimā partē vilius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hæc Carulus. Phormionē verò quendā nobis Aristotelē hoīes hifaciūt, sine vsu, sine experiētia rerū cōsurgūt, & inertiz atque pigritiæ suæ velut authorē faciūt. At ipse (si is est tamē Aristoteles) vel in hoc Organo istā calumniā a se detestatur: omnia præcepta Logicæ artis ab experiētia deducēda, omnia ad analysim, ad omnis generis vel scēptā, vel dictā disputationē examinādā referenda præcipit: quique ethicū illud suum maximè sibi proposuerit. Neque sanè quid virtus sit, itelligere satis est: sed vt habeamus & vtamur, enitendū est. Quāobrem ex Organo Logico, quæ Aristotelicæ philosophiæ, quæ veræ Logicæ principis conuenient, ad verā Dialecticā referamus reliqua inutilia in Organo ipso Logico relinquamus: Neque tamē Analytica priora de bibliothecis eiiciamus, sed potiùs vt cōstet, vnde materies operis nostri sumatur, ad vetustatis & originis authoritatē conseruentur, vt Varro, Priscianus, Valla, Diomedes cōseruantur, quāuis nō eorū libri, sed ars ex illis educta, & ad vsum cōformata, pueris proponitur. Denique principia Aristotelis de materia artis, deque forma artis teneamus, omniaque iis consentanea probemus, cōtraria tollamus.

FINIS LIBRI OCTAUI.

P. RAMI, REGII  
ELOQVENTIAE ET  
PHILOSOPHIAE PROFES-  
soris, *Animaduersionum Aristo-  
telicarum liber ix. & x. in  
posteriora Ana-  
lytica:*

AD  
CAROLVM LOTHARINGVM  
CARDINALEM.



PARISIIS,  
Apud Andream wechelum, sub Pegaso, in  
vico Bellouaco: *Anno salutis*

1556.





# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-  
fessoris in posteriora Analyti-  
ca præfatio,

AD

Carolus Lotharingum  
Cardinalem.



OSTEA QVAM  
(Mecænas) cæpi Re-  
gia professione tuum  
de me iudiciũ populo  
nostro probare, Lo-  
gicũmque & Topica  
inventionis & Analytica dispositionis  
vsum in oratoribus maiorem frequentio-  
rẽmque, quàm Rhetoricæ elocutionis de-  
monstrare, mirabilis hominum opinio na-  
a ij ta

ta est, quasi qui argumentorum, syllogis-  
morum, methodorum tantum fructum  
ostendissem, possem quoque reliquorum  
Logicæ Aristoteleæ dogmatum parem  
fructum ostendere, cum perinde prius om-  
nium ignotus usus latuisset: Aristotelem  
verò à pueris & philosophiæ imperitiis  
scriptoribus esse defensum, qui philoso-  
phiæ usum, id est, principium & extre-  
mum non modò nullum unquam discere  
voluerint, sed scriptis & iudiciis suis ve-  
lut ipsi philosophiæ perniciosum damna-  
rint: ut iam & contra nos & à nobis  
Aristoteles defensionem postulare vi-  
deatur: dicatque (sicuti vulgi vana hæc  
& ridicula est opinio) philosophus scilicet  
idem quod poëta,

Nanque ea vel nemo, vel qui mihi  
vulnera fecit,

Solus

Solus Achilleo tollere more  
potest.

*At verò nullum de tam multis, tamque  
manifestis Aristoteleæ Logicæ vulneri-  
bus feci: Neque enim definitionum, par-  
titionum, exemplorum lumina detraxi:  
neque orationis vel homonymiam, vel  
scholasticam infantiam (quibus Logica  
Aristotelis tam vehementer obscurata  
est) peperit: neque regulas easdem infini-  
tè repetiui: neque Grammatica, Physica, <sup>et</sup>  
Mathematica permiscui: neque de con-  
trariis inutiles altercationes, neque mo-  
dalium, neque conuersionum, neque syl-  
logisticarum reductionū, permistionum,  
potestatum argutias inueni: neque falsa  
& inter se pugnancia proposui: neque to-  
tum Organum sic ordinavi, ut ad huma-  
nitatis usum referri non posset: neque om-  
nino (quod miseriæ caput est) Logicæ ar-  
a iij tis*

tis usum è philosophorum scholis eieci:  
hæc (inquam) Aristoteleæ Logicæ vul-  
nera non feci, sed iniuriâ vel hominum,  
vel temporum priùs imposta, modis om-  
nibus sanare volui: & quò salutaria re-  
media minùs doloris facerent, lenitudi-  
nè quam licuit, adhibui: Logicos libros,  
ut Strabo & Plutarchus testarentur,  
corruptos & deprauatos esse dixi, eorùm-  
que præsentem & titulum & numerum  
veteri & titulo & numero (sicut ex Læ-  
tio constaret) non congruere: ut commen-  
tarij potiùs ab imperitis ex Aristotelis  
philosophia deducti, quàm vera Aristote-  
telis philosophia esse videretur. Ergo hæc  
ad leniendum. Sedenim longè alia maio-  
ràque sunt, quæ publica & voce & scri-  
ptura prædicavi & celebraui: Aristote-  
lis philosophiam, orbis terrarum penè to-  
tam & solam philosophiam esse. *Veteres*



artis Rhetoricæ scriptores (ait Cicerò)  
usque à principe illo atque inuētoꝛe Ty-  
sia repetitos, unum in locum conduxit  
Aristoteles: quantò iustius, veriùsque  
dicā, Aristotelis philosophiā, ingentem  
quandā bibliothecam esse, in quā veterū  
philosophorum, imò gentiū (quibus impe-  
rauit Alexander eius discipulus) & sua  
ipsius decreta Aristoteles aggregarit?  
nec aggregarit tantū, sed unicam veri-  
tatem, non magistri Platonis aut homi-  
nis cuiusquam authoritatem spectans,  
componere generibus ac partibus expli-  
care voluerit? Qua in tanta, tamque  
multiplici bibliotheca, ut Aristotelis ad  
tot res, tamque dispersas undique cōgre-  
gandum, labor & industria mirabilis  
negari non potest, sic ad aestimandum de  
singulis, & accuratiùs iudicandum, si  
tantū studij aut certè temporis ac vi-

ta suppeditasset, aut protinùs Aristoteles aliquis Aristoteli successisset, qui philosophiam Aristotelis ad Aristotelis principia perpēdisset, haberemus iampridem quod optamus. Quare sic adhuc lenimus, & Aristotelicum illud veritatis inquirendæ studium liberè constantérque sequimur. Atque hîc nihil veremur, ne Aristotelis dissimiles ardenti quodam, nec ad vulgi opinionem forasse satis constanti studio videamur. Apelles, quantum eximius & excellens pictor, imperito tamen populo, tabularum suarum iudicium committebat, & vel ab ignavis artis de artificio tamen suo admoneri & corrigi cupiebat: Tantus vel in manus opificio, perfectæ laudis amor erat. At Aristoteles selectis tantùm & paucis discipulis, à quibus credulitatem ex pacto postulabat (notum enim illud est, *δὲ τῶν μαθητῶν*

πιστεύειν ἢ μὴ ἀνοῦτα ) philosophiã suam  
tradebat: nec viuis publicavit, sed mō-  
riens Theophrasto legavit: tantum abest  
ut à vulgo moneri vel corrigi voluerit.  
Ergo ad Aristotelem veri percipiendi  
studium, Apelleum quoque perfectionis  
amorem adiungimus: prælectionibus &  
exercitationibus, publicatisque de Lo-  
gica arte in Aristotelem, Ciceronem,  
Quintilianum libris, studiosè & assidue  
iustas & veras reprehensiones hominũ  
non solum nihil metuimus, sed propè pre-  
cibus efflagitamus: & tam libenter vel  
ab ignavis artis acciperemus, quàm sim-  
pliciter & candidè postulamus: Nec  
interea tamen ignavia culpam pertime-  
scimus, si tot annos in studio perficiendæ  
artis pulcherrimæ consumpserimus, quã  
duorum annorum millibus, maximis tot  
tãmque multorum philosophorum vigi-  
liis

liis adhuc imperfectã videamus: sed illo  
Apellis exemplo, veluti prætereñtũ ser-  
mones & opiniones auscultamus. Quo-  
ties igitur iã, quoties in Aristotelicis Ani-  
maduersionibus, etsi corporis uniuersi for-  
mam, speciẽmque Topicæ inuentionis, &  
Analyticæ dispositionis, summãque  
uniuersæ institutionis nostræ sententiam  
eandem retinemus, tamen illum colorem,  
quia uehementior, hanc umbram, quia  
molestior vel expertibus artis esset, im-  
mutauimus? Cũque tandem Aristote-  
lis nomen non solũ philosophi, sed penè  
philosophiæ nomen in scholis nostris esse  
sentirem, sine cuius authoritate nihil  
probari, nihil persuaderi certis homini-  
bus posset: nostrãque studia quanuis ef-  
fessent, tamen quia non dicebantur Ari-  
stotelea, tam pertinaciter impediri co-  
gnoscerem,

gnoscerem, hoc ipsum Aristoteleæ authoritatis pigmentum partibus omnibus aspergere, atque Aristotelem ipsum præcipuis, nec adhuc vulgo satis intellectis & animaduersis Logicæ partibus explicare statui. Etenim Aristotelis Logica tota est, quæ adhuc docui: attamen quia nec Aristoteles à nostris obtreçtatoribus intelligebatur, neque nominatim Aristotelis authoritas à nobis appellabatur, verum res ipsa ( quæ prius etiam à Platone dicta esset ) mutata, sed illustriore & Aristotelis germaniore forma tradere-  
tur, hîc Aristoteles velut ex Actæone aliquo, conspecta Diana ceruus factus esset, à suis non modò cognitus non est, sed penè laniatus ac discerptus est: sic nostro nomine ab iis est traductus & damnatus. Ergo ut Aristoteles ab Aristoteleis recognoscatur, hunc ipsum non  
solum

*solùm animaduersionis, ut àntea, sed in-  
terpretationis præterea laborẽ præcipue  
suscepi: nec in Logicis ( licet ex Aristote-  
lis libris alia sequar, alia fugiam) ullam  
virtutem sequor, nisi quam Aristoteles  
sequendam: nec ullum vitium fugio, nisi  
quod Aristoteles fugiendum auctoritate  
iudicióque suo præcipiat: nec aliud mihi  
propono, quàm ut planum faciam, licet  
ab Aristotele tam multa collecta sint,  
tamen alia ab Aristotele probata &  
iudicata, alia collecta tantùm, non e-  
tiam probata & iudicata: id est Aristo-  
telica alia esse, alia non Aristotelica.  
Disceptatio hæc magna & grauis alicui  
fortasse videri possit, iudicare, utrùm de  
Logicæ artis regulis vel ab aliis, vel à se  
ipso inuentis Aristoteles iudicarit. At  
eius quæstionis definiendæ ac terminan-  
dæ regulam & legem Aristoteles ipse  
duobus*

duobus his Analyticis posuit : principia enim philosophiæ sententiæq; suæ non solum propria, sed vera, sed illustra, & magna posuit : quibus quæ Logicæ artis regulæ conuenient, ab Aristotele iudicatas & probatas: quæ non conuenient, neque iudicatas, neque probatas esse statuamus. Atque ita, veram Aristotelis doctrinam & authoritatem à contraria & doctrina & authoritate distinctam teneamus. Quamobrem ( Mecænas ) tamen si summus Henrici regis amor, qui vel hisce grauissimis temporibus te non solum consiliorum, ut semper antea, sed etiam armorum consortem comitèmq; habeat, ad res grauiores aduocat: tamen quia Mecænas meus es, imò quia Parisiensis Academia à Christianissimo rege patronus & Mecænas factus es, huc te tantisper demittito, & Analytica posteriora

steriora ( quæ Aristotelicæ philosophiæ principia & fontes habeant) explicata, & paulò diligentius quàm antea, pleniusque animaduersa cognoscito. In cæteros Organi logici libros parè Animaduersionum reliquarum diligentiam meditati sumus: ut cùm singulas Aristotelicæ Logicæ partes ad istam principiorum Aristotelicorũ libram æstimatas, & Aristotelica à non Aristotelicis distincta, nescio qui verbo Aristotelei, re ipsa tamen Aristotelicæ philosophiæ imperitissimi & inimicissimi, cognouerint, Animaduersiones nostras ( quia locis omnibus Aristotelem principem ducémque ex Aristotelis certissimis principiis, certissimisque iudiciis sequuntur) verè Aristotelicas esse sentiant: Dialecticam nostram ( quia veram Aristotelis Logicam, quæ possit ad humanæ vitæ, prudentiæque usum referri,



referri, cum sententiis & verbis totam  
exprimit, tum imprimis Aristotelica  
Analyticæ methodi forma disponit) verè  
Logicam esse percipiãt: verisque legibus  
Aristotelis & principiis conformatam  
& compositã tandem aliquando cogno-  
scant. Vale. Lutetiæ, è Prælleo nostro  
1553. Calend. Ianuarij.

L E G E

Fol. 128. pag. parte 2. doctrina, quæ suis decretis,  
128. 2. explicat, est omnium doctrinarum domina.  
246. 2. sed secundo Animaduersionum.



1 P. R A M I V E R O M A N D V I  
eloquētīæ & philosophiæ profes-  
foris regii, Aristotelicarū animad-  
uerfionū liber nonus, & decimus.

Summa posterioris analyfeos.

2 **D** V A E partes sunt artis logicæ, topi-  
ca in inuentione argumentorū, id  
est mediolorū, principiorū, elemen-  
torum (sic enim nominantur in or-  
gano) & analytica in eorum disposi-  
tione. Topicæ partis multas adhuc artes in Porphy-  
rio, Categoriis, Interpretatione, Priorib⁹ analyticis,  
vt in inuentione mediū, vt in capite de diuisione,  
notauimus: multas deinceps etiā in posterioribus  
analyticis notabimus. Analyticæ prima pars in syl-  
logismo prioribus analyticis exponitur: secunda  
in dispositione lōgioris disceptationis, vt artis vni-  
uerfæ, id est methodo, (sic enim nominetur) poste-  
rioribus analyticis instituitur. Fieri verò potest, vt  
vel in arte & doctrina tota, omnes res inuentæ sint,  
sint etiam æstimatæ & iudicatæ, vt topica & syllo-  
gistica logica nil præterea iam sit opus: sic tamen  
mediæ primis atque vtræque postremis cōfusæ &  
4 conturbatæ, vt artis & doctrinæ specie & forma ni-  
hil possit esse dissimilius. Ergo ad hęc confusionē  
tollendam methodus artificiosa quæritur: de qua  
in Porphyrio & Categoriis diximus, quæ *Μηθοδοτικη*

generalissima primo, ὑπάλλιλα subalterna medio, <sup>1</sup>  
 εἰδικότατα specialissima postremo loco disponat, cu-  
 ius si qua in organo logico doctrina est, ea certè est  
 in analyticis posterioribus. At Aristoteles hîc vide-  
 tur neque nominatim, neq; de industria sibi pro-  
 posuisse hanc methodum, atque hanc vniuersam  
 totius artis & disciplinæ seriem tanquã perpetuam  
 longioris cuiusdam catenæ continuationem: sed  
 syllogismum demonstratiuum eius catenæ velut  
 anulum quendam sæpius in sese replicatum, ex  
 quo scientia omnis efficiatur. Sic enim Aristoteles  
 syllogismum illum velut vnicum omnis artis ac  
 scientiæ artificem & magistrum dicere videtur: &  
 certè duorum posteriorum, primo toto nil nisi de-  
 monstrationis nomen auditur, secundo etiam late  
 celebratur. Quod si sit, certè fuerit ambitio illa, de  
 qua secundo animaduersionum libro monui. Syl-  
 logismi doctrinam reperit Aristoteles, inuentum  
 suum extollere & exaggerare ita voluit, vt syllogis-  
 mo totam logicam & inuentionem & dispositio-  
 nem per species nescio quas confictas ex artificii, id  
 est, operis logici accidentibus non veris artis logi-  
 cæ partibus obseruatas subiiceret: syllogismo apo-  
 dictico suam & inuentionem & dispositionem at-  
 tribueret, vt in topicis dialectico & in elenchis so-  
 phistico: inuentionis & methodi quæ à veteribus  
 traditæ fuerant, communem sine syllogismo nul-  
 lam artem faceret: & syllogismi à se inuenti nomi-  
 ne logicam sibi vendicaret. Veteres, vt constat ex  
 Platone, construendarum artium materiam defini-  
 tiones, diuisiones, caussarum propositiones, exem-

1 pla sine syllogismo statuerant. Aristoteles nouum  
 nomen quasi nouam rem demonstrationem in lo-  
 gicam induxit: sine syllogismo demonstrationem  
 nullam facit, & demonstrationis tantum causa de-  
 finitionis, & definitionis gratia, causarū, causato-  
 rū & distributionis meminit (vt interpretes aiunt)  
 eamque ipsam definitionem in demonstrationem  
 quasi transformare voluit, atque esse aut demon-  
 strationis partem, vt principium, vt cōclusionem:  
 2 aut demonstrationem quandam thesi tantum dif-  
 ferentem: diuisionem verò etiam exagitat & primo  
 analytico & posteriorum secundo non solum vt  
 ἀσυνλόγιστον, sed velut captiosam & sophisticam, quæ  
 petat quæstionem, non autem doceat. Sic omnes  
 faciendæ artis & scientiæ partes demonstratiuo syl-  
 logismo videtur attribuire. At Aristotelica demō-  
 stratio nec logicum verbum, nec logica res magis  
 est quàm declaratio, explicatio: nec demonstratio,  
 3 vlla peculiaris virtus est aut inuentionis aut dispo-  
 sitionis: & syllogismi cui demonstrationem suam  
 Aristoteles subiecit, nullus est vsus in scientiis &  
 artibus vel analytica (quæ ab Aristotele docebitur)  
 lege formatis, vt tandem docebo: definitio, diuisio,  
 causæ redditio, exempla sine vlllo syllogismo per  
 se abunde sufficiunt. Quare licet Aristoteles ad de-  
 monstratiuū syllogismum analytica posteriora re-  
 ferre videatur, attamen non solum quid Aristote-  
 4 les egerit, sed multò magis quàm suis principiis &  
 summis iudiciis congruenter egerit, quærendum  
 esse, & omni modo retexendum & iudicandum: vt  
 quod Aristotelicis illis principiis consentaneum

fuerit, sequamur, & in Dialecticarum institutionū  
 compedio teneamus: quod contrarium principiis  
 iisdem fuerit, separemus. Aristotelica denique à nō  
 Aristotelicis secernamus: sic enim me Aristotelem  
 fore profiteor. His verò posterioris analyseos libris  
 faciendarū artium leges (licet obscurissimè & con-  
 fusissimè) tamen comprehensas esse video, maxi-  
 māmque spem ad restituendam logicam ex his li-  
 bris concipio. Etenim de posterioribus analyticis,  
 hæc logica documenta deduco: Scientiarum atque  
 artium omnium materies & inuētio est ex causis,  
 causatis, subiectis, adiunctis, iisq; nō modi cuius-  
 uis, sed vniuersalib', necessariis, cognatis, propriis.  
 Vnde rerum tum definitiones, tum distributiones,  
 tum demonstrationes, causarūque redditiones  
 fiant. Definitio & distributio τῶν οὐσιῶν, essentialia,  
 illa ex causis primis & notissimis, hæc aliquando  
 ex causatis interpretatur: si de definitōrū aut di-  
 stributorum subiectōrum adiunctis per se qualita-  
 tibus quærat, qualitatum ipsarum definitio rur-  
 sus, aut certè firma causa & ratio adhibetur, quæ  
 παθήματα ἢ συμβεβηκότα καθ' αὐτὰ, affectiones & ac-  
 cidentia per se adiuncta demonstrat. Hanc accide-  
 ntium de subiectis explicationē Aristoteles demon-  
 strationem appellat. Atque hæc inuentionis. E di-  
 spositionis autem partibus, syllogismi ars hīc nulla  
 instituitur: methodus verò omnium & collocatio  
 tota tum definitionū, tum distributionū, tum de-  
 monstrationū ab vniuersalibus & generalioribus,  
 id est natura prioribus & notioribus ad singularia  
 & specialia procedet: ex omnibus ἡ ἀρχὴ πρῶτη primo,

1 ἰπλάμματα medio, εἰδικοτάτα postremo loco statuet.

Hæc inquã logica documẽta ex iis libris eruo. At lō gè dissimili ratione proposita sunt: tota res nomine demōstrationis inuoluitur: demōstratio defini-

tur, syllogismus ὀπισθημονικὸς sciētificus: scientia, cognitio ex causa propter quã res est, quoniã illius est causa, nec accidit aliter habere. Huc duorum librorũ capita quadraginta quinque referũtur. Quæ analytica via, priora naturã primũ, breuiter subdu-

2 camus, quo facilius intelligatur, quid in his ad faciẽdas artes vtile vel inutile sit: suis verò locis postea copiosius singula differemus. Nil scitur quod nõ

prius quærat. Ergo secũdi libri capita duo sunt, primũ & secundũ de generibus & differẽtiis quæ-

stionũ, inutilia: nihil enim ad inueniendã aut disponendã scientiã attinent, qui quæstionis tamen fines sunt: propterea nihil horũ in dialecticis institutionibus habemus. De causis & causatis ca-

3 pita sunt decẽ: secũdi vndecimũ de quatuor causarum generibus, item duodecimũ, decimum tertium & decimum septimũ de consecutione & circulo causarum & causatorũ. Primi libri sex capita primum & secundum de prænotione & perspicuitate causarum, decimum quòd ex causis primis scientia fiat δὲ ὄπ, contrã sit ὄπ: vicesimi tertii

duæ partes, quòd scientia δὲ ὄπ καὶ ὄπ præstantior sit, quàm ὄπ tantũ: item quòd eiusdem rei pro-

4 pter varias causas multiplex sit demōstratio, tum capite vicesimo sexto & septimo, quia rerum vel ex causis vel non causis cognitio diuersos animi af-

fectus faciat, ideòque ὁ νοῦς, ἢ ἐπιστήμη, ἢ δόξα, φρόνησις,

τέχνη, σοφία, ἀγχινοια, Intellectus, scientia, opinio, prudentia, ars, sapientia, sagacitas distinguitur: sic in caussarum disceptatione ( quarum generalis cognitio logicæ inuentionis erat propria, vsus hic & alibi communis) decem capita cōsumpta, & nomine principii de thesi, axiomate & eiusmodi cæteris multa variè dispersa. Causarū & caussatorum definitio, partitio, vsus in dialecticis institutionibus nostris retinetur, cætera inutilia tāquam non Aristotelica reiciuntur. De subiectis & adiunctis separatim nullum caput est institutum: sæpe tamen nominatur γένος ὑποκείμενον genus subiectum, item γένος πάθημα, πάθος, συμβεβηκός καὶ αὐτὸ, affectio, accidēs, per se, quod adiunctum est. Subiecti locum nominatim, & accidentis sed nomine adiunctorum vel caussatorū tenemus. De cōditionibus autem caussarum, caussatorum, subiectorum, adiunctorum, ut ἑπιστημονικὰ scientifica sint, longissima & prolixissima oratio est, primum in tribus notis καὶ παντός, καὶ αὐτὸ, καὶ ὅλου ἀεὶ ὄντων, de omni, per se, vniuersaliter, primū, caput est quartū: καὶ παντός necessarium & vniuersale, καὶ αὐτὸ, συγγενές ἢ ἀπλῶς, ἢ πῶς cognatū familiare & ex eodē genere atq; omnino (vt hoc verbo utar) syngeneū & homogeneū, aut omnino, aut modo quodā: καὶ ὅλα ἀεὶ ὄντων, propriū significat, & quod cū re cōuertatur. Separatim verò de notis singulis capita sunt quatuordecim, de nota καὶ παντός decē sunt. Omnes sciētias ex necessariis cōstare, totū caput sextū primi libri differit: vniuersale oriri à sensibus, decimū quartū primi & decimū octauū secundi docēt: vndecimū primi disputat primā si-



- 1 gurā præstare cæteris, quia cōcludat vniuersale affirmatū, deinde vicesimo, vicesimoprimo, vicesimo-  
 secundo eiusdē primi contēditur vniuersale præ-  
 stare singulari, affirmatum negato, & de negatis  
 quod ostendat, quā quod cogat ad impossibile. *7<sup>o</sup> prima*  
 Vicesimoquarto, duo contraria notæ *καὶ παντὸς* cō-  
 sectaria ponuntur, Scientia constat ex necessariis &  
 vniuersalibus, nō igitur ex fortuitis, nō igitur ē sin-  
 gularibus Postremo quia scientia est vniuersaliū &  
 2 necessariorū, vndecimo primi & duodecimo quæ-  
 stio est amplissima, quomodo in prima & secūda si-  
 gura cōtrario genere fallamur, nō autē in tertia, quia  
 nil vniuersale cōcludat, ita quod ad artes instituēdas  
 suo nomine satis supérque clarum & manifestum  
 fuerat, Artes constant è necessariis & vniuersalibus  
 regulis & decretis, id tam verbose decem capitibus  
 agitātū est. Ad notam *καὶ τὸ αὐτὸ* tria capita ferè re-  
 ferūtur, septimum, octauum, nonum primi, quod  
 3 omnia quæ sunt in artibus comprehēsa, sunt syn-  
 genea, vt in arithmetica numeri tātum, eorūmq; ge-  
 nera, differentiæ, species, proprietates: in gemo-  
 tria magnitudines tātum, earūmq; genera, differē-  
 tiæ, species, proprietates: non autē arithmetica geo-  
 metricè, nec geometrica arithmeticè doceātur, nec  
 in arithmetica quicquam non arithmeticum: nec  
 in Geometria quicquā *ἀνωμέδητον* misceatur: de-  
 nique syngenia seruetur. Hoc præceptum singula-  
 4 re est, sed tribus ferè versiculis dici potuerat, quod  
 est tribus capitibus, valde nescio qua *ταυτολογία*, vt  
 suo tempore dicetur, coagmentatū, iteratum etiam  
 multis postea locis & inculcatum, vt primi capite  
 b. iiii.

decimonono, vicesimotertio. Ad notā καὶ ὅλα τὰ  
 πρὸς caput quintum primi relatū est, quo docemur  
 rerum affectiones suis quasque locis non genera-  
 lem cum specie, non specialem cum genere, sed  
 τὰς ἕναι ὁμογενεῖς, τὰς εἶδῃ ὁμοειδέες πᾶσιμα copulandū:  
 denique proprias affectiones propriis & suis subie-  
 ctis attribuēdas esse. Ita sunt adhuc viginti septem  
 capita consumpta ad caussarum, caussatorum, sub-  
 iectorū, adiunctorum sciētificam naturam & qua-  
 litatem declarādum, quam ipsam in dialecticis in-  
 stitutionibus nostris inuentionis delectui subii-  
 cimus: tot altercationes otiosas & inutiles vt Ari-  
 stotelicis principiis contrarias reieicimus. Capita su-  
 persunt octodecim, quorum sunt octo confusissi-  
 mē continuata, tertium, quartum, quintum, sextū,  
 septimum, octauum, nonū, decimum secundi: de  
 definitionis, distributionis, demonstrationis diffe-  
 rentia, quod illæ sint τῆς οὐσίας, hæc παθημάτων  
 καὶ αὐτῶν, quid definitio, quæ definitionis genera  
 & species: de definitione etiam iactata sunt illa se-  
 cūdo capite primi & septimo, quod definitio prin-  
 cipium sit, non enuntiatio: quod demonstrationis  
 principium aut conclusio aut demonstratio thesi  
 differēs. Decimum quartum & decimum quintum  
 secundi de definitione, & decimum sextum de di-  
 stributione commodiora sunt. Solidam definitio-  
 nis & distributionis doctrinā institutionibus dia-  
 lecticis cōplectimur: argutias Aristotelicis princi-  
 piis alienas omittimus. Capita septem reliqua, sunt  
 vanitatis prorsus admirandæ, τὰ τῆς ἀπειρίας καὶ κοι-  
 νωνίας τῶν ἀρχῶν de infinitate & communione prin-

1 cipiorum. An infinita sint quæritur tertio, decimo  
 quinto, sexto, septimo, octavo, nono primi: de com-  
 munione, an omnium syllogismorum commu-  
 nia sint, & eadē principia, differitur vicesimoquin-  
 to primi: tanta oratione problema productū, quod  
 ex analytica lege nullum in his libris esse debue-  
 rat, quia subiectum genus vt cætera principia ar-  
 2 tium, ponendum & sumendum, nō disputādum  
 fit: quare tantæ contētionis nihil retinemus. Atque  
 hæc omnia inuentionis sunt: dispositionis autem  
 3 analytica posteriora nullam manifestā doctrinam,  
 & de industria propositam habent. Et mirabile tibi  
 fit ista subducenti de demonstratione syllogistica  
 duos libros institui, eam tamen nusquam (si inuē-  
 tionis illa documenta separaueris) peculiari ratione  
 doceri, imò locis suis discas ex Aristotelis doctrina  
 vt definitionem, sic demōstrationem scientificam  
 pleno syllogismo nullam vti, *διανόησιν* breuioris &  
 perfectioris iudicii in ea tantūm versari: mirabile  
 4 inquam fuerit illud quod dixi, sed hoc quod nunc  
 dicam, fortasse mirabilius. Etenim si Grammaticus  
 in tota arte Grammatica nullum exemplum pone-  
 ret, mirum tibi esset hominem de arte tam multa  
 præcepta ponere, exemplum nullum ponere. At  
 Aristoteles, qui tam multa præcepit de artium &  
 scientiarum demonstratione, vt ex caussis primis  
 vnumquodque *καὶ παντὸς, καὶ ἀπὸ, καὶ ὅλου* *κατα-*  
 5 *πον* demonstretur, nullum tam sapientis, tamque  
 beatæ demōstrationis syllogismo conclusæ exēplū  
 duobus libris posuit. De methodo autē & colloca-  
 tione atq; forma tota, vt præstātissima, diuinissima

in istius generis ut  
 est a p. i. c. i. a. e. s. t. i. o.  
 p. o. n. u. m.  
 s. u. m. e. n. d. u. m.  
 s. u. m. e. n. d. u. m.

nu la d m  
 mtr

est breuior et p. i. c. i. a. e. s. t. i. o.  
 s. u. m. e. n. d. u. m.

que in tota arte pars est, ita fuit insigni & illustri capite definienda & proponenda & declaranda. Ac primo & secundo capite libri primi vix duobus punctis ab Aristotele aliud agēte notata est. Ergo in capitibus quadraginta quinque duorum librorū videmus, quā multa sint ab Aristotele collecta, quā pauca sint ad Aristotelicū docendæ scientiæ vsum necessaria, homogenea, propria: quā doctrinæ perturbatio proposita. Quam ex interpretibus vnus Themistius ausus est operis initio nescio quomodo cōfiteri: ἢ τὰς τῶν κεφαλαίων ἢ διακρίπται, ordo capitum distinctus non est, inquit: sed hoc secundo animaduersionū libro copiosius. Quamobrē duobus his animaduersionū libris propositū est nobis tā multa ab Aristotele collecta non cōfundere, vt inuidiosē nobis obrectatū adhuc est: sed ex Aristotelis principis & indubitatis iudiciis fundere: aurūmq; illud Aristotelicum & legitimū quod selegimus, tam multis nugis non Aristotelicis inuolutū, euoluere. Hæc enim aurea documenta sunt ad Grammaticam, Rhetoricā, Logicam, Arithmeticā, Geometriam, & quamuis disciplinam ea via & ratione instituendum, qua facile & discatur & exercentur: quæ duæ artis cuiusuis laudes primæ summæque sunt. Quamobrem in duobus analyticis capita cōuertemus, in quibus solidioris illius doctrinæ aliquid erit. In cæteris, Academia nostræ legē sequemur, nec de verbo ad verbū, sed de puncto in punctum, vt ipsa loquitur, præcipuas sententiæ exequemur, & quo fidelius Aristotelis sententiæ percipiuntur, Græca, quoties probationis fides maior exqui-

1 retur, cum Latinis coniungemus, nec à scholasticis  
 2 verbis etiam parum Latinis modò quod agetur a-  
 pertè significantibus) interdù refugiemus, vni per-  
 spicuitati quoad verbis licebit, inseruiemus.

## INSCRIPTIO ET DIVI- sio analyſeos.

Hic liber vulgo inscribitur, *Analytica posteriora*. De cuius no-  
 minis ratione còmodius fuit dicere *analyſi priorè*, ut *analyſis* nò  
 2 aliud eſſet Aristotelis, q̄ logicis recentioribus *χρῆσις* iudicium, & *ἀνάλυσις* et *κρίσις*  
*analytica* uelut *χρῆσις* à nominari, quia iudiciũ maximè *analy* *καὶ κρίσις*  
 si fiat, & inscriptionè appellationemque *analyticam*, ut Aristo-  
 telis eſſe dixers, priorũ certè & posteriorum distinctionem non  
 eſſe, sed interpretum: qui sibi in logicis iſtã licentiã permiſere, ut  
 hos libros pro ſuo arbitrato appellatè & diuiderè & ex-  
 plicarent, ut Aristotelis perſepe neque librorum tituli, neque di-  
 uiſiones, neque multorum locorum ſententiæ eſſent. Capitum uerò  
 diuſionem licet (ut anrea dixi) à Latinis non ſatis accuratè fa-  
 ctam, tamen hic ſequemur, ut cum cæteris editis libris noſtra  
 3 quoque editio hac in re conſentiat.

### PRIMUM CAPVT.

4 **O**MNIS doctrina & omnis  
 disciplina ratiocinatiua ex  
 antecedente fit cognitione:  
 manifestum verò id confi-  
 derantibus in omnibus. Ete-  
 nim mathematicæ disciplinæ hũc in mo-  
 dum concluduntur, & aliarum vnaquæ-

que artium. Similiter verò & circa rationes tum quæ per syllogismos, tum quæ per inductionem concluduntur. Vtræque enim per antecognita efficiunt doctrinam: Illæ enim fumentes velut ab intelligentibus, hæ verò monstrantes vniuersale, quia manifesta singularia sint: similiter etiã rhetoricæ rationes persuadent: Aut enim per exempla, quod est inductio, aut per enthymemata, quod est syllogismus.

Primo capite tria sunt, Omnem cognitionem ratiocinativam fieri ex precedente cognitione, eaque duplici rerum & verborum, sed rerum generalium, unde speciales discantur. Prima parte problema est, quod omnis scientia ratiocinativa fiat ex præcedente, ad quod probandum species inducuntur, tum vniuersalem mathematicam, ut artes reliquæ: tum singulares, ut syllogismus, inductio, enthymema, exemplum. In mathematicis scientiis, in reliquis artibus, in omnibus argumentationibus, syllogismis, inductionibus, enthymematibus, exemplis, ratiocinativa scientia fit ex antecedente cognitione. Ergo omnis ratiocinativa scientia fit ex antecedente cognitione. **RATIOCINATIVA.** Græcè est διαλογική & à Themistio & Philopono positum putatur ad differentiationem αἰσθητικῆς sensitivæ. Μη θορυβείτω ὃ ἡμᾶς τὰ δι' αἰσθητικῆς γνωσκόμενα, ἐφ' ὧν οὐδ' ἐν προγινώσκῃ ἀνάγκη, οὐ γὰρ ἀπὸ μαθητικῆς τὰ τοιαῦτα οὐδ' ἐκ μεθόδου λογικῆς παρὰ ἐμπειρίαν. ~~Discuntur enim concurrent, quæ sensu cognoscuntur, in quibus nulla notio necessario præcedit.~~ Non enim discuntur hæc uia cognitione logica. Philoponus eodem tendit. θαυμασιώως ὃ πρότερον εἶπε τὸ διαλογικὴν πρὸς ἀντιδιαστολήν τῆς αἰσθητικῆς γνωσκόμενης. ~~Misericordie propter quod addidit illud (διαλογικὴν) ad differentiationem sensitivæ cognitionis.~~ Vterque legerat in philosophia Aristotelis



**CTRINA ET DISCIPLINA.** Græcè est διδασκαλία καὶ μάθησις, quæ uix propriè redduntur, Doctrina & Disciplina, quia doctrina & disciplina significant integras & totas artes, ut Grammaticam, Rhetoricam, Logicam: Græca autem διδασκαλία καὶ μάθησις significat quicquid docetur & discitur, siue tota sit ars, siue particula quædam artis, ut Syllogismus, enthymema, inductio, exemplū: siue definitū ex definiti ratione, siue totum ex partibus, siue quiduis aliud ex alio, διδασκαλία καὶ μάθησις hic appellatur. Ergo Latinis uocabulis doctrina & disciplina intellige nūc quicquid docetur & discitur. **MATHEMATICAÆ.** Hoc uerbum Themistius item Philoponus refert ad contemplationem, pro λογικῆ καὶ θεωρητικῆ καὶ διὰ λόγου διδασκασαι, rationales & contemplatiuæ & ratione docentes, ut scientiæ mathematica significem omnes scientias, quæ præceptis & theorematibus legitime & logicè doceantur: artium uerò nomine significantur artes mechanicæ, quæ magis operantur, quàm præceptis instituantur: quomodo usurpare uidetur Aristoteles hoc uerbum decimo capite huius, ubi appellatur ἀστρολογία μαθηματικὴ καὶ ναυτικὴ, mathematica & nautica: itè ἀρμονικὴ, μαθηματικὴ, καὶ κατὰ τὸ ἀκούειν, harmonica, mathematica, & secundū auditū: sic in quâ uidetur accipi. At cur ita necesse sit hic intelligi nō uideo. Imò præsens locus hic indicat τῶν τεχνῶν, id est, artium nomine mechanicas artes intelligi non posse, quia διδασκαλίαι καὶ μαθήσεως nomine in hac inductione comprehenduntur. Hic secundus locus indicat de Themistio & Philopono, quàm studiosi suæ linguæ fuerint, quàm in logica analysi exercitati. **SYLLOGISMI.** Commentum est scholasticum de quatuor argumentationum generibus, duobus logicorum syllogismo & inductione: duobus rhetorū exemplo & enthymemate. De uitio partitionis huius dictum est in priore analysi. Omnis argumenti dispositio syllogismus est, si plena, plenus: si imperfecta, imperfectus: syllogismus imperfectus appellatur enthymema: at inductio etiam & exemplum, syllogismi sunt imperfecti: sed inductio & exemplum potius argumenti no-



1 *mina sunt. Inductio significat argumentū ex loco diuisionis sum-*  
*priū, quo probatur ex partibus totum: exemplū certi generis argu-*  
*mentū nullum est. Potest enim dissimile, potest etiā simile esse, po-*  
*test esse species, ut aliās monuimus. Et hoc cōmētū aliquod ex illis*  
*est unum, quod Aristoteles ē ueterum cōmentarius trāstulit, ἡ δὲ*  
*τῆς αἰσθησεως, ἐπαγωγῆς, ἐμπειρίας, ἱστορίας, à sensu, indu-*  
*ctione, experiētia, obseruatione, id est, Aristotelicū principis nō*  
*deduxit. Est uerò multò magis commēritium illud, oratorum esse*  
*exēpla & enthymemata: logicorum syllogismos & inductiones,*  
*tanquam logica partes locis diuidantur, aliāque pars uersetur*  
 2 *in foro, aliā pars in gymnasio: non discatur autem in gymnasio*  
*& exerceatur, quod serio postea tractandum sit in foro. Deni-*  
*que partitionem hanc, quia principiis Aristotelicis experientia*  
*& usui non conuenit, non probo. Refer ad principia Aristoteli-*  
*ca, ad usum & experientiam, reperiēs in Cicerone & Demosthe-*  
*ne plenos syllogismos, plenas inductiones non minus frequentes*  
*quam in Platone & Aristotele. Hanc probationē ex Aristotelis*  
*principiis, sensu, inductione, obseruatione, experientia cū in poē-*  
*tis, oratoribus, philosophis multos iam annos publicè prælegen-*  
 3 *do confeci, tum notatam anno hoc & testificatam in octo Cice-*  
*ronis orationibus proposui. Translatitium igitur hoc discrimen*  
*est non Aristotelicum. Ergo prima pars est capitis huius, Omnis*  
*διγνωτικῆς scientiæ causam esse πρόγνωσιν quandam, ut in-*  
*terpretes appellant, & πρόληψιν, id est, prænotionem & antici-*  
*pationem, ut Cicero loquitur. Secunda pars sequitur, quæ diui-*  
*sionem προγνωσεως continet, aliam rerum esse, aliam uerborum.*

DVPLICITER porro necesse est præ-  
 noscere, in aliis quidē quia sunt, prius ac-  
 4 *ciendum est, in aliis uerò quod dicitur*  
*intelligendum, in aliis autem utrunque,*  
*ueluti quod quidem (Omne aut affirmare*  
*aut negare, uerum) quia est: Triangulum*

verò quod hoc significat: vnitas autē vtro-  
que modo prænoscēda, & quid significat,  
& quia est. Non enim similiter horū vnū-  
quodque manifestum est nobis.

Πρόγνωσις καὶ πρόληψις duplex hic scholasticis verbis ex-  
primitur, τὴν ὅτι quid & quia, quæ eadem uocat Aristoteles in  
rhetoricis σαφές τε καὶ πιθανόν, perspicuum & probabile, & po-  
pularibus rhetorum uerbis utitur in rhetorica, aridis & schola-  
sticis in logica, quomodo fortassis erant ij loquenti, à quibus ista  
transferebat. Sed πρόγνωσις duplex est uerborum, quæ in omni-  
bus definitionis & definiti, totius & partium, demonstrationis,  
demonstrati, omnisque explicationis & eius terminorū uocabulis  
omnino requiritur: deinde rerum πρόγνωσις, quæ debet esse in  
definitione ad explicandum quod definitur: in distributione ad  
explicandū quod distribuitur: in demonstratione & quavis ex-  
positione ad demonstrandum & ad exponendum quod que-  
ritur: alioqui nil explicaret. Itaque syllogismi maior & minor  
propositio si demonstratio in syllogismum includi posset, πρό-  
γνωσιν hanc haberent: item de terminis medius & extremus, ut  
constaret esse res iis significatas: Problema quod concluderetur,  
hanc πρόγνωσιν non haberet: acciperet autem dum concluder-  
tur, ab antecedente: quod idem postea capite octauo dicitur, &  
πρόγνωσις ὅτι confuse significat: hic omnem prænotionem uer-  
tatis. Nam ὁμωνυμῶς postea decimo capite huius & primo se-  
cundi hoc uerbum usurpatur, & ὅτι distinguitur à ὁμοίῳ. In-  
terpretes hic labuntur qui putant has πρόληψεις & πρόγνώσεις  
ad solam demonstrationem spectare, cum sine communes omnia  
ἀξιοποίησις ἕστις ἡμῶν, qualis est etiam definiti per definitionē,  
distributi per distributionem explicatio. Exempla uerò harum  
πρόγνώσεων parum aptè posita sunt, quasi etiam trigonum &  
axioma illud (De quolibet affirmatio & negatio uera) non  
perinde requirant utranque πρόληψιν, ut unitas. Capite autem

1 secundo clarius erit principia τῆς διανοητικῆς scientia esse  
 προγνωσόμενα præcognita non solum πῖ, sed etiam ὅτι præ-  
 notione. OMNE AVT AFFIRMARE. Axi-  
 oma est ἀντιφάσις contradictionis frequenter in organo ci-  
 tatum, & in metaphysicis multis uerbis disputatur, & de  
 hoc dicitur octauo capite, quomodo in ἀποδείξει includatur.  
 Notabunt in reea logicæ artis studiosi axiomata illa communia  
 omnium artium & disputationum, logica inuentionis leges esse,  
 & maximas esse, quas scholæ nominant, eorūque axiomatum  
 alia ad locum contradictionis, ut hoc, alia ad locum compara-  
 2 tionis, ut Quæcūque eidem tertio æqualia sunt, æqualia sunt in-  
 ter se: alia ad locum diuisionis, ut Totum est maius sua parte, &  
 Aristoteles metaphysici γὰρ μὲν tertio capite uerissimè docer,  
 axiomata illa mathematicorum non esse. Atque hæc de præno-  
 tione duplici, quæ probo & laudo, sed Aristotelica demonstra-  
 tionis propria hæc & primò catholica esse nego: communia o-  
 mnis syllogismi, omnisque explicationis esse moneo. Sophisticè,  
 ait quinto capite Aristoteles, artem & scientiam instituit is, qui  
 generalem affectionem in specie constituit. At, inquam, argumē-  
 tum & principium esse manifestum, ut propositio assumptioque  
 3 pateant, omnis syllogismi commune est. Propterea sophisticam  
 hanc doctrinam Aristoteles ipse nominat, quæ quod præceptum  
 ad unuersum omnis explicationis genus atineat, in una specie  
 constituat.

~ a ut u

Licet verò ut quis cognoscat, alia quidē  
 quæ prius cognouerit, aliorum autem si-  
 mul etiam cognitionem accipiat: ut quæ-  
 cunque sub uniuersali sunt, cuius habeat  
 4 cognitionem: quòd enim omne triangu-  
 lum habeat duobus rectis æquales, præ-  
 nouit: quòd autem hoc quod est, in semi-

circulo, triangulū est, simul atque induxit, cognouit. Quædā enim hoc modo disciplina fit, & non ex medio extremum cognoscitur : quæcunque iam singularia sunt, neque de subiecto vllō. Priusquam autem quis inducat, aut syllogismum summat, modo quodam fortasse dicendum est scire, modo alio nescire. Quod enim nescit absolutè, an est, hoc quodammodo nouerit, quod duobus rectis pares habeat, absolutè : At manifestum quod sic quidē scit, quoniam scit vniuersaliter, absolutè verò nescit.

Tertia pars est capituli, quòd rerum προγενώσεως & προή-  
 Ψ45 σιν generalis & uniuersales, unde speciales illis comparate protinus concipiuntur & concludantur. VNIVERSALI, CVIUS. In omnibus Græcis exemplaribus, quæ legi, casus pluralis est ὧν, quorum. Themistius hūc locum explicās, ait, ὁ ἴον ὄσα ἕκαστὸν ἢ καθόλου ὄντι, ἔτι πλὴν ἑπισημίαν πρότερον ἔχομεν, ut quæcunque sub aliquo sunt uniuersali, cuius scientiam prius habemus: quibus uerbis indicat se legisse ἔτι cuius, & nos sic conuertimus, tametsi interdum ista numerorum licentia Græcis concedatur. TRIANGVLVM. Hæc propositio est pars secunda propositionis tricesimæ secundæ apud Euclidem libro primo : Quòd omnis trianguli tres interiores anguli sunt æquales duobus rectis, unde supple sensum hic imperfectum. Demonstratio autem propositionis huius, nono metaphysico apud Aristotele breuiter proponitur διὰ τὸ δύο ὀρθὰ ἐπὶ τῷ τρίγωνῳ, ἢ ἐπὶ αὐτῷ μίαν ἑπιπέδων γωνίαν ἔχειν δύο ὀρθὰς. Cur duo recti in triangulo? quia circa punctum anguli pares sunt duobus rectis. Ex Euclide uerò potes in hunc syllogismum redigere:

1 **A**Equalia duorum rectorum equali, duobus ipsis rectis equalia sunt, per axioma primum.

Trianguli tres anguli sunt aequales duorum rectorum equali. Nam in schemate 32. propositioni exterior angulus & interior contiguus, duobus rectis sunt aequales per 13. iisdem exteriori & interiori aequales sunt tres interiores anguli, contiguus nempe interior sibi ipsi, reliqui exteriori per 32.

Quare trianguli tres anguli sunt aequales duobus rectis. Hæc demonstrationis huius ratiocinatio est: Aristoteliscus tamen legibus quæ docebuntur, demonstratio nulla. Nec enim ex primis & notissimis attributi causis, propter quas insit subiecto, nec quaestionem  $\delta\iota\omicron\tau\iota$  propter quid, sed  $\omicron\tau\iota$  quia, concludit. Exempli eiusmodi mathematica tempore Aristotelis perspicua & manifesta fuerunt, cum pueri à nutricibus Græcâ linguam discerent, & primus ferè studiorum labor esset in numeris & lineamentis. Nunc cum logica descripta antea docenda sit & discenda, quàm de mathematicis audiatur, obscuritas magna hinc oritur, cum ignotis exemplis utimur, & ignotum per ignotius exponimus, id est,  $\tau\omicron\delta\epsilon\epsilon\chi\alpha\rho\chi\eta\varsigma$  quod in principio est, petimus, nec docemus rem, sed nobis concedi gratis postulamus. Idcirco nos ex-

3 pla ista de logicis omnia remoueamus. **S E M I C I R C V L O.** Themistius & Philoponus  $\epsilon\upsilon\ \lambda\epsilon\iota\ \chi\alpha\rho\iota$  in quadam manu uidentur legisse, & Philoponus id apertius indicat,  $\epsilon\upsilon\ \lambda\epsilon\iota\ \chi\alpha\rho\iota\ \epsilon\iota\ \omega\epsilon$ ,  $\alpha\upsilon\tau\eta\ \tau\omicron\varsigma\ \epsilon\upsilon\ \lambda\epsilon\iota\ \eta\ \mu\iota\kappa\upsilon\chi\lambda\iota\omega$ ,  $\tau\iota\omega\ \alpha\sigma\alpha\phi\epsilon\upsilon\alpha\iota\ \delta\epsilon\pi\tau\eta\ \delta\omega\omega\upsilon$ . In quadam manu dixit, pro in quodam semicirculo, obscuritatem affectans. Sed librarius aliquis & authoris & Philoponi uerbum commutauit. **E X T R E M V M.** Tres syllogismi termini nominantur in priori analysi  $\omega\pi\omega\tau\omicron\varsigma$ ,  $\mu\epsilon\sigma\omicron\varsigma$ ,  $\epsilon\chi\alpha\tau\omicron\varsigma$ , primus, medius, extremus. Extremus uerò in minore propositione tantum est & conclusione. Ergo extremum non co-

4 gnoscitur per medium, id est, minor propositio maiori comparata cognoscitur sine probatione, sine argumento. Ut cum puer (liber enim notioribus exemplis idem demonstrare) à Grammatico didicerit generalem regulam de syntaxi adiectiui & sub-

stantiui, labetur tamen aliquando in legendo & scribendo: sed reuocatus ad regulam generalem, speciale exemplum primum comparat, & assumens, recte se aut non recte loqui aut scribere concludet. DE SVBIECTO. Non dici de subiecto ullo, & singulare esse idem est hoc loco, tamen si non sola singularia huc conueniunt, sed quæuis specialia sub uniuersali comprehensa: imò etiam quæuis naturâ posteriora, ut definitum definitione, caussatum caussa. DVOBVS RECTIS. Secundus est locus, quo citatur eadem propositio. ABSOLUTE. Notabis hoc loco scientiâ specialium & singulariū generali comparatam, bis appellari ἀπλῶς absolute, & ὁπίσσω καθόλου καὶ ἀπλῶς, ut tum demum uidelicet absolute sciens quis dicatur, non qui tantum artis generalia præcepta didicerit, sed qui se in usu & singularibus exemplis studiose & diligenter exercuerit. Notabis (inquam) generaliter aliquid & uniuersaliter sciri posse, quod tamen specialiter ignoretur, tumque demum perfectam scientiam fore, cum generalis scientia specialibus exemplis informata, & usu constituta fuerit, summumque in nostris scholis errorem uersari, iudicantibus logicos fore, qui generalia & uniuersalia logicæ præcepta didicerint: quæuis nullum poetam, nullum oratorem, nullum philosophum unquam exposuerint, nunquam exposita uestigia scribendo dicendone imitari sint. Aristotelicum igitur hoc imprimis audiatur, καθόλου sciri potest, quod ἀπλῶς ignoretur. Dictum est in priorè analysi capite 21. secundi libri, artis generalibus præceptis eruditum, usu non eruditum falli posse, aliudque esse scire ὡς τῆ καθόλου scientia uniuersali, aliud ὡς τῶ ἐνεργεῖν ἄκτῳ. Hic etiam illud scire ὡς τῶ ἐνεργεῖν, appellatur ἀπλῶς scire. Tanta ueritas Aristotelica imprimis consideranda est & amanda: quæ si scholis nostris proposita semel erit ac suscepta, logica breui tempore in legitimum statum uindicabitur. Hæc querela nostra est tam multis iam locis exaudita.

ALIO QVI Menonis illa quæstio con-

tigerit. Aut enim nihil discet, aut quæ no-  
 uit: non enim sanè (quemadmodum nō-  
 nulli contendunt soluere) dicendum est.  
 Vtrum nosti omnem dualitatem esse pa-  
 rem, an non? Affirmante verò, protulerit  
 dualitatem quādam, quam nesciebat esse:  
 itaque neque parem. Soluūt enim, negā-  
 tes se scire omnē dualitatem parē esse, sed  
 quam norint dualitatem. Atqui sciunt  
 quidem, cuius demonstrationem habent,  
 & cuius acceperunt. Acceperunt autē non  
 cuiusuis, quod nouerint, triangulum aut  
 numerum esse, sed absolutè de omni nu-  
 mero & triāgulo. Nulla siquidem propo-  
 sitio sumitur eiusmodi, quòd quem tu no-  
 sti numerū, aut quòd tu nosti rectilineum,  
 sed de omni. At nihil (opinor) prohi-  
 bet, quòd quis discat, modo quidem alio  
 scire, alio autem nescire. Nec enim id ab-  
 surdum est, si nouerit quodāmodo, quod  
 discit, sed si sic, veluti qua ratione discit,  
 & quomodo,

Confirmatur proxima distinctio ex adiunctis: Nisi quæ di-  
 scuntur, generaliter sciuntur, Menonis sophisma redierit. Est au-  
 tem Platons dialogus, Menonis nomine, seu de uirtute, ubi So-  
 crates pro suo more simulans se quod sciat, nescire: cum Menone  
 ita loquitur: Cupio, inquit, tecum cōsiderare, & exquirere quid-  
 nam sit uirtus. Me. At qua uia quæres ô Socrates, quod omnino

quid sit ignoras? Quam tandem eius rei quam nescias, notam spectans & intuens inquires? aut etiam si uel maxime in illud incurreris, quo pacto quod ignoras, illud ipsum quod quærus esse percipies? So. Intellego quid uelis ô Meno. Vides quàm captiosam, quàmque contentiosam rationem induxeris: nempe quod homini non conueniat inquirere, neque quod sciat, neque quod nesciat. Neque enim quod sciat, inquireret: id quippe iam nactus est: nec id præterea inuestigare necesse est. Neque item quod nesciat, inquireret. Nec enim nouerit quod inquireret. Huius enthymematis captioni & Sophismati Socrates Pythagorea quadam philosophia occurrit, animosque immortales esse, factorum & diuinitatum hominum testimonio asserit, qui sæpius ab hac corporum uita abierint, & certis temporibus in aliam uitam redierint, omniaque didicerint ac perceperint. Itaque antequam corpus ingrediantur, in summa rerum cognitione uiguisse, omniumque rerum cognitiones in se cõsignatas habuisse: quas tamen non planè norunt, cum repente tam insolitum, tamque perturbatum domicilium subeant: sed cum se paulatim collegerint ac recreauerint, eas cognoscunt reminiscendo. Quamobrem nil mirum, si animus de uirtute cæterisque rebus aliis reminiscatur & recorderetur, quæ antea memoria & intelligentia comprehēderat. Cum enim uersa rerum natura sibi cognata sit & consentiens, eam quæ totam perceperit animus, nihil prohibet unius cuiusdam recordatum cætera connexa & coniugata recordari, si modò strenuus in quærendo, constansque fuerit, nec quærendi labore frangatur ac debilitetur. Illa enim ipsa inquisitio & disciplina nihil aliud est quàm ἀνάμνησις & recordatio. Hoc inquam modo Socrates ἐπισικδὸν λόγον captiosam ratiocinationem dissoluit. Aliter uerò uidetur Aristoteles dissoluere, nullā hinc ἀνάμνησιν adhibere: aut scis aut nescis, ait dilemma Menonis: imò responderit Aristoteles, scio & nescio: scio generaliter, specialiter nescio. Ve-

tamen hæc responsio tametsi genere aliquo uera est, quia ex notis principis ignota res docetur, omnino tamen uera non est. Si quis adolescens & ætate & usu rerum nonnullo iam pro-

i q̄ k̄ t̄io et d̄ i s̄ i m̄  
 a v̄n s̄ .

aliter ar̄ otel̄ s̄ i a et  
 n̄ s̄ c̄ ō ī nempe scio gen  
 r̄ l̄ i t̄ e r̄ specialit̄  
 n̄ ō s̄ ō



- 1 Etus ad philosophum venerit, generales fortasse & uniuersales notitias aliquas in scholas attulerit, ex quibus speciales à magistro cōdicat: at omnes non afferet. Imò nulla ars talem sibi discipulum proponit, sed sermonis quo utendum sit, tantummodo nō ignarum. rerū uerò suarū rudē planē & imperitum sibi cōstituit. Itaque incipit à generalibus & uniuersalibus notionibus, & ad speciales descendit definiendo, partiendo, demonstrando, & si quid uniuersale subobscurū inciderit, ad prima doctrinæ principia, quæ postea Aristoteles faciet, ἀσθησι, ἀπαδείγματα, πρώτη δεξιὰ πρὸς ἐπαγωγῶν sensum, exempla, inductionem recurrit. Quid uerò si
- 2 Menonis quæstio de infante iam nunc edito moueatur, qui nullus notitias rerum impressas animo & insculptas habeat, neque generales, neque speciales, an illo modo Menonis ἀπόρημα dissolue? Nequaquam opinor. Sed ad Aristotelica principia (quæ sunt ultimo capite secundi posteriorum) confugies: quum animus noster scientiarum & notionum omnium δυνάμεις, οὐχ' ἔχεις facultates non habitus attulerit. Attulit infans facultatem colore, omnes cernendi: colorum species & habitus non attulit. Itaque qui dissoluit Menonis dilemma isto modo, uidetur magis Socratis ἀεικνῶσι probare, quàm improbare, & uidetur huic sophismati succumbere & cū Platone ἀναυήσεις τὰς μαθήσεις efficere, ut ex genere recordemur speciē. Videbis autem hac de re consimilem disputationem prioris analysicos secundi lib. cap. 21. Nec satis accuratè dictum est προζήσεις & προλήψεις illas (unde omnis διαλογικὴ scientia deducatur) uniuersales & generales notitias esse, unde speciales deducantur: quatinus inquam, id in integræ artis informatione uerissimum sit, à generalibus ad specialia progressionem esse, tamē in singulis partibus id nequaquam uerum est, nec definitio definito, nec partes toto, nec absoluta demonstrationis antecedens consequente generalius est: imò singula hæc sunt πρῶτον καθολικά, & conuertuntur, ut patet in quarto & quinto capitibus huius: nec Aristoteles syllogismo suo demonstratio ista congruenter ait, ubi generalius nihil est. Quare uix id Aristotelicum fuerit, meliusque proxima capite
- c. iiii.

re docebitur has προγνώσεις & ἀπολήψεις notitias esse natura priores & notiores, quamvis etiam semper generales non sint : & notabis hoc præceptum, ad singulare tantum, & minus questionis scientiam non attinere, sed ad totam artem atque doctrinam, ne quis putet in iis libris agi tantum de singulari questionis syllogismo. **NON ENIM.** Prolepsis est solutionis ineptæ, quasi genus nesciatur, nisi singula species absolute sciantur, appareretque questionem hanc in scholis agitatam esse. Scisne dualitatem omnem parem esse ? si annueris, ita refellere, proposita dualitate aliqua quam nesciebas, tanquam

Quam dualitatem esse nescias, nescias etiam pare esse:

At hanc nesciebas:

Nesciebas igitur esse parem. Itaque non omnem.

At (inquis) scio dualitatem esse parem, quam scio esse dualitatem. **AT QVI.** Refutatio solutionis ineptæ ex causâ scitiæ ita conclusa,

Quod demonstratur, scitur:

Generale demonstratur:

Generale igitur scitur.

**ACCEPERUNT.** Assumptio est (Generale demonstratur) quæ dissimili illo suo illustratur. Demonstratur absolute non μετὰ τοιαύτης προσθήκης non cum tali additione (inquit Themistius) ut scias omne quod scis. **NULLA SIQUIDEM.** Ratio assumptionis ex argumento partium. Neutra propositio demonstrationis, demonstranda generali qualitate præcipuam talis additionis mentionem facit. **AT VERO.** Cõplexionis loco (Quare generale scitur) posita distinctio, Metonisque solutio reperitur, idē sciri & nesciri : sciri generaliter, specialiter nesciri : ex genere cognito speciem disci, nec id absurdum esse, sed futurum certè absurdum, si prorsus eadem ratione ignoraretur, qua disceretur. Themistius cõmentus est in postrema parte capitis huius longam differentiam duorum verborum γνωρίζειν ἢ μαθηθᾶναι cognoscere & discere, quòd illud sit prænotionis, hoc inde deductæ notionis. At hæc differentia ridicua-

- 2 la est, nec deducta ex hoc capite, in quo γνωρίζειν est propositionis & assumptionis, ut ἐστὶ τὸ γνωρίζειν τὰ μὲν πρότερον γνωρίζοντα. licet uerò ut quis cognoscat alia quidem quæ prius cognouerit, propositionis est: deinde ἅμα ἐπαγόμενος ἐγνωρίσει, simul atque induxit, cognouit, est assumptionis: & rursus καὶ οὐ διὰ τὸ μέσου ἔσχατον γνωρίζεται, & non ex medio extremum cognoscitur, assumptionis est: & μανθάνεσθαι, sic propositio maior dicitur, quæ primùm cognoscitur, ut qualibet assumptio uel conclusio, & multa per se clara & perspicua nescimus, quæ simul atque proponuntur, discuntur, & nota est primò τῆς ἐλέγχων uerbi ὁμωνυμία, quod μανθάνειν ad doctorem & discipulū atineat. Quare uidemus quales logici sint hi interpretes, & quàm lingua suā periti. Atqui adhuc primi capitū summa fuit, unde principiorū natura duplex perspecta est, ut uerbis perspicua sint, rebus nota, eaq; generalia, unde specialia deducantur. Sed præterea fructus triplex elici potest, primus & maximus de methodo & collocatione artis, ut in arte præcedāt προλήψεις & προλήψεις uniuersales & generales. Hoc enim uerbo logicae artis pars illa præstātissima diuinissimāque continetur, eaque methodus cōprehenditur, τὸ διλωσαμὸν τῶ ἀνυ χαλεπὸν, χρῆσθαι δὲ παρχάλεπον, quā declarare nō ualde difficile, tractare uerò & usurpare difficillimū, ut inquit Socrates in Philebo. Nā qui generalia specialibus præponet, primo loco γενικώτατον cōstituet, medio cōprehēdet ὑπ᾽ ἄλληλα, εἰδικώτατα postremo collocabit. Ergo Græcos interpretes hic possis uehementer admirari, qui cū logicam artem in categoriis, ἐρμηνεία, analyticis, topicis, elenchis tam confusam reperiissent, non modò suis commentariis nihil illustrauerunt, sed infinitis partibus confusioem reddiderunt. Methodi nomen semper habent in ore, quid hoc nomine significent, nusquam definiunt, an tota logica ars hoc nomine significetur, quæ est certè methodus, id est ars & disciplina, quæ uia & ratione aliquid agere doceat, an eius pars aliqua sit, ut topica inuentio, aut analytica dispositio: nusquam inquam, intelligentiam suam definiunt: sed confuse confusa significatione,

Orti puo m d i  
 ut cab pcaf i ca  
 i ut r b wa ca  
 z d  
 a a n.

ut d p rs t  
 r a + im

d  
 ab  
 d  
 r  
 in  
 r  
 d recat.

seipfos & alios plerosque conturbant. Methodum hinc, id est  
 uniuersa artis collocationem & formam poterant elicere. At mi-  
 rabile est quas met hodos cōmenti sibi ὀρίστικῶν, διαπετικῶν,  
 ὑποδείκτικῶν, ἀναλυτικῶν, ut Eustratius secundo posteriorū,  
 definitiuam, diuisiuam, demonstratiuam, resolutiuam (utar enim  
 ut recepi, uerbis scholasticis) tanquam hæc in organo reperiissent,  
 aut ex eo id elicere potuissent, non contrā cognoscere potuissent  
 & debuissent, definitionem diuisionemque inuentionis topica  
 locos esse, & illinc ad omnem questionem argumenta erui posse,  
 non item cognoscere debuissent demonstrationem & unius argu-  
 menti & ad unam aliquam questionem explicandam, probatio-  
 nem esse, uelut inquam, ista de libris logicis intelligere non po-  
 tuissent, nec Arithmetica, Geometrica, & cuiusuis uniuersa artis  
 definitiones, partitiones, demonstrationes, primas postremo, po-  
 stremas primo, medias primo, postremoque loco sic cōfundi posse,  
 ut nulla iccirco artis methodus aut forma compareret, si ini-  
 tio iam dixi: nec ideo definitionem methodum, nec partitionem  
 methodum, nec demonstrationem methodū esse, si methodi nomi-  
 ne forma collocatioque non materia & inuentio significaretur.  
 Analyseos autem nomen ad ordinem & methodicam collocatio-  
 nem derivatū ab Eustratio & ceteris huius erroris authoribus,  
 homines hos in logica methodo & dispositione artificiosa pro-  
 fus nihil uidisse demonstrat, cū sit *analysis* logica definitio-  
 num, partitionum, omniumque logica inuentionis argumentorum,  
 cū sit eadem syllogismorum & methodorum, id est logice ope-  
 ris uniuersi consideratio, examen, iudicium, approbatio: utque  
*analysis* Grammatica uniuersi operis Grammatici examinatio  
 & approbatio est, in eoque omnes Grammatica partes exami-  
 nat & expendit, sic *analysis* logica in logico opere & exemplo:  
 ut prioris *analyseos* inirio copiosius exposui. Hæc tam ridicula  
 commenta usus ignoratio peperit, hæc præcepta ab his interpre-  
 tribus nunquam sunt ad exempla excellentium authorum, nunquā  
 ad Aristotelica principia ἐμπερίαν καὶ ἰσότηαν adhibita, nec  
 methodus unquam ab his definita, ut intelligi posset hoc nomi-

ne quid interpretes interpretarentur. Ergo contra interpretum confusionem & errorem, methodum & collocationem artis unicam esse, eamque analyticis libris & præceptis congruam meminimus, quæ generales & uniuersales προλήψεις & προλήψεις priore loco disponit. Hic primus est fructus & summus huius primi capituli. Secundus erit contra falsam calumniam Aristoteli ab interpretibus suis impositam, quem de industria prædicant obscurum fuisse. At hic magister ipse de industria nõ obscuritatem prædicat, sed uerborum rerumque perspicuitatem & claritatem probat & laudat: quod etiam secundo animaduersionum libro plenius exposui. Tertius fructus erit (quem iam attingi) de exercitatione & usu logica, quam schola nostræ præclarè putant exerceri, si de præceptis eius temerè & sine arte disputetur: non consideretur problema, non medium & argumentum ad inuentionis locum referatur, non dispositionis syllogismus methodusque perpendatur. At logicam artè sciri quidem oportuit, & memoria penitus mandari, eamque ipsam non solum ad analysis & examen suorum præceptorum adhiberi, sed ad omnium poetarum & oratorum & philosophorum cognitionem & imitationem transferri. Qualia enim fuerint exempla in quibus te exercueris, talis erit imitatio tua: spinosissimè disputata est, & obscurissimè organi logica, si logicam tantum in suis exemplis exercueris, spinosissimè disces & obscurissimè differere. Si logicam in logicis Demosthenis, Ciceronis, Maronis, Homeri, Platonis, Aristotelis, aliorumque authorum exemplis exercueris, disces eorum more differere non solum subtiliter & acutè, sed euidenter, prudenter, amplè & magnificè, denique si logicam sic exercueris, logicam didiceris non καθόλου tantum, sed etiam ἀπλωῶς.

SCIRE verò putamus vnumquodque absolutè, non autem sophisticò modo, qui est secundum accidens, quando putamus & causam nosse propter quam res est,

quoniam illius causa est, & non accidere  
hoc aliter se habere.

Superiore capite expositum est omnis διαλογικῆς scientia  
principia esse perspicua uerbis, nota rebus, eaque esse generalia  
& uniuersalia, unde specialium scientia pararetur. Itaque iam  
secundo capite definitur scire διαλογικῶς absolute ex causa  
propter quam res est, propria, necessaria. Causa propter quam,  
non uidetur ea duntaxat esse, quae appellatur à Porphyrio δια-  
φορῆς, συμπληρωτικῆ, καὶ συστατικῆ τῆς ὀψίας, differentia, quae  
complet & constituit essentiam rei. Nec enim est sola forma  
eiusmodi, sed quacumque causa propter quam res est. Nam postea  
secundo libro docebit Aristoteles ex omni genere causarum de-  
monstrari, & quaestioni διότι responderi. **QUONIAM  
ILLIUS CAUSSA.** Propria causa hic dicitur, quae  
rei nempe sit, non alterius, quae conditio postea clarius exponit-  
tur quarto & quinto capite, cum praecipitur ut propriae sim, &  
conuertamur omnes partes demonstrationis. **ET NON  
CONTINGERE.** Haec necessitatis nota est, quae postea  
disputabitur in nota κατὰ πάντος, capite quarto & sexto,  
Meminerimus διαλογικῶς ἢ ἀπλῶς scire, hic definiti: non  
autem (quod dissimile est) διαλογικῶς καὶ σοφιστικῶς. Accidens  
uerò dicitur in his libris ὁ μὴ εἶναι αὐτὸ ὑπάρχον, quod non  
inest per se, ut capite sexto & decimoquinto & decimo octavo  
primi & secundo secundi, ubi uidebis καὶ αὐτὸ ἢ ἀπλῶς κα-  
τηγορεῖσθαι, καὶ κατὰ συμβεβηκός, per se aut simpliciter attribui,  
& secundum accidens, opposita esse. Ergo sophisticus modus hic  
comprehendit non solum capiosum & fallacem modum, qui  
topico & apodictico opponitur, sed quicumque non est ex causa  
propter quam res est, propria, necessaria, & ἀπλῶς ἢ σοφισ-  
τικῶς, sic intellige quasi re uera ac ueritate, non specie & ostē-  
tatione: denique opposuit propriae & germanae scientiae sophis-  
ticum modum, & communi nomine sophisticū appellauit, quic-

tu ou a. causa est nec  
non a nu. al. uicis  
p. ou. α. obm. est  
- au. - it. d. b.  
- par. m. d. o. f. an.

duo i. et u. in. is  
L'br's. μὴ. i. au. o.  
u. or.

1 quid non esset ex causa, propter quam res est, propria, necessaria declaratum.

quid non esset ex causa  
propter quam res est  
propria necessaria  
declaratum.

PERSPICVVM verò est scire eiusmodi aliquid esse: etenim & nescientium & scientium ista opinio est. Nescientes siquidem sic se habere opinantur: scientes verò se quoque similiter habent.

2 Confirmatur posita definitio ueluti testimonio quodam & consensu publico. Ista est omnium hominum affectio. Qui nesciunt, arbitrantur se nescire, quia causam propter quam res est, propriam, necessariam nesciunt. Qui sciunt, arbitrantur se scire, quia causam, propter quam res est, propriam, necessariam sciunt.

ITAQUE cuius absolutè scientia est, id non potest aliter habere.

3 Consectarium est ex coniugatis: scientia fit ex causa necessaria. Ergo scibile necessarium est. Sed pro (scibile) definitio scibilis posita est, cuius est scientia. Hoc uerò consectarium sic explicatur quarti capitis initio. Quoniam impossibile est aliter habere, cuius est scientia absolutè, necessarium erit scibile.

AN verò sit etiam alius sciendi modus, dicemus postea.

4 Hic locus obscurior est, quia post definitam scientiam δια-  
νοητικῶν nulla fit distributio generum, quæ deinde declaratur:  
scitur autem διανοητικῶς ἕ ἀπλῶς multis modis, ut definitio-  
ne & distributione, non demonstratione solum, quia in singulis  
per causam, propter quam res est, propriam, necessariam sciri

potest. De definitione perceperant Theophrastus & Alexander, & hunc alterum modum censuerant definitionem esse, quae secundo libro tractatur, quasi διαπονητικῶς sciretur duobus modis, per demonstrationem & per definitionem: primo libro de demonstratione, secundo de definitione. Quod Aristoteles circa finem maiori α λ φ α metaphysici cōfirmat, cum ait omnem disciplinā fieri ἢ δι' ἀποδείξεως ἢ δι' ὀρισμῶν, aut per demonstrationem, aut per definitiones. Atque per definitionem & distributionem accuratior scientia conficitur, quā per demonstrationem, quia scientia τῆς οὐσίας, hinc efficitur: per demonstrationem autem πᾶθων καὶ συμβεβηκότων τῶν κατὰ αὐτῶν, ut iam dictum est, & perspicitur in his analyticis, & Aristoteles docet, cum ait secundo capite minoris α λ φ α metaphysici illam essentia scientiam longè præstantiorem esse. At de definitionis distributionisque scientia fuerat antè dicendum, ut analytica methodus iubet: tum quia simplicior: definitio enim & distributio propositionis tantum pars est, aut certè propositio tantum una: demonstratio si syllogismus est, multis propositionibus efficitur: tum quia generalior est, & potest ex definitione scientia parari sine demonstratione: ex demonstratione sine definitione non potest, ut erit in his analyticis. Itaque Graeci interpretes κῆρος ἀπαύ, totum principatum definitionis esse concedunt, ut Eustratius initio secundi satis uerbose scribit. Sed uerbo concedunt, nec animaduertunt ex uera methodo fuisse prius de definitione præcipiendum. Non igitur sequitur. Scio ex causa propter quam res est, quoniam illius est causa, nec aliter habere potest: ergo scio per demonstrationem. Scientia enim sic definita genus est demonstrationis. Obscuritatis (inquā) magna causa hinc orta est, quòd generum distributio omitatur, & quòd de generibus postremum primo loco tractetur. Nam nomine demonstrationis totus liber primus consumitur: præcipitur secundo de definitione & partitione, sed sic ut interpretes dicant nomine demonstrationis de his tantum præcipi. Modus ergo scientie διαπονητικῶς καὶ ἀπαύως, generaliter est per causam propter



quam res est, propriam, necessariam. Specialiter autem multiplex per definitionem, distributionem, non per demonstrationem solum. Sophisticae autem scientiae διαλογικῶς, modi multi sunt: quia est et per impossibile, de quibus à decimo capite huius et deinceps. Hoc autem loco uehementer errant interpretes, qui generalem illam διαλογικῆς scientiae definitionem ad solam demonstrationem accommodant, et scientiam hic definitam faciunt, ἰσοδυναμῶσαν καὶ ἐξισοῦσαν, parem et eandem demonstrationi, tanquam scire, quod definitum est, et per demonstrationem cognoscere sit idem. Genus erat definitum, non describuntur plures species, sed unica proponitur. Itaque interpretes diligentes et auctenti genus et speciem idem esse putauerunt, ut si definiretur animal, deinde non distribueretur in hominem et bestiam, sed h. mo tantum proponeretur, uideretur scilicet his doctoribus animal et homo idem esse, nec quicquam animal quod non esset homo. Hoc uero non fuit ἀναλύειν, et duorum librorum disciplinam retexere, et quod confusum esset, distinguere, sed analyseos ignaros se demonstrare. Scimus definitum per definitionem, quia ex causa propter quam res est, propria, necessaria: tot locis postea id erit testatum: nec hi tamen magistri id assumere potuerunt et concludere. Non quicquid scitur διαλογικῶς καὶ ἀπλῶς, per syllogismum demonstratiuum sciri, sed alios praeterea et quidem praestantiores scientiae modos esse. Tenemus igitur ex hoc loco magnam obscuritatis (quae est in duobus posterioribus) partem ortam esse, quia scientia generaliter definita non est facta specialis distributio, et quia uariorum modorum per quos scitur, διαλογικῶς καὶ ἀπλῶς, postremus primo loco traditur.

DICIMVS verò etiam per demonstrationem scire. Demonstrationem autem dico syllogismum scientificum: scientificum verò dico secundum quem quia ipsum habeamus, scimus.

Postpositis (ut dixi) definitionis, distributionisque modis, qui tamen præponendi fuerant, demonstratio definitur, syllogismus scientificus. Repete hinc scientiæ definitionem, & intelliges scientificum syllogismum esse ex causa propter quam res est, propria, necessaria, per quem uidelicet scias, quia ipsum teneas. Locus animaduersionem summam requirit. Definitur demonstratio syllogismus. At in quaestione propter quid est, quæ sola Aristotelicæ demonstrationi, aut certè maximè proponitur, ut patet secundo libro, nullus est syllogismo locus. Noua scholis nostris & mirabilis erit hæc affirmatio, sed cum ueris necessariisque rationibus addicta fuerit, noua uideri desinet, grata & iucunda esse incipiet. Age uerò quomodo tanta res effici necessariò concludiue potest? Tu putas demonstrationem esse proprietatis de subiecto explicationem, & desinis per syllogismum. Ego quidem syllogismum in syllogistica, demonstrationem in demonstratiua quaestione retineo: sed utriusque quaestionis genere differentis differentem quoque scientiam facio: syllogismum demonstrationis nihil esse dico, & demonstrationem sine syllogismo confici posse confirmo. Vnde igitur quaestionis nostræ necessarium, minusque dubium argumentum sumetur. Nempe ex Aristotelis certissimè uerissimiisque principis ἀποθνήσκω, ἐπαγογῆς, ἰσοπία, ἐπιπέπιας, sensu, inductione, obseruatione, experientia, de quibus deimo quarto capite huius & ultimo secundi Aristoteles amplissimè præcipiet, quòd omnes præceptiones ex inductione singularem exemplorum & animaduersione sint efficiendæ. At hic uniuersales instruendarum artium & scientiarum præceptiones ponuntur. Ergo sensum in exemplis adhibeamus, eaque inducamus, obseruemus, experiamur. Omnes artes intueamur, an syllogismos proprietates suas demonstrant, animaduertamus. Quid Grammatica? quot in suis proprietatibus demonstrandis syllogismos habet? Nullos. Quid Rhetorica? quot in suis proprietatibus demonstrandis syllogismos habet? Nullos. Quid Logica? quot in suis proprietatibus demonstrandis syllogismos habet? In proprietatibus demonstrandis nullos habet, in altercationibus non demo-

1 *frantibus ullam proprietatem, sed uanā opinionem aliquam re-*  
*fellēribus aliquot habet. Quid Arithmetica? quot in suis proprie-*  
*tatibus demonstrandis syllogismos habet? prorsus nullos. At Ari-*  
*stoteles in his analyticis posterioribus ait Arithmetica uel Geo-*  
*metria scientiam certiolem & accuratiorē esse. Quid Geome-*  
*tria? quot in suis proprietatibus demonstrandis syllogismos ha-*  
*bet, qui una trium partium conclusione proprietatem unam ali-*  
*quam concludam? nullos. Quid ergo? In his artibus tot res demō-*  
*strantur sine syllogismo, & demonstratio syllogismus definitur?*  
 An demonstrationi syllogismus essentialis est, & tamen demon-  
 2 stratio toties à syllogismo separatur? An in omni scientia demō-  
 stratio syllogismus necessario fuerit, & in tot scientiis syllogis-  
 mus non erit? Adde ad hanc *ἰσοπία* ἢ *ἐμπειρία* tantā, si lu-  
 ber, Aristoteli ipsius non solum in aliis operibus, sed in hisce po-  
 3 sterioribus exempla, infinitum numerum demonstrationum sine  
 syllogismo inuenies. Quāobrem ex quibusnam Aristotelicis prin-  
 cipis, ex qua artium & scientiarum inductione & obseruatione  
 syllogistica demonstrationis definitio collecta est? An magnifica  
 illa Aristotelis principia probare poteris, & hanc syllogisticam  
 4 demonstrationem non improbare? Demonstratio (inquis) est syllo-  
 gismus scientificus, & syllogismus hic est tibi demonstrationis ge-  
 nus. Si unicum exemplum contra proferrem, definitionem uitio-  
 sam probarem, quia non esset propriū, non omni definito conuen-  
 5 niret: syllogismum demonstrationis non esse genus conuincerem,  
 quia nō omni speciei semper adesset. At quot exemplorum gene-  
 ra, quantāque autoritate & fide contra hanc syllogisticam  
 demonstrationem profero? ἢ μὲν ἐμπειρία τέχνη ἐπειρήσει  
 αὐτὴν ἢ ἀπειρία τὴν τέχνην, experientia genuit artē, inexperientia  
 temeritatē, dicit ex Platónico Polo Aristoteles in maiore *ἄλφα*  
 metaphysico, & in his libris idem duobus capitibus am-  
 6 plissime celebrabit: at *ἐμπειρία* definitionis huius parentem  
 Aristoteles non habet. Constat igitur demonstrationem ui-  
 tiose per syllogismum definiti, & syllogismum demonstratio-  
 nis nihil esse, demonstrationēque à syllogismo separari  
 d. i.

posse, & infinitis exemplis reuera separari. Constat igitur eadem  
 demonstrationis definitionem, commentitium somnium esse: ex  
 Aristotelis principiis, inductione, obseruatione, experientia sin-  
 gularium exemplorum deductam non esse: denique Aristotelicā  
 non esse, nec ad propositum Aristotelicā logicā compendium re-  
 ferendam esse. At dixeris fortasse, licet syllogismo demonstra-  
 nes plurimae non concludantur, materiam tamen syllogistica de-  
 monstrationis habent, & syllogismo concludi possunt. At inquit  
 Aristotelis principia non iubent ignē, aquam, aërem, terram de-  
 finiri, quia possit horum unum ex altero fieri: non iubent ἀμου-  
 σους musicos, nec ἀλογους logicos definiri, quia possint ex illis  
 hi fieri: hac ratione stulti sapientes possent definiri. Definitiones  
 attribuant genera & differentias suis definitis, quae non solum po-  
 tētia, sed actu insunt. Nec definitio dicitur definiti propria, quia  
 possit aliquādo alicui cōuenire, sed actu semp̄ omni cōueniat. Er-  
 go illa solutio te nihil adiuvat, sed quod accuso, potius condem-  
 nat, & te logicā artis, de qua iudicare uis, ignarum esse predi-  
 cat, qui rem subtiliter & logicē definiri confirmas per id, non  
 quod essentiale & penitus insitum sit, & separari ne cogitati-  
 one quidem possit, sed quod aliquando adesse possit. At tamen in-  
 quis) Aristotelicā demonstratio, qualis tandem planius definitur,  
 syllogismo concludi potest: imò uerò concludi nullo modo po-  
 test, idque uel Aristotelis autoritate & doctrina ex libro se-  
 cundo suscipio, ac ne res turbetur, eò referuo. Atque hoc iam con-  
 clusum positumque esse interea meminero, syllogismum, essentia-  
 le nihil esse demonstrationis scientificā, qualē nobis Aristoteles  
 describet, quae propriā affectionē de subiecto ex ipsius affectionis  
 definitione explicet: utio seq; demonstratiōe syllogismo definiri,  
 cum reuera & actu propriamū qualitatiū explicatio sine syllogis-  
 mo fiat. Igitur deinceps προγνώσεων ac ποσολήσεων, quae nomi-  
 nātur ἀρχαί, ἀξιώματα, κοινά, ἐννοιαί, κοινά δόξαί, & πρώ-  
 τα, ἀμεσα, ἄτομα, ἀδιάρετα, ἀσπίσα, ἀναπόδεικτα, prin-  
 cipia, dignitates, cōmunes sentētia, cōmunes opiniones, prima, im-  
 mediata, indiuidua, indiuisibilia, per se credibilia, indemostrabi-

3 *lia, προγνώσεων, inquam, proprietates ex hac scientia definitione deducuntur, quod sunt caussa uera, prima, immediata, notiores, priores: confusius autem singula hæc exponuntur. Verum primo loco: primum & immediatum pro eodem, secundo: caussa tertio, notius & prius pro eodem, quarto loco.*

SI IGITUR est scire, ut statuimus, necesse est etiã demonstratiuã scientiã & ex veris esse, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & caussis conclusionis. Sic enim erunt etiam principia cognata eius quod demonstratur.

Hæc, inquit, omnia in qua una προγνώσις erunt, ea certè πρόγνωσις erit principium cognatum & germanum: tanquam diceretur his proprietatum notis legitimum principium describi. Cognatũ principium Græcè dicitur, οἰκεία ἀρχὴ & postea συγγενὴς συγγενεα: propterea non uertimus uera principia, sed cognata, ut ἀληθῆς uerum, distinguemus, quod aliud est.

SYLLOGISMVS siquidem erit & sine his, demōstratio uerò non erit: non enim faciet scientiam.

Nec uerò putemus, omnis disputationis media & argumenta & propositiones tales in omnibus syllogismis esse: secus est. Quãuis enim disputationis omnis oporteat aliquid esse πρῶτον ἔμμελον, in quo sistatur, ut capite decimoquinto & uicesimosexto 4 *primi & decimotertio secundi dicitur, quod probabile etiam sit ἔμμελον: atamen illud primum in germana demonstratione est ἀπλῶς primum, & ἔμμελον in reliquis syllogismis uidetur & apparet tantum. Ex hoc loco & consimilibus in organo locis in-*

terpretes noua syllogismi genera acceperunt, quæ topicorum initio proponuntur, demonstratiuum, topicum, sophisticum. At demonstratiuum esse, sicuti topicum aut sophisticum propositionis circumstantias, non syllogistica figuræ ueras & essentielles formas ostendunt, ut secundo animaduersionum libro declaratum est, imò repugnantias ostendunt: nam syllogismum demonstratiuum fingi tam repugnans esse secundo libro demonstro, quam glaciem calidam aut ignem frigidum.

**V E R A** igitur oportet esse, quoniã non licet non ens scire, ut quod diameter est symmeter.

Probat principiorum qualitates, quæ tamen sumenda potius erant, aut exemplis breuiter illustranda, quàm disputanda. Hic enim ipse locus ait principia esse uera, immediata, etc. Propterea ne id qui dem sibi satis probatum & iudicatum ostendit Aristoteles. Sed tamen hic argumentatur ex contrariis,

Si principia non sunt uera, scietur ex his non ueris etiã non uerum & quod non est:

Secundum falsum:

Primum igitur.

Poterat id probare apertius ex definitionis tertia parte, principia sciẽtiæ sunt causse rei necessaria: ergo etiã uera. **DIAMETER SYMMETER.** Demonstratur decimo Euclidis sexta propositione à Campano, & ibidem propositione ultima demonstratur à Theone in quadratis diametrum lateri longitudine asymmetrum esse: eadem uerò propositio citatur tricesimo secundo capite primi priorum, & citabitur rursus penultimo capite huius, & ἀλφα metaphysico maiore inter res admirabiles ponitur, si fiat δνὰ μέτρος μετρήτη. Hic notabis, ut iam monui, exempla operis huius aut abecedaria esse: nihilque significãtia, aut ex obscurissimis geometriæ nondum cognita locis pe-

1 *ritas, que obscuritatis magna causa fuit, propterea non retine-  
mus eiusmodi exempla in logicis institutionibus.*

EX primis autem indemonstrabilibus,  
quia nescit, qui non habet eorum demon-  
strationem. Scire enim ( quorum demon-  
stratio est non per accidens ) est habere  
demonstrationem.

2 *Duo pro eodem posita sunt, primum & immediatum: nunc duo  
rursus pro uno, eodemque: primum & indemonstrabile. Probatio  
hic ex adiunctis absurdus sumitur:*

*Si principia non immediata sint, nescietur ex ijs nisi  
demonstratis, & res ibit in infinitum:*

*Secundum absurdum est:*

*Primum igitur.*

3 *QVORVM DEMONSTRATIO. Considera  
id non addi temerè, sed alios modos, δὲ ἀνοτιχῆς scientia indi-  
cari, quia scire est ex definitione, ex distributione, sicut ex de-  
monstratione.*

CAUSSAS QVE & notiora oportet  
esse & priora : causas quidem, quoniam  
tunc scimus, quando causam nouimus.

*Hec aperta probatio est ex prima definita scientia parte.*

4 *ET priora, siquidem causæ & anteco-  
gnita, non solum quoniam modo altero  
intelligimus, sed etiam quoniam scimus  
quia est.*

5 *Notiora & priora pro eodem dixit prius, & nunc rursus pro  
d.iii.*

eodem priora & antecognita: γνωριμώτερα, notiora dixit an-  
 tea, quod nunc dixit προγνωσκόμενα, antecognita: verba duo  
 & symbola duo sunt, res una tamen est. Quòd uerò fuerit, αἴτιον  
 ὁποσοῦν θατέρω τῷ εἶναι, πρότερον εἰκότως τῇ φύσει λέγεται  
 αὐτῷ, causa quomodolibet alteri ut sit, prius merito natura dici  
 potest, ut in categorijs docetur. Ergo ex adiunctis hic disputa-  
 tur. Est causa: ergo natura prius.

P R I O R A autem sunt & notiora dupli-  
 citer. Non enim idē est prius natura, & ad  
 nos prius, neque notius natura & nobis  
 notius. Dico uerò ad nos quidem priora  
 & notiora, quæ ad sensum propius acce-  
 dunt: absolutè autem priora & notiora,  
 quæ longius à sensu remota sunt: remo-  
 tissima uerò sunt, quæ maximè sunt uni-  
 uersalia: proxima uerò quæ sunt singula-  
 ria, atque hæc inter se opponuntur.

Distinguitur hic prioris significatio duplex: prius τῇ φύσει  
 ἀπλῶς, natura & absolutè: ut genus specie, uniuersale singulāri  
 prius est hoc modo: prius deinde πρὸς ἡμᾶς καὶ ἡμῖν, ad nos &  
 nobis, ut species genere, singulare uniuersali prius hoc modo est.  
 Prioris autē significationes paulò secus in categorijs distingui-  
 tur, χρόνω, ἀκολουθίᾳ, ἄξι, φύσει, αἰτίᾳ, τῷ χρόνῳ, cōsecutione, or-  
 dine, natura, causa αἰτία ἢ χρόνω καὶ φύσει, simul autē τῷ χρόνῳ  
 natura. Simul igitur esse dicuntur res duobus modis: tempore aut  
 natura, λογικώτερον etiam fuerat dicere prius duobus modis  
 aliud alio dici, tempore & natura, quia quicquid αἰτία, prius  
 est, est etiam prius τῇ φύσει, ut in categorijs docetur, cum do-  
 cetur causa prius, etiam natura prius esse. Atqui quòd ἀκολου-  
 θίᾳ prius est, etiam prius αἰτία, ut ibidem & hic docetur, cum  
 docetur principia generalia, causas esse ueras, &c. Et ibidem



- 1 etiam  $\alpha\lambda\lambda\omega\varsigma$  prius  $\alpha\lambda\lambda\omega\varsigma$  prius est, quia in artibus et disciplinis generalia procedunt, ut illic et hic etiam docetur. Quare duobus tantum modis aliquid  $\pi\rho\acute{o}\tau\epsilon\rho\nu$  et  $\alpha\mu\alpha$  dicitur:  $\chi\rho\acute{o}\nu\omega$  et  $\phi\acute{\upsilon}\sigma\epsilon\iota$ , generalis notio specialis, uniuersalis singulari prior et notior est: ite posterior et ignotior: illud  $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$  et  $\tau\eta$   $\phi\acute{\upsilon}\sigma\epsilon\iota$ , hoc  $\pi\rho\acute{o}\varsigma$   $\eta\mu\acute{\alpha}\varsigma$  et  $\chi\rho\acute{o}\nu\omega$ , quia tempore prius cognouimus species quam genus, et singularia quam uniuersalia. Omnis siquidem cognitionis humana principium est,  $\alpha\iota\sigma\theta\eta\sigma\iota\varsigma$  et  $\epsilon\pi\alpha\gamma\omega\gamma\eta$   $\tau\eta\varsigma$   $\kappa\alpha\tau\prime$   $\epsilon\kappa\alpha\sigma\alpha$ , sensus et inductio singularium, unde species et genera postea collecta et comprehensa sunt, ut decimoquarto capite huius et ultimo
- 2 secundi precipietur Metaphysici  $\delta\epsilon\lambda\tau\alpha$  capite undecimo prius, posteriusque ite modis aliquot distinguitur, res eodem tamen ferè reddit. Ergo species tempore prius cognoscitur quam genus: genus tamen ubi cognitum est, clarius est specie et notius, priusque  $\alpha\chi\omicron\lambda\theta\eta\varsigma$  et  $\alpha\lambda\lambda\omega\varsigma$ ,  $\alpha\lambda\lambda\omega\varsigma$  et  $\phi\acute{\upsilon}\sigma\epsilon\iota$ . id est,  $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$  et  $\phi\acute{\upsilon}\sigma\epsilon\iota$ . Sol (inquit Philoponus circa finem huius libri, Aristotelis sententiam ex  $\alpha\lambda\phi\alpha$  minore metaphysico mutuatus) est sua natura  $\phi\alpha\upsilon\epsilon\rho\omega\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$  et  $\gamma\omega\sigma\iota\mu\acute{\omega}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$ , clarissimus et notissimus,  $\alpha\lambda\lambda\alpha$   $\pi\alpha\lambda\iota\varsigma$   $\nu\upsilon\kappa\tau\acute{\epsilon}\rho\iota\sigma\iota$   $\delta\iota\gamma\mu\alpha$   $\pi\lambda\omega$   $\alpha\sigma\theta\acute{\epsilon}\nu\epsilon\lambda\alpha\nu$   $\tau\eta\varsigma$   $\theta\epsilon\alpha\pi\kappa\eta\varsigma$   $\lambda\upsilon\nu\acute{\alpha}\mu\epsilon\omega\varsigma$   $\alpha\theta\epsilon\alpha\tau\omicron\varsigma$   $\theta\epsilon\tau\iota$  et  $\alpha\mu\delta\rho\acute{o}\varsigma$ , sed noctuus propter imbecillitatem uisus potètia inuisibilis et obscurus. Sic uidelicet initio cognitionis menses infantium noctuae sunt in generum notione caligantes, postea uerò exercitatae in singularibus, è noctuus fiunt aquila, et clarum solè intentis oculis intuentur. Ergo locus hic nos admonet, principia scientiae  $\delta\epsilon\lambda\alpha\nu\theta\eta\kappa\eta\varsigma$  generalia et absolutè priora notioraque esse, ut artes et doctrinae omnes à generalibus et uniuersalibus principiis ad specialia singulariaque deducantur, non autem priora cognitionis tempore, ut retro sursum uersus à specialibus et singularibus redeant ad uniuersalia et generalia. Sed in hac prioris distinctione captiosum nonnihil est, quod dicitur species prior esse nobis, et notior genere: nec enim sequitur, Si species tempore notior sit nobis quam genus, nobis esse notiozem genere: nec ex eo concludi potest genera minus esse nobis ac nostris sensibus quam species, nota. Non enim efficitur, si ex tenui candela

magnam aliquam facem accendero, non esse nobis & nostris sen-  
 sibus facem candela clariorem. Ira minime efficeretur genera  
 quàm species (quanuis ab illis orirentur) non esse notiora clari-  
 ráque, imò uerò totum contrá est. Quanto enim communior co-  
 gnitio fuerit, tantò nobis notior, ut lumina tantò sunt illustri-  
 ora, clarióráque, quantò maiora atque ampliora: quinetiam sin-  
 gulis rebus percipiēdis generales illa notitia imprimis uel in sen-  
 sus occurrunt, prius animal, quod eminus mouetur, quàm hominē  
 esse dicimus, & hominem quàm Socratem, quod Aristoteles in  
 phisicus nescio quid agēs docet. imò quod idē ferē Aristoteles do-  
 cet tertio capite sexti topici, cū ait definitionē ex iis cōponen-  
 dam esse, quæ sint notiora non solum nobis, sed etiam absolutē  
 suáque natura, & μὲν γὰρ τῆς τυχοῦσης, & ἡ ἀκριβοῦς καὶ πε-  
 ριτῆς διανοίας καὶ μαθεῖν ὅτιν: illa enim qualibet, hæc uerò  
 accuratiores & perfectiores cognitione cognoscuntur. Quin (ait ab  
 initio nobis singularia notiora sunt, ἀκριβέστερος ἢ γινώσκεις  
 ἀνάπαυιν, eruditioribus autem factis contrá, uniuersalia sunt no-  
 tiora. Ac fortasse etiá absolutè notum non est id, quod omnibus  
 notū est, ἀλλὰ τοῖς ὀρθοῖς καὶ ἀκριβεῖς τὴν διάνοιαν, sed intellectū  
 bene compositis & affectis, quemadmodum & absolutè salubre  
 iis, qui corpus habent bene temperatum & affectum: unde con-  
 cludit definitionem uitiosam & reprehendendam esse, si non  
 sit utroque notionis genere & natura & nobis notior. Ira-  
 que si sit animus rudis, planè & ignarus rerum omnium, qualis  
 fortasse sit in infante, res primò singulares sensibus apprehen-  
 det: cūque ex his singularibus notionibus uniuersas notiones ef-  
 fecerit, ex ijs res alias singulares eiusdem generis, licet antea non  
 uisas, non cognitatas, sensibus tamen cognoscer, & tantò celerius  
 ac facilius, quantò magis uniuersa magisque generalis notio fue-  
 rit animo comprehensa, ut sicut dixi, quod procul cernitur, cor-  
 pus prius esse dicet, quàm animal: & animal, quàm hominem: &  
 hominem, quàm Platonem. At generales porrò notiones (ut sunt  
 definitionū primarum, distributionum principum) si quid obscu-  
 ritatis habeant, cū puero proponuntur, aliquot exemplorum

1 inductione explanentur, ut principia sunt explananda. Quam-  
 obrem cum genera speciesque cognoveris, genera sunt non solum  
 naturá, sed etiam nobis & nostris sensibus clariora & notiora:  
 nec credas, cum genus speciemque noveris, speciem esse nobis ge-  
 nere clarioré, sed tamé intellige ab Aristotele methodú, & artis  
 formam rursus híc informari, ut in arte præcedant absolutè na-  
 turáque sua priora & notiora, id est, generalia & uniuersalia,  
 unde specialia & singularia absolutè naturáque sua posteriora  
 & ignotiora discantur & sciátur. Nam si scientia & doctrina  
 ex absolutè prioribus & naturá notioribus progrediatur, certè  
 si in una doctrina multæ definitiones, partitiones, demonstratio-  
 nes fuerint, generaliores & uniuersaliores, id est, per se, naturá-  
 que priores & notiores præcedent. Cum igitur hæc doctoris præ-  
 cepta didiceris, interrogatus de methodo & ordine collocandæ  
 artis, respondebis à prioribus absolutè progrediendum esse. Gene-  
 ralissima (inquam) absolutè priora sunt subalternis: ab illis igitur  
 ad hæc procedendum: subalterna absolutè priora sunt spe-  
 cialissimis: ab illis igitur ad hæc progrediendum. Quid si (in-  
 quies) absolutè priora desim? absoluta certè methodus, inquam,  
 deerit, & priora nobis assumantur, quæ ipsa tamen in una arte  
 perpetua esse non possunt, sed erunt tanquam næui in corpore,  
 3 totum corpus nunquam efficient, & tamen consequentibus quo-  
 dammodo priora erunt & notiora, quia modo quodam etiam  
 generaliora: ut si generis alicuius definitio partitione sumatur  
 ex effectis, adiunctis, aut alijs argumentis non causis, ea certè  
 quanuis in re præsentis non sit natura causáque prior, tamen cõ-  
 sequentibus modo aliquo generalior: ut si substantia aut corpus  
 ex proprio uel accidente aliquo definiatur, hæc definitio tamen  
 generalior erit definitione hominis, non absolutè quidem, quia  
 non erit ex eodem genere, sed certè modo quodam. Ergo, ut dixi,  
 4 intelligamus ab Aristotele rursus artis ordinem & dispositionem,  
 id est, methodum (quam dico) informari: methodum λέγεται ἡ ἀνω-  
 ται μὲν ἔσται πάνυ χαλεπὸν, χρῆσθαι δὲ τὸ πανχαλεπόν, ut iam dixi.  
 Ex omnibus enim logicæ artis partibus nulla præceptis breuior,

usu autem & exercitatione & opere nulla maior, nulla difficili-  
 or. Quomodo sunt artes collocandae? Notiora praecedant, ait  
 hac methodus, sic uno uerbo tanta res comprehenditur: & tamen  
 nihil adhuc philosophis, magistris artium & doctoribus diffi-  
 lius unquam quicquam fuit. Illud est, quo ceteris philosophis Ari-  
 stoteles praestitit, si quid praestitit: illud est, quo possit Aristoteles  
 ipse superari, si quid superari potest: & tantum certamen no-  
 strum de logica, de hac ferè parte totum est, quod logica in or-  
 gano logico non apto, & ad usum artis congruo ordine descri-  
 pta sit. Hanc igitur uiam spectari & considerari maxime cupi,  
 hanc collocationem perpendi: quae cum sola & uerissima est, uel  
 Platoni & Aristoteli maxime probata & laudata. Plato in  
 Phaedro, in Charmide, & alijs locis celebravit: Aristoteles in duobus capitibus uidemus adhuc quemadmodum, co-  
 prehenderit: In physicis porro & metaphysicis & ethicis ean-  
 dem uerbis aliter proponit, opere & exemplo aliter exercet.  
 In physicis enim statim initio proposuit omnes scientias ex prin-  
 cipiorum, caussarum, elementorum cognitione deduci, quibus nos  
 cognoscamus, cum caussas cognouerimus, proptereaque primo de-  
 finienda esse principia: sic enim appellat ἀρχάς, αἴτια, στοιχεῖα,  
 eaque dicit ἀπὸ κῶς καὶ τῆ φύσεως σαφέστερα καὶ γνωριμώτερα,  
 absolute & natura clariora & notiora, ἀσαφέστερα δὲ τῆ φύ-  
 σεως, σαφέστερα δὲ ἡμῖν, obscuriora uerò natura, notiora autem  
 nobis dicit esse, συγκεχυμένα confusa & composita: τὴν αἰτίαν  
 ἐκ τῆ καθόλου ὅτι καὶ ἐκαστα δεῖ ποιεῖναι, ex uniuersa-  
 libus ad singularia oportet progredi inquit. Qua omnia cum  
 praesenti posterioris analyseos documento cōueniunt. A principijs  
 (quae notiora per se, suaeque natura sunt) incipiendum, ab uniuersa-  
 libus ad singularia progrediendum: sed in eodem ipso ca-  
 pite totam rem uerbis peruertit, & contraria omnino praecipit.  
 πρῶτον δὲ ἐκ τῆ γνωριμωτέρων, ἡμῖν ἢ ὁ θεὸς καὶ σαφέστερον  
 ὅτι σαφέστερα τῆ φύσεως καὶ γνωριμώτερον. Naturalis uerò uia  
 est à nobis notioribus & manifestioribus ad manifestiora natu-  
 ra & notiora: & rursus. διόπερ ἀνάγκη τὸν τρόπον τούτον ποιεῖν

1 γενεῶν τῶν ἀσφαφεύρων μὲν τῆ φύσει, ἡμῖν δὲ Σαφεύρων ὅτι τῶν  
 ἀσφεύρων τῆ φύσει καὶ γνωριμώτερον. Itaque necesse est hoc  
 modo procedere ex ignotioribus natura, nobis uero notioribus ad  
 manifestiora natura et notiora. Quin (quo magis res tota con-  
 funditur) appellat illud Συγκεχυμένον, ὄλον καὶ τὸ καθόλου, ex  
 quo postea principia tanquam partes, manifesta et perspicua  
 fiant, quae prioribus contraria planè sunt. Primus syllogismus à  
 causis incipit:

Ea per quae scimus, primo loco tractanda sunt:

Per principia, causas et elementa scimus:

Principia igitur causae et elementa sunt primo loco  
 tractanda.

2 Secundus syllogismus ex causis incipit:

Nobis notiora primo loco tractanda sunt:

Effecta et composita sunt notiora nobis:

Sunt igitur primo loco tractanda.

Repugnantiam doctoris hic magnam uidemus. Scimus, inquit,  
 cum causas nouimus. Itaque à causis incipiendum. At contra,

A notioribus nobis incipiendum:

Causata notiora sunt nobis:

Ab his igitur incipiendum.

3 Assumptionem secundi huius syllogismi falsam esse iam docui,  
 cum disserui, si comparatio generis cogniti cum specie cognita  
 fieret, genus non solum natura sua, sed nobis et nostris sensibus  
 clarius, euentius, promptius, ad obiectas res cognoscendum, et  
 in analyticis, cum duo genera sint definitionum et demonstra-  
 tionum, διὸν καὶ ὅτι, τὸ μὲν ἐξ ἀπίσ, τὸ δὲ ἐξ ἀναπίσ, illud ex  
 causa, hoc ex non causa, certè praepositur, quod ex causis rem  
 definit, aut demonstrat, et cum horum physicorum syllogismo-  
 rum alter διὸν, alter ὅτι demonstrationem nobis proponat, Ari-  
 stotelesque ipse demonstrationem διὸν solam demonstrationem  
 ueram faciat, cur dubitamus, Aristotele ipso praesertim iudice,  
 4 nam illam ex causis, antepone? Age uero, ex secundi posteriorum  
 decimoquarto capite, definiendi regulam huc adhibe, uesti-

bulum operis physici nobis est obscurū, rem subiectam, partē spectare  
 uideamus: exemplum totius operis physici contemplerur. Dicitur  
 sunt physici operis initio contraria doctoris huius auctoritates.  
 Altera, omnes artes sunt à causis ad causata, à generibus ad  
 species, à simplicibus ad composita deducenda. Altera, omnes ar-  
 tes sunt à causatis ad causas, à singularibus ad uniuersalia, à  
 compositis ad simplicia deducenda. Videamus utram methodi  
 magister ipse sequatur, & ad quam opus suum dirigat: si à cau-  
 satis ad causas progrediatur, præceptum dicemus ex eius sen-  
 tentia sic intelligendum fuisse: si incipiat à causis, & progre-  
 diatur ad causata, contra dicemus intelligendum esse methodi  
 præceptum, & sic ab Aristotele iudicatum & probatum. Quid  
 igitur sit in totis Aristotelis physicis? Octo primis libris natura  
 definitur, diuiditur in materiam formamque, materia declara-  
 tur, forma & eius in omni genere motus facultas explicatur. Sex  
 proximis libris naturæ genera diuiduntur, simplex in celo &  
 elementis: composita ex his causata, cuius deinde species in me-  
 teoribus, in animalibus rebus exponuntur. Quid ergo? an non est  
 γενικώτατον primo loco? an non sunt ὑπάλλλατα secundo? an non  
 denique εἰδικώτατα postremo? Ergo uera hæc methodus in phy-  
 sicis seruetur, & quod uerbis initio confunditur, id uerbis me-  
 lioribus eodem initio corrigitur: & opere toto præclare iudi-  
 catur, & à causis ad causata, à generalibus ad specialia, ab  
 uniuersalibus ad singularia, à simplicibus ad composita  
 que proceditur, non contra. De collocatione, de ordine & dispo-  
 sitione & forma artium differimus, unam esse ex Aristotelis sen-  
 tentia, imò doctrina & exemplo & testimonio contendo. Quis  
 etiam eadem methodi quaestio rursus in physicis agitur toto  
 ferè primo libro de partibus animalium, qua uia quoque ordine  
 physica res exponenda sint, καὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον  
 ὁμοίως ἀπὸ τῶν ἑπισημίων τε καὶ ὑμμιωτέραν δύο φαινόμενα τρόπον  
 τῆς ἐξέως εἶναι, ὧν τὴν μὲν ὀπισθὴν τῆς πράξεως καὶ  
 ἔχει προσαγορεύειν, τὴν δὲ ὀπίσθην παλαιά γινώσκουσα. In omni con-  
 templatione, docendique uia, uel humiliore uel excellentiore

- 1 duo uidentur esse habitus modi, quorum alter scientia rei, alter  
 peritia quadam merito possit appellari. Hic ἀπόδειξιμ διότι  
 ὅτις ἡμῶν, ὅτι δὲ παρὰ δῆλον appellat, tum sub ungue φώτερον  
 κοινῆ κατὰ γένος πρῶτον, εἶτα ὕστερον περὶ τῆς ἰδίας θεωρη-  
 τέον, ἢ κατ' ἕκαστον δι' ὅς. *Utrum communiter secundum genus*  
*primum, deinde postea de singulis propriè considerandum, an*  
*singularia prius exequenda? Ac de causis eadem ferè quæ his*  
*analyticis postea, dicuntur de definiendo, distribuendo: ubi Em-*  
*pedoclè & Democritum tanquam arte logica non satis instru-*  
*ctos arguit Aristoteles, primumque Democritum ait in Physicis*  
 2 ex causis definitiones attulisse: Socratem definiendi diligentia  
 superiorem Democrito fuisse, sed ꝓ hysicis spretis, totum ad ethi-  
 ca studia conuersum esse: leges partiendi proponit, quòd genus  
 in duas diuidi differentias perpetuò non possit, nec priuationes  
 pro ueris differentiis haberi: denique propriè τοῖς ἐν τῇ οὐσίᾳ καὶ  
 μὴ τοῖς συμβεβηκόσι κατ' αὐτὸ essentialibus partibus non ad-  
 iunctis per se: item τοῖς ἀντικειμένοις oppositis: τῷ methodi quæ-  
 sitionem concludit ἢ τὰ καθόλου ὑπαρχοντα πρότερον εἰπεῖν,  
 ἢ πολλαῖς ταυτὲν λέγειν τὰ ἢ καθόλου, κοινὰ τὰ γὰρ πλείο-  
 σιν ὑπαρχοντα, καθόλου λέγομεν. Aut uniuersalia prius expli-  
 3 canda esse, aut sæpius idem dicendū: uniuersalia uerò communia.  
 Que enim in pluribus insunt, uniuersalia dicimus, ait: Ergo hanc  
 methodum nõ solū uerbis uerè instituit, sed re ipsa & exemplis  
 exequitur, & communia primò atque uniuersalia: deinde prop-  
 ria & singularia interpretatur: genera, specièsque definiendo  
 & partiendo, tum proprietates ortus, incertus accretionis, con-  
 iunctionis, uigilia, somni, progressionis & reliquarum qualita-  
 tum demonstrat. Quo Aristotelis loco singularis illi ratio consi-  
 deranda diligenter est. Perissologia, inquit Aristoteles, absurda  
 continget, nisi generalia præcedant, idemque sæpius dicendum  
 4 erit: perissologia hæc & ταυτολογία eadem paulò post ab Ari-  
 stotele ipso rursus capite quinto, ut absurda res allegabitur: pe-  
 rissologia, inquam, qualem in organi libro infinitam common-  
 stramus. Ergo methodus & collocatio artis à generalibus &

uniuersalibus causis atque principiis in physicis ipsis & præceptis & exemplis non solum necessaria, sed sola & unica traditur & approbatur: somniumque illud instituenda artis ab effectis & notioribus nobis abunde contrariis & præceptis & exemplis refellitur. Locus in sexto metaphysico cõsimilis erroris est, quod à notioribus nobis ad naturã notiora progrediendum sit, sed quia refutatio cõsimilis est, prætereo, & de metaphysici operis confusione questionem, in octauum huius libri caput diffundam. Eadem methodi & collocandæ artis questio primo Nicomachiorum Ethicorum reuocatur, & uidetur rursus idem turbari, quod initio primi physicorum turbatum est.

Μὴ λαμβανέτω δὲ ἡμᾶς, ὅτι διαφέροισιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λέγουσι καὶ οἱ ἐπιτὰς ἀρχαίς· ὅτι γὰρ πλάτων ἠπέριβεν καὶ ἔπειτα, πλεον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἢ ἐπιτὰς ἀρχαίς ὅτιν ἢ ὁδὸς, ὡς ἄρα οἱ περὶ σαδίων ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπιτὰς πέρασ ἢ ἀνάπαυσι, ἀπὸ τῶν ἀρχῶν γὰρ ἀπὸ τῶν γινώσκοντων, ταῦτα δὲ διττῶς, τὰ μὲν τῶν ἀρχῶν, τὰ δὲ ἀπλάως, ἰσῶς οὖν ἡμῶν γε ἀρχῶν, ἀπὸ τῶν ἡμῶν γινώσκοντων.

Nec illud (ait Aristoteles) nos lateat, diuersas esse disputationes, & quæ à principiis oriuntur, & quæ ad principia referuntur. Præclare enim Plato dubitauit, atque hanc questionem attulit, utra uia tenenda esset, an quæ à principiis, an quæ ad principia: quemadmodum in stadio, ab iis qui præmia cursorum proponunt ad metam, an contra à meta ad illos curritur. Nam disputationis initium à rebus notis & perspicuis ducendum est, quarum duo sunt genera: alia siquidem sunt notæ nobis, alia præpente natura: fortasse igitur incipiendum nobis ab iis rebus quæ sunt cognita & exploratæ nobis.

Hic locus est ueræ illius methodi turbator alter, & uidetur à causis ad causas, à notioribus nobis ad naturã notiora progressum nobis imperare. At Aristotelicam analysin, Aristotelicam principia ἀποθῆσιν, ἐπαγωγῶν, ἐμπειρίαν, ἰσορίαν rursus hic adhibeamus: imò uerò doctoris ipsius exemplum & testimonium cum præcepto & regula cõferamus. Dixerit artes à causis ad



- 1 *causas, à notioribus nobis ad naturâ notiora deducendas esse. Videamus igitur quid agat ipse, & quo modo in eo ipso loco philosophiam ethicam deducat. Quid igitur? quomodo progreditur? Definitionem primo loco statuit, beatitudinem definit, genera deinde diuidit, alteram in actione, alteram in contemplatione: postremò generis utriusque species suo loco deinceps exponit. Ergo progreditur à causis ad effecta, à notioribus naturâ ad nobis notiora, quia generalia causæ sunt specialium, quia generalia specialibus notiora sunt, ut in his analyticis capite uicesimo primi docetur. Quamobrem non solum Platoni, sed etiam*
- 2 *Aristoreli uidemus hanc singularem, & unicam faciendæ artis & collocandæ speciem placuisse, & sicubi Aristoteles uerbis aliud uidetur ostentare, re ipsa tamen & ueritate hanc ipsam non aliâ sequitur, & sibi probatam testimonio, iudicioque suo profitetur. Atque Aristotelei qui logicum organum nobis ita composuerunt, ut compositum nunc habemus, Aristoteleæ philosophiæ se ualde ignaros declarari fuisse, qui non potuerunt generalia & uniuersalia secernere, & ea præponere. Inuentio tota de generibus me-*
- 3 *diorum, principiorum, argumentorum sine dispositione syllogismi, uel methodi doceri, imò exerceri etiam potest. Dispositio autem syllogismi & methodi, sine rebus inuentis esse nulla potest, naturâque planè posterior est. Vtramque igitur partem interpretes è toto organo seligere, & priorem illam priore loco, posteriorem hanc posteriore ad hanc Aristotelis methodum collocare debuerant. Hanc in organo, imò in tota Aristotelis philosophia regulam tam magnificam, tamque præstantem cum non uiderint, nil iam mirum est in totis logicis tam sæpe nil uidisse. At dicens, ut dicunt, è causis causas generales in artibus inquirendas esse, & hoc Aristoreli placuisse. Vtrûque falsum (inquã) est: nec enim differimus hic quomodo res ὁρισμῶν ἰσχυρῶν sint inquirendæ, sed*
- 4 *quomodo rum inuentæ fuerint, collocandæ sint, & quo ordine disponendæ, proptereaque primùm illud ineptè affertur, ineptius etiam secundum. Considerentur enim tota illa physicorum & ethicorum initia, non reperiatur definitionem generis ex generis*

h d

p c

in

ft

do

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

tu

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

a r

effectis inuestigari, sed opiniones alienas ferè refelli, quæ nõ sunt  
 effecta subiecti & propositi generis, sed ad generis ipsius defini-  
 tionem falsa genera quædam superiora, superiorisque falsa dif-  
 ferentia discutiuntur & reiciuntur, contra uera confirmantur.  
 Vna in organi logici interpretibus erroris perpetua causa est,  
 quòd logica usum nescierint, quòd analysim nunquam adhibue-  
 rint, quòd problema, quòd problematis medium, quòd medi syllo-  
 gismum, quòd uniuersæ artis methodum nunquam spectarint,  
 quòd ἐμπειρίαν τέχνης, ἀπειρίαν τύχης partem esse non mi-  
 nuerint: altercati tantum sunt, altercationum suarum in exem-  
 plis ueritatem & fructum nunquam experti sunt, propterea que  
 ut barbaris de Grammatica, sic logici usus ignaris de logica ni-  
 hil credendum, nihil confidendum. Porphyrius, Ammonius, Philo-  
 ponus, Simplicius, & reliqui qui logicam (quæ nunc Aristoteles  
 nomine tenemus) non ex Aristotelis principis pendere & cõ-  
 ponere, sed qualècunque acceperant, pro suo arbitratu tradere  
 uoluerunt, duas uias in descensu ascensuque sinxerunt, rectam al-  
 teram, alteram inuersam, analysim & genesim nominant: ut per  
 analysim finem primo, deinde fini proxima, postremo reliqua ut  
 erunt propinqua uel remota, ita prius posteriუსque cogitemus per  
 genesim contra opus ordinemus ex eo loco, ubi analysis desinat,  
 tandemque eam concludamus, ubi analysis inceperat: analysis  
 denique à crassissimis maximèque compositis descendet ad sim-  
 plicia: genesis contra à simplicibus ad composita perueniat. he  
 de analysi dialecticæ artis sic præcipiunt, tres animus nostris  
 occurrentium usorum esse distinctiones, cum aliquid persuadere  
 aut probare uelimus, scientiam primò & ueritatem: quæ si desit,  
 probabilitatem & opinionem: quæ etiam postremò si nulla sit,  
 captiuunculam aliquam sophisticam prehendi: quæ quòd uolumus,  
 persuadeamus. Veritatem porrò aiunt demonstratio, opi-  
 nionem dialectico, captiuunculam sophisticam syllogismo informati.  
 Quare primus sit analyseos gradus demonstratiuus syllogismus,  
 secundus dialecticus, tertius sophisticus: deinde aiunt tres illas  
 species demonstratiuorum, dialecticorum, sophisticorum, syllogis-

- 1 *morum cognosci non posse, nisi generalis doctrina syllogismorum cognita sit: syllogismum enuntiationibus, enuntiationes nominibus & uerbis fieri, hæc è categoriis accipi: sic analysis interpretum primo loco posteriora analytica, secundo topica, tertio elenchos, quarto priora analytica, quinto ἐρμηνείαι, sexto categorias à sine procedens ad initium, contemplatur: eademque analysis θεωρία uocatur à Simplicitate: γένεσις uero quæ dicitur ab eodem etiam περὶ τῆς ἀναπάλιν ὁδῶν, contra progreditur, ab initio recursis isdem gradibus ad finem: à categoriis per ἐρμηνείαι ad analytica priora, posteriora, topica, elenchos. In quo*
- 2 *multiplex & uarius est error: dicunt interpretes primo loco finem, secundo, proxima fini, tertio tertia, ac deinceps reliquis locis reliqua, ut erunt fini uiciniora, aut ab eodẽ remotiora, sic prius posteriori sue subducenda. Hæc rerum per tales gradus subductio methodus est Aristotelica, quam sequor & laudo: In quã interpretes, licet id minimè reputantes, tamen, quocumque consilio faciãt, incidunt: quia uia hæc progreditur à natura prioribus & notioribus, à generalioribus denique prænotionibus. Nam si finis est, sunt etiam ad finem relata, non contra: & in reliquis inferioribus eodem modo, & quo quidque generalius est, tanto est ἀπώτερον*
- 3 *magis causa, tanto magis accedit eis τὸ ἀπλοῦν & τὸ ἑρπᾶς ad simplex & finem, tanto est ὀπισθημονικώτερον & ἀρχαιότερον scientia & principio uicinius, ut Aristoteles docebit uicesimo capite huius. Hoc igitur in his interpretibus approbo & laudo. Dicunt artes hac uia inueniri: hoc Aristotelicã philosophia contrarium est, nõ approbo, non laudo. Omnium enim artium inuentio & obseruatio licet summum artis finem propositum semper habeat, à sensibus oritur, & inductione singularium ascendit ad specialia: à specialium inductione ad generalia, ut decimo quarto capite huius Aristoteles docebit. Error interpretum hic*
- 4 *primus est, quod huius ἀναλύσεως nomine talem artium inuentionem confingunt. Dicunt finem logicæ esse demonstrationem, proximè sequi ex ordine topica, elenchos, priora analytica, ἐρμηνείαι, categorias. In quo, toto celo aberrant. Ex Aristotelis*

autem loco malè intellecto ( ut primo animaduersionum libro  
 docuit ) demonstrationem logicæ finem fecerunt. At finis est bene  
 differere: quod prima logicæ definitione comprehenditur, & cõ-  
 prehendi oportere Aristoteles ipse docet, ut ibidem copiosius dis-  
 serui: proximè finem sequentia, non sunt topica & elenchi, sed  
 ( etiam si libros Aristotelis retinere uelles ) posito per definitionem  
 generali sine, inuentio in categoriis, interpretatione, topicum pro-  
 ximè sequebatur: tum dispositio in analyticis: postremum seque-  
 rentur uitia utriusque partis in elenchis. Hic secundus est error  
 in exemplo, nec enim finem, nec è sine secundo, tertio, ac deinceps  
 locis deducta assumunt. Tertius error est in genesi: nam cum illo  
 ordine uero, & Aristotelicæ methodi proprio res sumpserint, or-  
 dine contrario docendas & collocandas esse præcipiunt. In qua  
 regula tam uehemèter errant, quàm errauerant in exemplo pro-  
 ximo. Etenim si uera est Aristotelis doctrina ( ut Aristotelis in-  
 terpretes hi ueram esse putant ) omnisque doctrina à generalibus  
 prænotionibus, à naturæque prioribus & notioribus sit institu-  
 da, cum superior ἀναλυσεως & θεωρίας uia à prioribus natura  
 & notioribus procedat, quomodo contraria γενεσεως & πρᾶ-  
 ξεως uia à prioribus natura, & notioribus incedet? nec enim  
 possunt iisdè eadè esse priora ac posteriora, ut tertio capite hu-  
 ius dicit Aristoteles. Quare secunda hæc interpretum regula falsa,  
 & cõtra Aristotelis doctrinam ficta est, & hic tertius est error. in  
 quo etiã uideo hos interpretes geneseos ac praxeos nomine, dispo-  
 sitionem obscure & confuse comprehendere, ut antea nomine ana-  
 lyseos inuentione: imò uerò Aristotelis ueram methodum ista geneseos  
 uia sequi uolunt, quia putat à simplicibus ad cõposita, id est, à ge-  
 neralibus ad simplicia ( ut Aristoteles uicesimo capite huius inter-  
 pretatur ) ista uia se descẽdere. Sic imprudẽs: logicæ permiscẽt.  
 Quartus error est in exẽplo. Nec enim à logicæ sine logicis absunt  
 categoriæ & ἐμπνεύεια, quàm syllogismus. Nã singulis sæpe propo-  
 sitionibus sine syllogismo ratiocinamur, et logicæ finem assequimur:  
 ut definiendo, partiendo, artes denique ferè totas instituendo, ut iam  
 disserui. Quare categoria et ἐμπνεύεια, unde propositiones sumuntur

- 1 tur, propiores logicae artis fini sunt, quam syllogismus. Syllogismus sine propositionibus nullus esse potest: Ergo syllogismus est natura posterior et ignotior, et a logica fine remotior. Quare fallitur hic interpretes, nec sunt a fine remotissima, quae remotissima putant. Quintus error est incostatus comenti plane ridiculus et absurdus, quod interpretes iubent in logicae genesi et praxi eosdem ἀναλυσεως et θεωρίας gradus, sed inuersos repeti: at cum per categorias, ἐπιμνηστικῶν, ad priora analytica regressi sunt, deinceps, ut actus fabulae suae constanter perageret, collocare debuerant quarto loco elenchos, quinto topica, postremo posteriora analytica. At
- 2 sua propositionis obliti, antepenultimo loco posteriora analytica, penultimo topica, ultimo elenchos collocant: quod tam fatuum commentum Philoponus uidetur tandem in posterioribus analyticis sensisse: ideoque posterioribus analyticis topica praeposuisse. Quare uidemus quos errores in uno interpretum commento lateam, quibus Aristotelis logicam satis obscuram per se, tamen obscuriorem ac difficiliorem factam habemus: ueram methodi regulam ἀναλυσεως nomine imprudentes proponunt, sed ad artiū inuentionem falso referunt, sed exemplum falsum subiiciunt, sed ei nomine γενεσεως, dispositionis contraria regulam falsam opponunt: imò falsae regulae et falsum et inconstans exemplum confingunt. At si interpretes hi, Aristotelis logicam probe nossent, nunquam fecissent analysin genesi priorē, sed contra, genesin analysin, ut Aristoteles fecit priorum analyticōn primo: fecissentque omnino cum doctore suo, geneseos analysin, non contra magistri sui doctrinam analyseos genesin. Artem denique logicam a natura prioribus et notioribus instituendam curauissent, quanuis inductione natura posteriorum et ignotiorum paulatim esset inuenta. Quapropter interpretes hi (quod tam saepe ab eorum uitiis coactus repeto) non modò logicae artis usum nullum tenuerunt,
- 4 sed ne artem quidem (quam interpretandam susceperam) intellexerunt. At Galenus (dicit aliquis) omnibus his interpretibus antiquior, qui Aristotelis logicam interpretatus est, et quindecim de demonstratione libri est amulatus, non unicam illam a gene-

*valibus & aniuersalibus methodum, nec unicum illum disponēda  
 artus modum efficit, sed interpretum analysin & genesin, & ple-  
 rasque etiam alias methodos instituit. At cur Galenus nobis ob-  
 jicitur, quem præcipuum Aristotelicæ animaduersionis autorem  
 habemus? qui in tota philosophia, nullam hominis cuiusquam opi-  
 nionem, sed experientiam unicam, ac certam demonstrationem  
 pro singulari ueritatis regula habuerit? seruosque appellare so-  
 litus sit, qui se Hippocrati, Platoni, Aristoteli, uel uni alicui ad-  
 dixissent, qui logicæ exercitationem (quam tantopere requiro) in  
 tota hominis uita requirit? qui apodicticæ meditationem (quam  
 postulo) in singularium artuum consideratione & disquisitione,  
 in rebus ad uitæ actiones utilibus exigit? Aspasio & Adrasto  
 Peripateticis posterior quidem fuit, cum eos ipse citet: Alexandri  
 Damasceni equalis: Alexandro Aphrodisæo paulò superior: Por-  
 phyrio certè, Ammonio, & iis (quos antea nominauimus) multis tẽpo-  
 ribus superior ac maior fuit: neque de logica solos eos demon-  
 strationum libros, sed ferè centũ conscripsit: qui si extarent, qua-  
 rerem quid nobis præciperent: quanquam ex multis Galeni locis  
 uideo in illis demonstrationum libris totam de mediis & argu-  
 mentis, de syllogismorum figuris ac methodis logicam consusam  
 fuisse: in iisque logicas Aristotelis argutias non diffiteor à Gale-  
 no tam liberè notatas esse, quàm cæteris in libris physici Aristo-  
 telis errores ab eodem sunt animaduersi. Sed tamen de Galeni  
 auctoritate ac methodis iam uideamus, & de tanti uiri doctrina  
 respondeamus. Etenim ex omnibus Aristotelis interpretibus (quos  
 primo libro recensui) nullum Galeno præstantiorem fuisse iudico,  
 & in quo plures laudis dores uideam: ingenium est summum, elo-  
 quẽtia quãuis iuuenili quadam & plusquam Asiatica copia red-  
 undans, otio tamen abundantibus non iniucunda: diligentia in  
 scribendis libris maxima: & (quod mea quidem sententia omnia  
 illa superat) liberum & sincerum in philosophando studium: sic  
 finem rerum, sic usum artium, ac uerum fructum sibi proponit: sic  
 eodem motu argumento non solum uirtutem magnificè laudat,  
 sed uitiũ liberè reprehẽdit: ueteresque philosophos arguit, quod*

lectarum uel auditarum rerum commentitiis & falsis inuentis  
 remerè crediderint, quæ legerant uel audierant, an uera essent: non  
 explorant, ad ueritatis principia ἀποθῆσιν, ἐμπερίαν non re-  
 uocant. At quantum Galenus talis tantisque philosophus in  
 quamplurimis rebus fuerit, at tamen quid de methodis docuerit,  
 animaduertam. Appellat modò μέθοδον, modò θεωρίαν, ut Sim-  
 plicius, modò διδασκαλίαν ἄξιως. Verba mittamus, rem te-  
 neamus. Dico cum totius artis materia sit inuenta, definitiones,  
 regulae, partitiones, ceteraque omnia decreta constiterint, cum sit  
 etiam materia illa iudicata, totius huius scientificæ & artificio-  
 sa materia dispositionem unicam esse, à natura prioribus & no-  
 rioribus, & appello, si patiare, methodū: Tu mihi in isto nomine,  
 in ista definitione, si Galenum opponis, & plures ab eo disponē-  
 dae artis uias uerè institui dicis: id nego. Ac ne qua nobis è uerbo  
 controuersia creetur, & Galenus aliud fortasse significet, aliud  
 sermo noster accipiat, hypothesein cōtradictionis tuae statuamus:  
 tibi enim Galeni auctoritatē contra nos appellāti, tuaeque hypo-  
 thesi iam respondeo. Quomodo igitur Galenus methodum de-  
 finire tibi uideatur, audiamus. Εγὼ δ', &c. Ego uerò, ait, affir-  
 mo quasitarum rerum ueritatem te adepturum esse, si primū uia  
 ad eam ducentis initium cognoueris, à qua aberrans in multos  
 rationum errores incidis: Iisdem autem iudiciis (quibus princi-  
 pium adeptus sis) obtinebis, quid è principio secundum, deinde si-  
 militer tertium, ac deinceps unumquodque consequatur. Hic me-  
 thodum, de qua præcipio, definire tibi uideatur Galenus initio  
 libri nonι περὶ τῆς ἰατρικῆς ἐπιπέρας ἐ Πλάτωνος δογματικῶν,  
 de placitis Hippocratis & Platonis: eaque definitio ibidē paulò  
 post iteratur, ubi iubet Hippocrates agrotātis hominis faciē cum  
 ualētis faciē cōparandā, ut morbus cognoscatur. Tū Galenus ait,  
 Videtur pronosticæ notionis à natura maximè contrarijs initiū  
 fecisse, quæ sint maxima & omnibus cognitu facillima: hæc qui  
 affectus erit, poterit facillè ad proxima inter se & coniuncta  
 descendendo paulatim peruenire. Hic rursus methodicæ colloca-  
 tionis (de qua loquimur, & quam unicā probamus & sequimur)

species tibi uidebitur à Galeno definiri. Quam definitionem si  
 sequare, eamque rem methodum uelis appellare, & methodi no-  
 mine contra medicas, hanc primi, secūdi, tertij, quarti loci disposi-  
 tionem à Galeno locis, de quibus differemus, intelligi: & plu-  
 res artis collocandæ uias ac methodos tales à Galeno constitui, re  
 ipsa iam non uerbo distendemus. Varia igitur sic definita metho-  
 di genera ex tua sententia Galenus instituet, & quidem, quod  
 animaduerti, locis quatuor: quorum locorum tres primi sunt in  
 hoc eodem de placitis Hippocratis & Platonis libro: postremus  
 in alio opere. Sed iam de singulis agamus. Primus est de compa-  
 ratione similium & dissimilium, quorum ἀκριβῆ γνώσιν εἰς με-  
 θοδικῶ ἀπαράσῃς τέχνης σύστασιν, accuratam cognitionem ad  
 methodicam cuiuslibet artis constitutionem per se sufficientem,  
 & idoneam uideri Galenus scribit, tantum hanc methodum ex-  
 tollit, & tibi rursus uidebitur hic de methodo nostra loqui. Est  
 autem locus hic initio libri, ubi Galenus Hippocratis locum de  
 similitudine & dissimilitudine sic interpretatur, ἢ ὁμοια, ἢ ἀνό-  
 μοια, ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῶν μεγίστων καὶ ῥηίστων, ἀπὸ τῶν ἀπαι-  
 τῶν πάντων γινώσκομένων, ἀ τὸ ἰδεῖν, καὶ ἀκούσαι ὅτι, ἀ τῆ ὀφθα-  
 λμοῦ καὶ τῆ ῥωτῆς τῆ γλώσσης τῆ γνώμῃ ὅτι ἀσθενῶν, οἷς γινώ-  
 σκομεν, ἀπασίν ὅτι γινώσκειν, Similiāne sint an dissimilia, primum  
 à maximis & facillimis, à notis omnino usquequaque, quæ & ui-  
 dere & audire liceat, quæque liceat percipere & visu & nari-  
 bus & lingua & mente, quibus cognoscimus, omnibus licet co-  
 gnoscere. Hæc Hippocratis oratio de similitudinis & dissimili-  
 tudinis cognoscendæ uia, uera est, et eā methodū docet, quā Aristo-  
 teles docet, & quā ex Aristotele sequimur: ab ijs nepe incipiendū  
 quæ maxima sunt, κατὰ χρῆσιν καὶ ἡρώαμιν, usu & facultate,  
 ut uerè Galenus interpretatur, et profus notissima τῷ sensui, τῷ  
 μέτῳ, id est (ut Aristoteles loquitur) τῷ absolutè naturæque, τῷ no-  
 bis ac sensibus nostris. Hæc in quā Hippocratica methodicæ pro-  
 gressionis ratio, uera est: quia principia primo loco disponantur,  
 quia facillima, quia maxima, id est notissima & generalissima,  
 quia ἀπώτατα, ὅτις ἡμῶν ἰκώτατα, tum de principijs consequē-



1 *ria, loco secundo secunda, tercio tertia, quarto quarta, ac deinceps reliqua, ut sint maiora facilioraque: atque hæc ordinis collocationisque præceptio generalis & communis est omnium disputationum, omnium artium: nec solum ad iudicandum quæ similia & dissimilia, sed omnino ad omnem uel unius argumenti, ut simplex rei unius & unica explicatio demonstratione fuerit, uel longioris disputationis quæstionem perpendendum & æstimandum. At Galenus hanc artificiosam dispositionis formam in hoc Hippocratus loco non animaduertit, sed quæstionem, ad quæ*

2 *disciendam & deducendam methodus hæc ab Hippocrate adhibebatur, pro methodo ipsa accepit: & similitudinis dissimilitudinisque quæstionem pro quæstionis ipsius explicatione & tractatione sumpsit: similitudinemque ac dissimilitudinem nobis tradidit pro methodo, quæ principia, quæ maxima & facillima & notissima, de quæ ips deriuata secunda, tertia, quarta suis quæque locis institueret. Quæ indiligentia (ne quid de uiro alioqui diligentissimo grauius dicam) magna est. Similitudo quidem & dissimilitudo, argumenta si aptè sumantur, illustria quidem illa & splendida sunt & empiricorum analogismum illum continent, de quo in optima secta Galenus tam multa differit, & in empiricæ*

3 *sectæ compendio: at ordinis nullam nobis uiam ostendunt. Nec Hippocrates similitudinis & dissimilitudinis argumentum illud pro dispositione & ordine artis tradidit, sed uiam & hoc & cæteris argumētis utendi docuit. Materia domus est in lapidibus, lignis, camentis: forma domus est in lapidum, lignorum, camentorum apta compositione & collocatione. Lapis, forma domus non est: ita est in omni disputatione. Materia disputationis est in causis, effectis, genere, specie, toto, parte, similitudine, dissimilitudine, & cæteris argumentis: Forma disputationis & collocatio est in ordine primorum, secundorum, tertiorum. Similitudo igitur ipsa*

4 *materia est, quæ methodico ordine tractatur & disponitur: non est ipsa dispositio, non est denique methodus, de qua loquimur. Quare Galenus materiam nobis pro forma, rem disponendam pro dispositione, methodi materiam pro methodo ipsa tradit, sē-*

que ipsum & homines sibi addictos fallit. Atque id scholasticum &  
 magistri alicuius somnium fuisse suspicor, Galeni inuentum & iu-  
 dicium nullum esse arbitror: errorem hunc totum non aliunde  
 profectum sæpe iam in Aristotelicorum interpretum erroribus  
 moneo, quàm quia logica definita his nulla sit, partium nulla  
 distributio facta sit, ut intelligeretur methodus ipsa demque in  
 certa logica & sua parte constituta. Si Galeni excusandi gra-  
 tia dicas ab eo methodi nomine argumentum facile & euidem  
 intelligi, ad inuentionis materiam recurris: artium dispositionem  
 (quam tamen definiri à Galeno & cogitari & præcipi dicebas,  
 quam etiam in ista disputatione nobis opponebas) omnino defe-  
 ris: neque nobis de methodica disciplinarum collocaione præ-  
 cipientibus, Galeni autoritate obsistis, sed tibi ipsi contradicis,  
 qui definis aliud, deinde conuictus aliud intelligere te dicis: de  
 ordine & uia collocandarum artium disputo: unicam colloca-  
 tionis eius formam defendo, & Platoniam atque Aristotelicam  
 esse doceo: tu contra me disputas, & Galenum opponis, & tantè  
 iusto & legitimo certamine superatus non te dedis, sed pugnan-  
 tia tecum & contraria comminisceris. Maius uerò est, quod Ga-  
 lenus eiusdem ex similibus ac dissimilibus somniata methodi nò  
 solum Hippocratem, sed Platonem quoque authorem efficit. At  
 Plato, sicut Hippocrates, comparisonem similium & dissimili-  
 um sæpe adhibuit ac celebrauit: In ea uerò nullam ordinis specie  
 constituit: Hippocrates inquam, & Plato in similitudine & dis-  
 similitudine locis à Galeno citatis nullam dispositionis artifi-  
 ciosæ uiam, nullam methodum collocat: Methodum (dico) qualem  
 tibi Galenus primùm uidebatur etiã eo ipso libro definire, quæ à  
 principijs, id est maximis & sacillimis & notissimis incipiat, &  
 ad ea deinde progrediatur quæ secundo deinceps et tertio loco, ut  
 naturã secundã sint ac tertiam, subsequuntur: et Hippocratis Plato-  
 nisq; exëpla quæ Galenus multis uerbis persequitur, ad proposi-  
 tam methodicam dispositionis formã nil attinet: cõparationes sunt  
 egregiæ, sed quæ methodicæ gradationis spatia illa nequaquã ostē-  
 dam: quæ quid primũ, quid secundũ, quid deinceps esse debeat, nò  
 exprimunt.

1 expriment. Quare cum Galeni librum legeris, & ea quae moneo, uera esse deprehenderis, aut nostra disputationi desines auctoritate Galeni intercedere, cum uideas eum de materia artis, nos de forma dicere: aut si de forma propter illas definitiones eum loqui sentis, mirabere Galenum Galeni tam dissimilem hic esse: & in scholasticis inertium magistrorum (quos alioqui tam libere interdum reprehendit) commensis tam simplicem, tamque credulum fuisse: atque haec de prima methodo: In secunda quod Galenus praecipit, mirabile mihi fuit, & quod cum iterum iterumque legissem ac relegissem, pro summa tanti hominis opinione uix tandem credibile fuit. Galenus adhuc similitudinis & dissimilitudinis methodum ita celebrauit, uelut unica omnibus instituentis artibus sufficeret, eamque nobis Hippocratis & Platonis esse contemderet, quae tamen Hippocratis & Platonis praecipis & exemplis nulla est, imò nulla esse potest: at quasi de methodo similitudinis & dissimilitudinis nunquam praecipisset, nunquam cogitasset, duas methodos ab illa similitudinis & dissimilitudinis methodo diuersas instituit, ad artium constitutionem maximè (ut ait) necessarias: alteram διαρετικὴν diuisiuam, quae descendat à primo & generalissimo per medias differentias ad ea quae praeterea diuidi non possunt: Alteram συνθετικὴν, quae cōtrā ab indiuiduis per medias differentias ascendat ad generalissimum & primum. Sic enim Galenus appellat, sic etiā explicat, ut una sit ὁδὸς νία, ὁδοῦ πορία ἢ δὴ πῆν, progressio duplex: uel potius sit illic ὁδὸς, hic ἀνόδος regressio. Atque hoc Aristoteleorū interpretum commentū uideretur esse uerbis δυνατάς mutatū, & paulò clarius quàm à Simplicio traditū: ut ἀνάλυσις Simplicio & γένεσις sit idem, quod διαίρεσις & συνθεσις Galeno. Sed alius postea similior etiam locus erit. Galeni definitiones hic manifesta & aperta tibi uidebuntur: cum de similitudine & dissimilitudine loqueretur, minus manifesta Galeni fuit oratio, an artificiosam collocationem, similitudinis & dissimilitudinis nomine comprehenderet, & ex hypothesi tantum propterea respondimus: haec dubitatio hic foras se nulla tibi fuerit: de re eadem

Galenus loqui & sentire, de qua loquor & sentio, uidebitur: *mi-*  
*ca* *rt* *fo*  
*ca* *rt* *fo*  
 cam collocanda & disponenda artis formam esse dico: Galenus  
 duas hinc uidebitur affirmare, non unicam. Si igitur ita putas Ga-  
 leno placuisse, cum artis materia tota sit inuenta, sit etiam in-  
 dicata, disponenda huius artificiosa materia duas species ef-  
 se: alteram à generalissimo per subalterna ad specialissima,  
 alteram à specialissimis per subalterna ad generalissimum, con-  
 tradictio mihi cum Galeno manifesta te iudice fuerit. Hanc  
 igitur hypothesin rursus disceptemus: uideamus, egone, an illi  
 rectè doceat. Hoc duplicis methodi documentum Galenus nos-  
 etiam Hippocrati, ut aenea similitudinis & dissimilitudi-  
 nis methodum, sed soli Platoni tribuit: Platoni quæ hæc de-  
 re è Phædro locum ad uerbum producit, sed uerbis aliquot men-  
 dose: nos ex ipso Platoni Phædro sic conuertimus, ubi Socrates  
 cum Phædro loquitur. Socr. Mihi uerò uidentur reuera care-  
 ra per lusum acta esse. Harum uerò, de quibus forte fortuna di-  
 ximus, duarum idearum si quis arte ipsam facultatem assequa-  
 tur, rem profectò non ingratam cõsequetur. Phæd. Quatuor  
 idearum? Socr. In unamque ideam intuens colligat uarie dis-  
 persa, ut unumquodque definiendo planum faciat, quod idem  
 docere instituat: Sicut hoc tẽpore de amore, quod definitum est  
 siue rectè, siue secus dictũ. Perspicuitatem igitur, eamque sitã  
 constantem & consentientem disputatio ob id habuit. Phæd.  
 Alteram uerò ideam quam nã dicis ô Socrates? Socr. Contra  
 per species possit articulatim diuidere, sicuti rei natura possit  
 uerit, nec instar inertis coqui partem ullam frãgere conetur. Hic  
 Platoni locus est à Galeno citatus, quo Galenus affirmat Plato-  
 ni placuisse duas illas methodos, *συναπτικὴν καὶ ἀναλυτικὴν*  
 At mirifice & charissime Galene, te siquidem & admiror, &  
 amo, quid hinc agis? quid nobis hoc Platoni loco suadere uis?  
 Plato (inquis) duas methodos, duarum artium disponendarum  
 proponit: alteram à generalissimo per subalterna ad specia-  
 lissima: alteram contrariam à specialissimis per subalterna  
 ad generalissimum: imò uerò, inquam, Platoni hic locus unicam

1 methodum, unicam progressionis & collocationis artificiosa uia  
 instituit, a primo & generalissimo per differentias medias ad in-  
 diuidua: quod definitione summi generis primū fieri docet: dein-  
 de definiti diuisione. Ideo Plato  $\kappa\omega\alpha\gamma\omega\gamma\acute{\alpha}\varsigma \kappa\acute{\iota} \delta\iota\alpha\pi\rho\acute{\epsilon}\sigma\theta\varsigma$ , col-  
 2 lectiones & diuisiones illic appellat, quibus utriusque in eadem  
 uia utitur: nec diuersas omnino uias efficit, sed definitiones et di-  
 uisiones amoris, Rhetoricæ (de quibus in eo libro loquitur) illa  
 unica & singulari uia disponit, ut si Platonis præceptum dubi-  
 tationis aliquid haberet, exempla tamen dubitationem omnem  
 tollere debueram. Citas alterum è Philebo Platonis locum perlō-  
 ga oratione. At hic Plato rursus idem dicit artes omnes à gene-  
 3 ralissimis per intermedia ad specialissima, & ab unitate summi  
 generis ad singularium infinitorum multitudinem deducendas esse,  
 quamuis contraria uia per obseruationem & experientiam spe-  
 cialissimorum & singularium primò, deinde subalternorum, po-  
 4 stre mò generalissimorum sint inuentæ. Quod Aristoteles Plato-  
 nis discipulus his analyticis posterioribus docuit, omnes artes à  
 sensibus oriri, & inductione singularium species obseruari, unde  
 postea genera oriuntur: at tamen secus docendas esse præcipit, à  
 generalibus prænotionibus, à natura, imò causis prioribus et no-  
 5 tionibus incipiendo, quia generalia sint  $\alpha\upsilon\tau\omega\tau\epsilon\sigma\theta\epsilon \kappa\acute{\iota} \delta\pi\iota\sigma\eta\mu\omega-$   
 $\kappa\alpha\tau\alpha\tau\epsilon\sigma\theta\epsilon$  specialibus. Atque hanc unicam docendæ artis & di-  
 sponendæ uiam idem ille magister Plato medicorum exemplo, id  
 est, tibi familiarissimo, docet in Charmide, qui ad agram cor-  
 poris partem sanandam nunquam accedunt, nisi prius uniuersum  
 corpus curauerint: Sic disputationē ab uniuersalibus & generali-  
 6 bus perpetuò deducendam esse docet & præcipit, duas easdem  
 definitionum & diuisionum ideas in Sophista commendat: nus-  
 quam docet sic artes instituendas esse, ut in ijs primo loco sint  
 $\epsilon\iota\delta\iota\kappa\omega\tau\alpha\tau\alpha$ , secundo  $\upsilon\pi\alpha\lambda\lambda\eta\lambda\alpha$ , postremo  $\gamma\epsilon\nu\iota\kappa\omega\tau\alpha\tau\omega\nu$ . Istant  
 7 inquam  $\alpha\upsilon\theta\omicron\delta\omicron\nu$   $\kappa\omega\upsilon\theta\epsilon\pi\kappa\lambda\omega$  (quam nominas) Plato nusquam do-  
 cer, nusquam probat: etsi doceret, aut probaret, non esset mihi  
 religiosus Platonis authoritati ueritatem præponere, quàm tibi  
 8 fuit. Tua uirtus in ueri studio, probatione, & experientia, tua li-

bertas & philosophia, Platonis errore charior ac potior esse.  
 Nec enim *σωθευτική ἀνέδω* ars ulla disposita est, nec omnino  
 disponi potest, nec à generalibus praeceptionibus, ut Aristoteles in  
 bet, procederet, nec *απώτερον, ἐπισημονικώτερον, ἀπώτερον,*  
*ἀρχοῦ δ' ἐς ἕξον* praeponeret. Praeceptum duplicis methodi cum à  
 Platone, alterius à summo per media ad ima descenderis, alterius  
 cōtrā ascēderis ab imis per media ad summū: Exeplum utriusque  
 methodi citas à Platone. At Plato secundae methodi nec praecipit,  
 nec exemplū ullū habet. Quāobrem philosophos omnes obsecro et  
 oro, ut hac attēdē cōsiderent, mihi nihil cōfidant et credat. Pla-  
 tonis doctrinam cum his Galeni dogmatis et placitis conferant  
 scholasticas nugas recognoscāt. Ista nimirum commutatis uerba  
 scholastica cōmentata sunt ἀναλυσέως & γενέσεως. Atque peris-  
 ctus ac perspectis locis, si dixeris Galeni quoque sententiā à Platoni  
 sententiā nihil differre, sed unā et eandē esse, ad hypobolēsin re-  
 uertar, tibi que ex pacto inter nos et constituto respondebo, et in-  
 tentiose et inconstanter contra nos agere. Artificiosa materia,  
 iam prorsus inuenta ac iudicata unicam collocationem ac for-  
 mam statuo: tu plures à Galeno statuis, tanti que authoris senti-  
 tia nos premis, tū cōtraria ueritate permotus nescio quid noui  
 aliena fama potius quàm tua metu *παλιωδέης*. Sed id bene  
 uir, qui mihi Galeni doctrinam tam uehementer opponis, *τελευ-*  
*τῆς* liberè nullo Galeni metu cōsidera. Galenus seruos appellat, quos  
 uel Hippocraticos, uel Platonicos, uel etiam Galenicos aiunt esse.  
 Galeni itaque lege liber esto. Si cōperias à Galeno duas collocā-  
 dae artis species ac formas falso doceri, quibus totā materiae ar-  
 tis iam inuentam, iam etiam iudicatā collocari doceat, *καὶ*  
 Galeni errorem mecum fugito, cum unicam esse iam sentias: si no-  
 lueris ab eo unicam methodum, id est, unicam dispositionis *ἰατρικῆς*  
 artificiosae niam doceri, te ipsum damnato, qui temerè Galenū  
 nobis obicias, et praestantissimam philosophiae regulam scietis et  
 prudens cōturbes et impediās. Galenus in philosophia liber esse  
 uoluit: rerum experientiam, utilitatem, usum, finem maxime sibi  
 proposuit, nec ullis magistris pepercit: Platonem, Aristotēlem,

iē Pollucē præceptorē, aliōsque permultos, ut simpliciter credu-  
 los, nec satis ueris studiosos irrisit: qui nullo adhibito iudicio, nullo  
 de rebus experimēto sumpto, temerē scriptis atq; auditis rebus ἔ  
 δόξαις ἢ λιθίαις ἔ opinionibus stultis, ut ipse loquitur credidisse-  
 sent. Virtutē igitur Galeni imitemur, nec hominis gratia eorū si-  
 miles efficiamur, quos merito à Galeno reprehensos arbitramur.  
 Optima ille uoluit, nos idem uelimus: non omnia potuit, nos ali-  
 quid pro nostra parte conemur. In Galeno, Galeni uirtutes imi-  
 temur, nec inertē in experientia omnis erroris ac temeritatis ma-  
 gistrā, ut Plato, ut Aristoteles censent, à Galeno interprete tan-  
 to opere damnatam in Galeno sequamur: commenta illa de scholis  
 accepisse censeamus. Vnicam methodum primò fecit similitudi-  
 nem ἔ dissimilitudinem: scholasticum commentum est, deinde  
 duas διαίρεσις ἔ σύνθεσις: inconstans etiam commentum est, ἔ  
 absurdius superiore commentum. Sed tamen his tam multis com-  
 mentis adhuc insolentiora sunt ea, quæ tertio loco consequuntur.  
 ἅστιν μὲν γὰρ τρία κεφάλαια, ἔc. Sunt enim tria capita, ais,  
 Primū circa compositionē ἔ diuisionem: secundū circa ἀκολου-  
 θησις ἔ μαχομένων γνώσις consequentium ἔ repugnantium  
 cognitionem: tertium præterea quod circa mutuam rerum μέγε-  
 θολίω comparationem, tum maiorum, tum parium, tum similium:  
 quibus responder eiusdem ἔ diuersi cognitio. Hac adhuc Gale-  
 ni uerba sunt, quibus uaria collocanda artis ac disponenda spe-  
 cies ac formæ uerè describi tibi uidebuntur: mihi uerò nequaquā  
 uerè describi uidebuntur. Ergo tuam, quoniam ita uis, hypothesein  
 animaduertamus: tres nouæ methodi (ais) hīc à Galeno propo-  
 nuntur: imò uerò inquam, superiores etiam iam contexta retexū-  
 tur. Methodus similitudinis ἔ dissimilitudinis unica primū  
 facta est: hac trium methodorum partitione à Galeno damna-  
 tur: nec cerè ulla præcipuè de tribus efficitur: διαίρεσις ἔ σύν-  
 θεσις duæ diuersæ methodi factæ prius erant, hīc è duabus una  
 conficitur: at impossibile est, unam ἔ eādē artem utroque or-  
 dīni genere simul institui. Sed dicitur fortassis in uno genere  
 duas species hīc à Galeno comprehēdi. Esto, præteratur illud:

grauius enim & maius est, quod hic requiro. Secundo capite con-  
 sequentium & repugnantium consideratio methodus efficitur.  
 At μετὰ λόγου, quae dicuntur, si sint Aristotelis ἀνακρίματα op-  
 posita, argumenti quidem logici magnum & amplum locum con-  
 plectuntur, ordinis tamen & methodicae dispositionis symbolum  
 nobis nullum interpretantur: ἀκόλουθα exceptis dissentaneis.  
 omnia ferè argumentorum genera continent. Causa enim ex effe-  
 ctis plerunque & uicissim ex causis effecta consequuntur: & in  
 ceteris argumentis eodem ferè modo. At argumenta materiae ar-  
 tium & disputationum, ut antea iam dixi, praebent formam, lle-  
 ciem, collocationem, id est, methodum non praebent. Tandem uerò  
 capite postremo comparatorum genera maiorum, minorum, pa-  
 rium, similibus, quàm artificiosae collocationis et methodi, uel ob-  
 scurissimam notam habent? Ingentem librum parabolis & compa-  
 rationibus impleueris, quid obstabit quominus liber iste confu-  
 sissimè, & sine ulla methodo progrediatur? Nec enim compari-  
 tio, ut eiusdem ac diuersi consideratio, ullam in se continet ad-  
 monitionem, quid primum, quid secundum, quid tertium esse de-  
 beat, id est, methodi nullum symbolum, nullum signum, nullum do-  
 cumentum habet, materiae est informis. Nec omnino tamen artium  
 uel comparationibus solis efficitur: ut dicatur saltem scientiarum  
 & artium materia propria & uniuersa symbolis illis signifi-  
 ficari, & occasione aliqua excusetur Galeni locus. Huc enim per-  
 tasset redierit Aristotelicae methodi turbator ille nescio quis, ut  
 firmet μετὰ λόγου nomine non dispositionem ac collocationem, sed  
 ut antè iam dixi, facile argumentum & euidentem declarationem  
 à Galeno proponi. Cur igitur nobis de methodica artium con-  
 stitutione praecipientibus, Galenus tanquam contrarius obici-  
 tur? Ego de artium iam inuenta, imò etiam iudicata mat-  
 ria disputo, quomodo collocanda sit & ordinanda: Galenum  
 dicis de materia ipsius inuentione praecipere. Cur igitur au-  
 thentate doctoris huius tam stultè & imprudenter abuteris? Quamob-  
 rem Galenus si μετὰ λόγου pro praeecepto inueniendae artis po-  
 suit, ridiculè nobis opponitur: si collocandae artis species & di-

A α

curo  
goccept

t m

em

po



1 *disponenda tradere uoluit, fallitur. Hac tenus hypothesein ita discer-*  
*pratas habemus, ut unicam methodum, unicum disponendæ ar-*  
*tis modum Galeni auctoritate dicere, nihil prohibeamur. Tot*  
*tamque uarias methodos Galenus efficit, modò unã, modò duas,*  
*modo unam illam relinquit: & è duabus his unicam facit: duãf-*  
*que alias instituit: omniãque hæc tam uaria, tamque sine metho-*  
*do effusa in uno & eodem libro tradit. Postremus est Galeni de*  
*methodis locus, οὗ τῆ τέχνη ἰατρικῆ, in arte medica. Τρεῖς εἰ-*  
*σιν αἱ πᾱσαι διδασκαλίαι ἑξέως ἐχόμεναι· πρώτη μὲν ἡ ἐκ*  
*τῆς τῆ τέλους ἐννοίας κατὰ ἀνάλυσιν γινομένη· δευτέρη δὲ ἡ*  
*ἐκ σωθέσεως πρὸς κατὰ ἀνάλυσιν ὑπερέντων· τρίτη δὲ ἡ ἐξ*  
*ἄρου διελύσεως, ἢ καὶ ἐν ἰσάμεθα· καλῶν δὲ ἐξ ἐπιτιμῶν ἰσά-*  
*τιμῶν διδασκαλιῶν οὐ μόνον ὄρεσι διάλυσιν, ἀλλὰ & διάπυξιν*  
*ὡς πνεύμασιν, ἢ ἀνάλυσιν, ἢ διαίρεσιν, ἢ ὡς ἕτεροι ζυνέ-*  
*ξάπλωσιν, ἢ ἐξήγησιν, ὡς ἄλλοι. Tres sunt omnes doctrinæ, quæ*  
*ordinem ac dispositionem sequuntur: Prima quidem ex finis no-*  
*tione & intelligentia secundum resolutionem instituta: Secunda*  
*uero ex eorum compositione, quæ per resolutionem fuerint inuen-*  
*ta: Tertia autem ex definitionis dissolutione, in qua nunc insti-*  
*titimus: uocare uero licet eiusmodi doctrinam non solum defini-*  
*tionis dissolutione, sed etiam explicationem, ut quidam nomina-*  
*tum, aut resolutionem, aut diuisione, aut ut nonnulli alij, expla-*  
*natione, aut expositionem ut alij. Hæc trium methodorum Galeni*  
*definitiones sunt. In duabus primis: Galenus contra morem suum*  
*vehementer obscurus est, uis que uidetur illud interpretum ἀναλύ-*  
*σεως & γενέσεως commentum complecti. Prima methodus, ait,*  
*est ex notione finis per ἀνάλυσιν, ut Simplicij ἀνάλυσις καὶ γενέ-*  
*σις planè sit Galeni ἀνάλυσις & σωθεσις: tantumque pro Ga-*  
*leni uerbo σωθεσις. Simplicij uerbu γενέσεως usurparit: & sã-*  
*nè Galeni interpretes hunc in locum Aristoteleorum interpretu*  
*illud pro eodem sic afferunt: imò Galenus ipse id affirmat, quia*  
*docet prima methodo res inueniri, secunda res inuentas compo-*  
*ni, quia paulò post cum ait, secundam & tertiam methodos à*  
*ueteribus traditas ac celebratas esse, primam se inuictore esse dicit,*

ἴδεις μὲντοι γε τῆς πρὸ ἡμῶν ἔγραψε πλὴν ὅτι τῆς τῶ τέλους  
 ἐννοίας ἀρχομένῳ διδασκαλίαν, ἐξ ἧς ἀπᾶσαι τέχναι σωί  
 ζανται, Nullus uerò superiorū tradidit eam (qua à poitioe finis  
 incipit) doctrinā, ex qua omnes artes cōstituuntur: hæc inquit, cum  
 ait, ait prima illa methodo omnes artes cōstituit: & rursus pa-  
 lὸ pōst Galenus idem ait, cum docet tertiam methodum (qua  
 uocat ὀρίκλῳ definitiuam) εἰς σωφίαν καὶ μνήμην ad compen-  
 dium & memoriam ualere plurimum, ait amen ἀλλ᾽ ἵκοντα πρὸ  
 μεθόδῳ dignitate & methodo à prima illa analytica superari.  
 Hic igitur prima Galeni methodus est, qua inueniantur (ut ait)  
 artes, & constituuntur, earum sine primum animaduerso & pro-  
 posito: deinde iis quæ ad finem secūdo, tertio, quarto, ceterisque  
 locis deinceps proximè pertinent. Et ista nimirum fuerit ex no-  
 tione finis methodus, quæ rursus Galenus in libro de medica ar-  
 tis cōstitutione, non solum præcepto, sed etiam exemplo celebrat,  
 cum medicam artem construendam sic esse iubet, ut finis primum  
 noscatur, ac definitione cōprehendatur, tum partes quæ fini pro-  
 xima sunt, diuidantur, & suis differentiis definiantur: deinde par-  
 tium genera rursus distribuatur, ac differentiis item suis defini-  
 tur, partēsque omnes ad ultimas particulas ista uia deducantur.  
 Quæ Galeni sententia cum eiusmodi sit, certè Galenum secutus  
 est Simplicius, & utriusque analysis est una, Galeni que synthetis,  
 Simplicii que genesis rursus una: analysisque sic à sine generali-  
 simo primoque deorsum per subalterna ad specialissima descen-  
 dens, διαίρεσις erit, quam Galenus appellauit antea: synthetis co-  
 trā à specialissimis per subalterna sursum ascendens ad finem  
 primum & generalissimum synthetis erit, eadem que dicta &  
 definita prius est. Tertia methodus satis apertè explicata est, qua  
 nempe ex definitione, & definitionis explicatione constat. Veni  
 enim uero per deum immortalem, ô philosophi, ô Galeni sectato-  
 res & amuli (quorum in academia Parisiensi doctissimum, & in  
 omni literarum doctrinarumque genere florentissimum numerum  
 & prædico libenter, & ex animo complector, & colō) mecum  
 studiosè & attentè questionem infinitis hominum scriptis agitā-

γαλυσίς, καὶ διαίρεσις  
 ἰδὲ σωφίαις

- 1 *ram perpedite. Alicui uestrū fortasse (cui aduersus Aristotelē dice-  
re audacia tantū uideretur) furor hic esse uidebitur, quod in Ga-  
leni (quem gentes ac nationes omnes pro maximis eius in homi-  
num genus meritis iure meritisimo in cælum penè tollunt, quem  
ipse omnibus post illa aurea uetustatis liberáque secula, philoso-  
phus anepono) quod in Galeni methodos inquam, liberius inquir-  
ram: sed furor hic Platonis furor fuit, Aristotelis furor fuit, Gale-  
ni denique furor fuit: quo incensi uigiliis, laboribus, studiis sapiē-  
tie rotos se penitus dederunt: eiusque gratia homini nemini pe-  
percerunt, & ueras atque humana uita necessarias artes querere*
- 2 *& parare modis omnibus contenderunt, falsas & inutiles resel-  
lere, & damnare non formidarunt. Philosophia Platonis, Aristo-  
telis, Galeni magnam quidem partem, præstantium artium con-  
firmatio est, sed multò maximam, uanarum opinionum refutatio  
est: imò si decem in partes horū hominum philosophiam doctri-  
námque rotam diuiseris, uix ac ne uix quidem decima pars in so-  
lida uilisque scientiæ confirmatione fuerit: reliquæ omnes par-  
tes in refutationibus occupatæ reperientur. Quare si quod Pla-  
ro, quod Aristoteles, quod Galenus imprimis cum sua summa glo-  
ria fecerunt, id enitor & contendo, cur à Platonis, ab Aristote-  
lis, à Galeni sectatoribus & æmulis de studio simili iudiciū tam  
dissimile nunc audio? Platonis, Aristotelis, Galeni consiliū, uo-  
luntas, principiū, meum consiliū, mea uoluntas, meū principiū  
est: experiētiā, usum, utilitatē, finem rerum in tradendis artibus  
sibi proposuerunt, opinionē magistrorū & auctoritatem nullam  
sibi proposuerunt. Ergo missa Galeni auctoritate, Galeni metho-  
dos spectemus, uideamus utrū artificiosa materiæ iā inuēta ac iu-  
dicatæ dispositio, forma, collocatio triplex, an unica sit: utrū tres  
sint ἄξιως διδασκαλίαι ἀναλυτικῆ, σωθετικῆ, ὀρικῆ, ut Gale-  
nus ex hypothesi ac pacto tuo nūc ait, an unica à generalib⁹ præ-  
notionibus per subalterna ad specialissima descēdendo, ut cū Ari-  
storele defendo: & quidnā sit, quod Galenus hic ait. Docet Gale-  
nus analyticā methodum dignitate principē esse, id laudo: docet  
hac methodo omnes artes constitutas esse, id ut uerū & Aristote-*

licū suscipio: si nomine οὐς ἀστως constitutionis, collocatiōe & dispositionē intelligit, docet hac methodo finē primo, deinde finē sequētia, secūda secūdo, tertia tertio, quarta quarto loco palatim cōstitui: et illud est quod de unica, & singulari methodo ratorpere, & tā saepe fero: quod γενικώτατον primo, deinde ὑπερῶτα, cum εἰδικώτατε, uera methodus constituat. At Galenus docet ista uia artes inueniri, id non laudo: artes enim, ut iam dixi, omnes inductione singularium & specialium per subalterna, ad generalissimum ascendendo sunt inuenta, ut Plato docuit, ut Aristoteles decimoquarto huius libri pulcherrimē docebit: imō, ut Galenus ipse plurimis locis de empiricis disputans exponit, cū docet singularium exemplorum experientia, observatione, historia, generalia artium documenta inueniri, & ratione confirmari, Galenus gloriatur illius analyticae methodi, se primum inuentorem & authorem esse in quo Galeni non solum modestiam, sed memoriam ualde requiro: qui antea Platonem totius ἰδίωνοπίας, ὀδου & ἀνὸδου scriptorem & authorem & Phedro & Philebo produxerit & appellarit, & in medica artis constitutione ueterum philosophorum documentum esse dixerit. Magna sunt & grauia, sed tamen uera, sed aperta qua disputo: nec tamen tanti doctōris emendandi causa potius ea disputo, quā ut hominum nostrorum mentes ab opinionum de magno authore aliquo conceptarum errore ad rerum ipsarum considerationem, demonstrationem, uerisatem reuocem. Sed de prima Galeni methodo hoc habeo, ab eo dici nunc ἀναλυτικῶν methodum qua διασπενῆ dicta prius est ab eodem. secundam methodum οὐβελικῶν facit, eandem uidelicet quam antea à specialissimis per subalterna ad primum finem & generalissimum. Hac putat artes superiore methodo inuentas, disponi & collocari: fallit, ut antea iam docui. Nulla ars à posterioribus natura, & ignorantibus procedit (peteret enim τὸ εἶξ ἀρχῆς, & prodigiosum euanesceret sublimibus pedibus, abiecto deorsum capite deformatū) sed contra, disciplina omnis à generalibus ad specialia procedit, quia illa sunt & ἀπώτατα, καὶ ἄπληθονικώτατα, ut Aristoteles

$\begin{matrix} n \\ \text{L} \end{matrix}$ 
 $\begin{matrix} a, \\ p \end{matrix}$ 
 $\begin{matrix} n \\ \text{et} \\ \text{alibi} \end{matrix}$

$\begin{matrix} n \\ 6 \end{matrix}$ 
 $\begin{matrix} a \\ \text{atque} \\ p \end{matrix}$ 
 $\begin{matrix} p \\ o \end{matrix}$ 
  
 $\begin{matrix} c \\ x \\ e \end{matrix}$ 
 $\begin{matrix} a \\ \text{et} \\ \text{alibi} \end{matrix}$ 
 $\begin{matrix} p \\ \alpha \end{matrix}$

- 1 uerè docet: quare *συνθετική* methodus nulla est. Quid *ὀρίξῃ* methodus, quam tertiam Galenus hic efficit, quàmque se secuturum in colloca-  
*τέχνης ἰατρικῆς* prædicat? quam uiam proponit? quid habet in hac quaestione à similitum, dissimilitum, parium, maiorum, minorum collatione, à consequentium & repugnantium cognitione, ab eiusdem & diuersi consideratione, quid, inquam, habet ab iis argumentis diuersum? Definitio enim argumentum est, materiâque est, quæ disponenda & ordine collocanda proponitur, non est dispositionis, non ordinis, non methodi formula, quæ moueat de membris artis ac partibus, quid primum, quid secundum, quid tertium, ac deinceps esse debeat: materia est, inquam, quæ locis illis gradatim disponitur: si definitio generalissima sit, erit primo loco statuenda, si subalterna medio, si specialissima infimo: at definitio per se nulla methodica colloca-  
tionis est significatio, non magis quàm genus, quod summum, medium, infimum similiter esse diceretur. Age uerò ad Galeni principia, ad usum artium & doctrinarum (de quarum methodo & ordine disserimus) experientiam redeamus: longioris disputationis contentione nihil opus est: principiorum illorum consideratione duntaxat opus est: ut intelligas quam ruinofam hypothesim susceperis,
- 3 qui uarias artium formas et methodos à Galeno uerè propositas esse defendis, ut intelligas inquam, tres methodos, tres *ἑξῆς διασκαλίας* non esse, sed unicam & singularem, quam tanto pe-  
re uendico, quàmque Galenus hoc extremo loco nominat *ἀναλυτικῶν*. Age igitur naturæ ordinem illum, ordinem Hippocratis, Platonis, Aristotelis, Galeni etiam ordinem *ἀναλυτικῶν*, quoniam sic appellare tandem uult, sequere, ex tota artis iam inuenta, sed cōfusa materia, γενικώτατον primo, ὑπὸ ἄλλῃλα medio, εἰδικώτατα postremo statue, nō in una arte aliqua, sed in omnibus omnino, in Grammatica, Rhetorica, Logica, Arithmetica, Geometria, Musica, Astrologia, Physica, Ethica, & quauis omnino disciplina, facillimè eā discas, facillimè eā ad usum deduces, qui finis est, omnium scriptarum artium. Atque hoc modo artes illæ omnes (quanuis in parte aliqua forrasse non satis accuratè) tamen si summam spe-

etes uniuersam, collocata suis auctoribus uidentur & disposita.   
 Quod est in Grammatica, Rhetorica, Logica, Arithmetica, Geo-   
 metria, & quauis omnino disciplina primo loco positum, id eius   
 disciplinae scriptori uisum est γενικώτατον, id est natura primum   
 & notissimum, quod sine consequentibus commodè doceri possit   
 & institui, consequentia uerò sine eo non item possent. Alij ap-   
 pellant causam, alij elementū, alij principiū, alij initium, alij sim-   
 plicissimum: imò Aristoteles ipse sic appellat, qui generalia dicit,   
 specialibus ἀπὸ πρῶτου, ἀπὸ πρῶτου, ἀπὸ πρῶτου, & hac omnia   
 in eodem statuit, ut in Grammaticis diceret aliquis litteram, unde   
 dictio & oratio, in Arithmetis unitatem, unde numerus: in   
 Geometricis punctum, unde linea, ex qua superficies & tandem   
 ex superficie corpus oritur. At de uerbis ne curiose solliciti sumus,   
 ut uerissimè iubet Plato, ut sapiissime Galenus admonet, re potius   
 teneamus. Omnibus artium scriptoribus Aristotelicā methodum   
 placere dico, quòdque in artibus primo loco statuunt, id illu γ-   
 ενικώτατον uideri confirmo, quia possit eius doctrina facile sine   
 consequentibus accipi, consequentium uerò non item sine prae-   
 cedentis doctrina. Non dico inquam, omnes artifices id penitus af-   
 sequi, neque nusquam labi, sed ista uia sola & unica uelle prog-   
 redi, & artis eam partem, (quam ceteris primo loco praeposant) il-   
 lus generalissimam, naturaque primam & notissimam uideri   
 quam medio subiungant subalternam: quam infimo, specialissimā.   
 Fac iterum dicam, in omnibus artibus periculum, experieris hanc   
 methodum solam adhiberi, quae à maximis & notissimis cum me-   
 ti, tum sensu procedat, ut Hippocrates censuit: quae ab unitate   
 per medium numerum ad infinitatem descendat, ut Socrates in   
 Philebo docuit: quae à primis & immediatis praenotionibus per   
 subalternas ad specialissimas perueniat, ut Aristoteli placuit:   
 quae etiam à notione finis incipiens, proxima quaeque partiens ac   
 collocans secūdo loco secūda, tertio tertia, quarto quarta, quinto   
 quinta, ac demceps similiter in ultimis particulis acquiescat, ut   
 Galenus instituit. Quae enim sic praecedet, erūt cōsequentibus prio-   
 ra ἀκολουθῆσαι, ἄξια, ἀπὸ πρῶτου καὶ φύσει, erunt ἀπὸ πρῶτου,

α α λ β θ ι α ι α κ ι α π λ σ μ ρ ο υ

- 1 ἀπὸς ἐρα, ὅτις ἡμονικώτερα, ἀρχοῦ δ' ἐς ἐρα, ut ex Aristotele dictū est. Facito etiam, si lubet, quò magis res confirmetur, de duabus reliquis Galeni methodis idem in ysdem artibus periculum, remque presentem ac uelut oculis subiectam experientia presentis disceptato. Caram eandem uarijs formis informari, si quis affirmanti tibi negaueris, presentis operis exemplo, affirmationis tuæ fidem facies: in calefacta & emollita cara Achillem, Leonem, Casarem effinges. Simillimum certamen nobis est. Galenus rectè docet (ut affirmas) eandem artus materiã pluribus methodis uarijsque ordinibus disponi posse, id uerò inficio ac pernego:
- 2 unicam, eamque à generalibus prænotionibus esse dico. Esto igitur nobis artis unusus materia, sed rudis & indigesta, informis & prorsus confusa: mista sint definitiones & partitiones, regula omnes ac institutiones perturbata. Age duas Galeni methodos, Ἐπιπέδιον & ὀρεκτικὸν hic experire, Ἐπιπέδιον prius adhibe: sit hæc materies artis tam confusa, Grammatica: quid secundum hanc Galeni methodum facies? si primo loco statuas εἰδικώτατα, medio ὑπάλληλα, postremo γενικώτατα, ut Galeni definitio iubet, quid ages? Si tres annos in Grammaticis puer instituat, ad tuam istam Galenicã methodū, si Grammatica magister fueris, primum annum consumes in prosodia & quantitate syllabaram, primo ultimarū, deinde mediarum, primarum: secundum annum pones in regulis syntaxeos, ultimis primum, deinde medijs, tum primis: anno tertio cū docueris prosodiam & syntaxim, ad etymologiam uenies, & partes orationis explicabis, Interiectiones, Præpositiones, Cōiūctiones, Aduerbia, Participia, Verba, Pronomina, Nomina, itē syllabas et literas declarabis: sic enim retrogradus à naturã posterioribus ad natura priora conscendes: atque in tenebris non uiatori lumen tutioris uia gratia præferes, sed ponè uagantem & errantem in umbra corporis uidelicet occules: & quod omnino fieri non potest, ut auè partium (quas partes esse nesciat) puer syntaxim condiscat, hoc ista caligine nempe conficies. Qua stultitia, quaeso te, quanam maior in artibus instituendis fingi, cogitariue potest? Quid in Geome-

tria, quid facies? quomodo γεωμετρικῆ δόξουσι illa tan-  
 tam doctrinae perturbationem serent? Euclidis libri sunt quindecim,  
 decimus quintus tibi primus erit, decimus quartus erit secun-  
 dus, & deinceps sic inuertentur reliqui: solida primum, tum su-  
 perficies, tertio loco linea fuerit. At quas demonstrationes hic or-  
 do σωθεπικὸς habebit? ex antecedentibus theorematum & pro-  
 blematum consequentia, analytica uia demonstratur: an etiam cō-  
 trā per hanc uiam poterunt Euclidis priores propositiones & po-  
 sterioribus demonstrari? an Geometras putamus istam methodū  
 sine risu audituros? non potius omnis ordinis ineptissimam &  
 insulsissimam peruersionem iudicatos? Quare secunda metho-  
 dus Galeni, secunda Ἐξέως διασκαλία nulla est. Perge ad  
 ὀρικὴν methodum, signūque eius in eadem illa rudī, cuius uoles  
 artis, materia imprime, quid ex eius forma primum, quid secun-  
 dū, quid tertium, quod denique ordinis indicium ac uestigiū cernit?  
 In libris Varronis, Donati, Diomedis, Prisciani, ueterūque  
 Grammaticorū, Grammatica artis regula dispersa quondā fuerit,  
 que nūc cōpendiaria logicae methodi uia facile breuiterque sunt  
 comprehēsa. Quid si, antequam Grammatica sic ordinata esset,  
 Galenum de ordinanda Grammatica consulisses, tibi que respo-  
 didisset ὀρικὴν methodum sequendam esse, rem definiendam &  
 definitionem partibus explicandam, quid fecisses? Hoc enim re-  
 sponso nescires quid primum, quid secundum, quid tertium ponere  
 debuisses. Experire idem in reliquis artibus, idem reperies. Quare  
 tertia haec methodus, nulla est methodus. Tres methodos Galenus  
 efficit: tres motus simplices Physici faciunt: unū ab imo sursum,  
 alterum à summo deorsum, tertium in orbem circa inum: prima  
 Galeni methodus ἀναλυτικὴ est deorsum, secunda σωθεπικὴ  
 est sursum, tertia igitur ὀρικὴ, qualisnam erit: in orbemne cōuer-  
 teretur circa inum? Si duas primas methodos Galenus nudè pro-  
 posuisset, non tot uerbis & locis definiisset ὁδὸν ἀνορθῶν: dicerem  
 perlibenter, excusandi Galeni gratia, ὀρικὴν, ut materiam quā-  
 dam artis in ueram methodum incidere: at primam definiit à pri-  
 mo & à generalissimo per subalterna ad infima: secundam cō-



1 *tra*, ab infimis per subalterna ad generalissimum : in ii<sup>s</sup>que ean-  
 dem uiam facit, ut Aristotelis interpretes, sed inuersam : & ab  
 utrisque methodis ὀπίκτω tamen distinguit, & ea se in hoc ope-  
 re usurum pradicis, quia sit magis compendiaris, quàm prima,  
 magisque ad memoriã apta, sed uerbis pradicis, parumque cogi-  
 tat et aestimat, quod pradicis. Nec enim compendij quicquam est  
 definitio, sed ἀναλυτικὴ καὶ διαρεπτικὴ collocatio, quæ suo quod-  
 que ordine constituens, unam rem uno tantum loco constituit:  
 Nec definitio ullum est memoriæ subsidium, sed illius dispositionis  
 2 ordo. Galenus Logicam definitam, Logicam inuentionis ac di-  
 spositionis partibus distributam non habuit, ut iam dixi, metho-  
 dum in certa logicæ parte non reposuit: hinc errores tam multi,  
 methodi nomine modò incurrit in inuentionem, cùm ferè unum-  
 quodque argumentum methodum facit, ut consentanea & dissen-  
 tanea, item comparationes parium, maiorum, minorum, similibus,  
 dissimilibus: Item eiusdem ac diuersi consyderationem, tandem  
 etiã definitionē modò incurrit in dispositionē, cùm διαρεπτικὴν  
 & ἀναλυτικὴν ὁδὸν, item ζωθεπτικὴν ἀνοδὸν, methodos efficit,  
 uel potius ὁ διορηγίας eius nomine totam logicam confusa qua-  
 3 dam notione comprehendit, cùm altera uia doceat res inueniri,  
 altera disponi, quæ duæ logicæ partes totam logicam complectū-  
 tur. Itaque simplicem & imperitum lectorem (qui logicæ nullam  
 definitionem, nullam partitionem habeat, qui que omnia Galeni  
 scripta in hanc, quæ nobis opponitur, sententiam pro catholicis  
 habeat) quibus in tenebris hinc arbitramur futurum? Chrysippi  
 oratio (ait in placitis Galenus) bis & ter et quater studiose qui-  
 dem & accuratè dictis eius consyderandis legenda est: atque ita  
 demum persuadebitur, quod in prouerbio est, esse uerum, λάβε  
 4 μὲν ἐν, & κροετὶ καλῶς, cape nihil, ac tene fortiter. Omnes Ga-  
 leni methodos, qui tanti hominis nomine contra nos abuteris, bis,  
 ter, quaterque lege ac studiose, & accuratè relege, cum rebus &  
 exemplis propone: tot uiarum anfractus & ambages cùm. è libris  
 audieris, ad itinerum experientiam aggredere, unicum cùm in o-  
 mnibus omnium artium regionibus iter à generalibus & uniuers-  
 e. xii.

salibus inueneris, si reliqua tamen requires, prouerby tandem  
 memento, λάβε μὲν δὲ κέρει καλῶς. Si logica, ut saepe repe-  
 ro, definitam, si partibus inuentionis & dispositionis distinctam  
 Galenus habuisset, si doctrinam de causis, effectus, oppositis, com-  
 paratis, diuisionibus, definitionibus, & caeteris argumentis inuen-  
 tionis esse: si syllogismum ac methodum dispositionis esse à docto-  
 ribus & magistris, à quibus ista didicerat, audisset: unicam dispo-  
 sitionis artificiosam uiam, unicam methodum tradidisset: inueni-  
 commenta ista audierat: seria deinde perpetuaque studia ad al-  
 tiores artes (in quibus excelluit) tota consulit: de logicis tam mul-  
 ta quae scripsit, audita de magistris, è libris excerpta, exercendi  
 ingenij gratia transtulit: qualia essent, in usu & exemplis non  
 obseruauit: ac quauis librum de dogmatis Hippocratis & Pla-  
 tonis à se diligenter elaboratum dicit, res tamen ipsa (quod dis-  
 serui) sine argumentis, res inquam, id palam atque aperte testa-  
 tur. Verumenimvero questionem hanc primam cum Philosophia  
 salute, deinde quoad fieri poterit, cum Galeni laude concluda-  
 mus, sicut antea dubiam hac de re locis aliquot Aristotelis senti-  
 tiam conclusimus. Galenus de artium constitutione & compo-  
 sitione tam multa praecepit: in iisque praeceptis contra ueram Ari-  
 stotelis methodum à nescio quo malo philosophiae genio nobis  
 obiicitur. Galenus experientiam, usum, utilitatem praecepto-  
 rum omnium & dogmatum magistram unicam esse docuit: expe-  
 rientia uero, usus, utilitas Grammatica, Rhetorica, Logica, Ma-  
 thematica & Philosophica cuiusuis doctrina, unicam metho-  
 dum illam à generalibus ad specialia, ab uniuersalibus ad par-  
 ticularia requirit, ut facilius discatur, ut facilius exerceatur.  
 Hoc igitur satis superque mihi fuerit, ad concludendum quod  
 uolo, unicam illam à generalibus & uniuersalibus, & sin-  
 gularem methodum esse: attamen tanti Galenum facio, ut si li-  
 brorum, (quos tam multos conscripsit) experientia, usus, utili-  
 tas aliam methodum, aliamque dispositionem capiat, quam Ari-  
 stotelicam ab uniuersalibus ad singularia, aut si quis eius liber-  
 torus & ineger artem aliquam integram, & totam sola simili-  
 tudine

- 1 *rudine & dissimilitudine artificiosè componat, quæ prima methodus eius est: aut à specialissimis per media ad generalissimum artificiosè excitet: quæ σωθεσις eius est: aut sola consequentium & repugnantium consideratione artificiosè constituat, quæ methodus alicubi de tribus ei secūda est: aut sola comparatione maiorum, minorum, parium, similium: aut eiuſdem & diuersi consideratione artificiosè conficiat, quæ tertia: aut solis definitionibus uia et ordine deducat, quæ de tribus postremis ultima est: ego me in Galeni sententiã authoritatẽque seruum sponte iudicẽ: & quod non uideam, attamen quia Galenus dicit, uidere me dicam: & quod non teneam, quia Galenus dicit, comprehendere me dicam: ἢ μὴδ' ἐν λαβῶν κερτῆσω καλῶς. At Galenus ex omnibus philosophis quantum diuersis locis, diuersis temporibus, diuersis occasionibus, nunc discipulorum & amicorum rogatu, nunc obrectatorum impulsu incredibilem quendam librorum numerum conscripserit, uiam tamen illam quã primò διαπερικλῶ, quam etiã postremo ἀναλυτικῶ uocat, à prioribus naturã & notioribus sequi uehementer uoluit: sic in omnibus disputationibus suis summam quæſtionem proponit, eãque toto opere per diuisas partes exequitur: quæ ab uniuersalibus & generalibus uia est: nusquam à specialissimis per subalterna ad generalissimum, artem ullam totam & integram instituit: quod ἀνόδου σωθεικῶς esset exemplum: nusquam ceterarũ methodorum una aliqua sola unam artem tradit. Quamobrem Galeni experientia & usus Aristotelicam methodum unicam esse confirmat. Vnum si addidero, rem hanc perorabo: multa cõtra Galeni methodos, uel potius cõtra nescio quos Galeni doctrina abutẽres fatuos disserui, quamobrem unica ex iis methodus esset, reliquæ non essent methodi, non essent artium collocandarum modi: Galenus in libro περὶ τῆς τέχνης ἰατρικῆς dicit se ὀρικῶ methodum secuturum, & uelut ab Aristotelica illa singulari, & unica à generalissimo per subalterna ad specialissima, methodo diuersam. Quid igitur, si Galenus hãc nostrã διαπερικλῶ & ἀναλυτικῶν, ut appellat, methodum in hoc etiam ipso libro sequatur, & à genera-*

suo facto

lissimo per subalterna ad specialissima progreditur? Quid si etiam alibi dicat secundum hanc διαπελτικὴν μέθοδον, in huius operis exemplo se progredi? quid pluribus Galeni præceptum refellendum sit, cum ipse suo facto, suo exemplo, suo testimonio, suo præcepto se ipsum refellat? At progreditur, medicamque artem definiit insitio salubrium: insalubrium, neutrorum scientiam, quod ἡνίκωτατον est: deinde partitur trifariam in corpora, causas, signa: eaque ὑπὸ ἀλλήλων paulatim deducit ad eὐδαιμονίαν: artem compendioso sectæ Empiricæ, dum Herophilum estat medicæ artis sic definiit, sic trifariam diuisa auctorem, methodum διαπελτικὴν in hoc exemplo esse dicit. Quamobrem Galeni libertatem, Galeni philosophicum sincerumque veri studium, sed imprimis innixam his fundamentis Galeni experientiam laudemus: imò uerò Galeno gratias agamus, qui nos ad meliora et uiliora querendum exemplo suæ uirtutis ac libertatis excitauit, qui nobis de scriptis suis iudicandi regulam, non fatuam de ipso opinionem, sed certam de rebus experientiam præbuit: Tollamus scholasticorum inanum methodorum somniata et inexperta commenta, quæ Galenus didicerat à magistris, quæ transtulerat ex eorum dictatis et commentariis, non obseruauerat e ueris et excellentibus exemplis. Denique Galeni interpretis scriptum cum doctorum (quæ interpretatus est) Aristotelis scripto conferamus. Aristoteles ueram methodum, eamque ueram facit: Aristotelis interpretes (quos Galenus est secutus) uarias et diuersas methodos nugatoris uerbis confinxerunt. Aristotelis igitur ueram doctrinam à scholastica fallacium et mendacium interpretum ineria uindictam: unicam denique ab uniuersalibus et generalibus ad singularia specialiaque methodum Hippocratis, Platonis, Aristotelis, Galeni etiam methodum teneamus. De hac autem methodo iccirco tam multa proposui, quia una reliquas omnes et topicæ inuentionis in argumentis, et analyticæ dispositionis in syllogismis laudat, uirtutesque continet: imò contraria uitia procul arceat, obscuritatem, confusionem, perissologiam, et inanem repetitionem: item negationem, questionum sophisticam refutationem. De hac methodo tam multa di-

1 ra disputari, quia logica in organi libro confusa, hac unica ra-  
 tione restitui potest, & in compendium à nostris hominibus tam  
 vehementer expectari redigi. Aristotelis logica materiã operis ha-  
 bet uberem & copiosam, operis adificandi regulam habet ex hac  
 methodo & normã certissimam: architectum igitur Aristotelicã  
 regulã peritum adhibeamus, qui nobis hac methodica norma cõ-  
 pendium logicum architectetur. Id uerò dialecticis institutioni-  
 bus efficere conatus sum, sed quia materies ignorabatur, quia for-  
 ma inusitata uidebatur, conatus noster ab ignavis huius archite-  
 ctura fabris derisus & damnatus est, fabris, inquam, speciem ta-  
 lis operis operantibus, sed oblatam eius effigiem dãnantibus: qui-  
 2 pe qui methodica Aristotelis regula numquã opus ullum fecissent,  
 nunquam ab aliis factum ullum considerassent, imò de ipsa fabri-  
 candi regula numquã cogitassent. In magnum multiplicis & ua-  
 ria materia cumulum, sed informem, & humano usui inhabilem,  
 & inhabitabilem inciderant: præclare formari, & commodè ha-  
 bitari posse crediderunt, si de singulis lapidibus ac lignis aliquid  
 amputarem, si κατηγορούμενα, κατηγορίας, ἀναλυτικά, ὁμοια,  
 ἕτεροις decurrerent: at ista decurtatione congeriem rerum mi-  
 norem illam quidem, sed ad logicum differendi usum nihilo com-  
 modiorum fecerunt. Methodo Aristotelica, methodo, inquam, hoc  
 3 compendium instituendum fuit, quã de tam copiosa congerie se-  
 lecta logica documenta necessaria, syngenea, catholica sic ordina-  
 ret, ut naturã priora præcederent, naturã posteriora sequeretur.  
 Hac methodo philosophia naturalis & medicina, quæ duæ artes  
 multis rebus alienis, imprimis impeditæ sunt, hac eadẽ methodo  
 disciplina quæuis facilis & breuis effici potest, si præcepta sola  
 4 κατὰ τὸ ἀπὸ τοῦ καὶ ὅλου hoc ordine, ut Aristoteles iu-  
 ber, doceantur. Quamobrem tam diuinã Hippocraticã, Platonica,  
 Aristotelicã, Galenicã etiã methodi regulam spectemus, tantam  
 lucem intueamur, nec ei tenebras (sicut adhuc factum est) antepo-  
 namus. Ad Aristotelis literam redeamus. Digressiuncula usus est  
 Aristoteles ad prioris significationes distinguendum: nos digres-  
 sione longissima usi sumus, ad pulcherrimam logicã regulam ne-

glectam in nostris scholis & contemptam, restituendum.

E X primis verò, est ex principiis germanis. Idem enim dico primū & principium.

Id dictum iam est πρῶτον, ἀμεσον, ἀναπρόδεικτον, idem esse & quibus illa conueniunt οἰκειὰς ἀρχὰς εἶναι. Perissologiam Philoponus uidit, sed excusat propter interpositam prioris distinctionem. Meminerimus igitur principia artium esse, quae sunt in eis prima: sic primas definitiones & partitiones (de quibus duobus primis animaduersionum libris dictum est) appellauimus, & quia his organum logicum careret, ideo principis carere diximus & imperfectum esse.

PRINCIPIVM verò, est demonstrationis propositio immediata. Immediata autem, qua non est alia prior.

Versus proximi ualde lubricam explicationem continent, & sunt uel ab interprete aliquo interpositi, uel certe ab auctore ipso ualde negligenter positi. Principium definitur propositio immediata, quod principium sit ἀμεσον, dictum iam est, quia τὸ μέσον, id est, argumentum non habeat legitimum & apodicticum, quo demonstretur: & postea dicitur capite octauo & nono huius, principij ueritatem sumi, non probari. At quod principium definitur propositio immediata, nescio quomodo id possit excusari. Omne syllogismi argumentum, omni que propositio appellatur in analyticis ἀρχή. Dices hic intelligi principium demonstrationis & definiri. Esto, dicamus tamen qua interpretes uicia hic uiderint. Viderunt definitionem principij non soli, non omni principio conuenire. Nam, Haec uestis est alba, & cetera ἀσθητικὰ sensitiua eiusmodi, propositiones sunt immediatae, & tamen demonstrationis non sunt principia, quia omnia demonstrationis principia sunt uniuersalia. Hoc uitium Theophrastus uidit. Paulò post definitio dicitur esse principium, propositio

1. *sitio esse negabitur. Quare hac definitio non cōuenit omni principio, hoc item Themistius admonuit. Tales in legibus Romanis definitiones cūm frequentes essent, Iabolenus iureconsultus se-  
 primo epistolarum libro legem unam, uel ad damnandum, uel excusandum inuenit. Omnis, inquit, definitio in iure ciuili periculosa. Parū est enim, ut subuerti nō possit: qua lege significatū est in illo iure ciuili multas regulas utriose & parū logicè definitas: quare non esse regulis illis confidendum. Iureconsulto illo in multis organi logici definitionibus opus esset, qui sanciret iterum in iure non ciuium suorum, sed horum logicorum definitionem periculosam esse, parūque abesse ut subuerti non possit: imò  
 2. nihil abesse. Etenim lex illa catholica est. Definitio propria sit, definitio omni, soli, semper conueniat. Hęc explicatio non conuenit soli, non omni: definitio itaque non est. Quod uerò dicitur propositio immediata, qua nulla sit prior, Philoponus sic arripuit, quasi causa immediata diceretur generalissima & ob id, ait, primum & secundum Geometrię theorema κυρίως ἀποδείκται, propriè demonstratum est, & ἀφ' ἑξῆς ἀληθῶς μὲν συλλογισαί, οὐ μὲν ἀποδεικτικῶς, reliqua uerè quidem syllogismo conclusa sunt, sed non demonstratiuè, & tales syllogismi κατὰ χριστικώτερον demonstrationes appellātur. Hęc  
 3. Philoponus ait cap. septimo libri huius. Quod si uerū est, cogita quid doctōris huius doctrina nobis profutura sit, per quam duo tantūm Geometrię theoremata demōstrentur. At tam aridā interpretationem nequaquam sequor, laudabilius aliquid & probabilius maluerim. Itaque immediatum metior genere proximo, ut problematis immediatum sit argumentum, quo nullum sit prius in genere proximo: ut definitio generis etiam subalterni est illi generi proxima & immediata. Ergo prima causa quę dicitur hęc, non est generalissima & suprema, sed scibili rei proxima, & qua nulls inter attributum & subiectum sit prior. Et principium multò melius esset definitum argumentum ἀναπόδεικτον, ut capite octauo, uel τῆς ἰσῆς ἢ λόγος ἀμεσος, fides aut ratio immediata, qua medio & argumento præterea non egeat, quomodo*

*Aristoteles principia sua sensum, experientiam, communem usum loquendi magistrum sequutus, interdum in organo loquitur. Sequuntur alia non multò λογικώτερα.*

**PROPOSITIO** est enuntiationis altera pars vnum de vno.

*ᾠροτάσις, propositio, logicum uerbū est: ἀπόφασις aut ἀμφανπχός λόγος, enuntiatio aut enūtiatiua oratio: ᾠροτάσις est symbolū, ut initio prioris analyseos monuimus: ᾠροτάσις partes duæ sunt cum enuntiatione communes, affirmatio et negatio: propositio igitur hic per partes definitur, unum de uno affirmans aut negans, intellige.*

**DIALECTICA** quidem, quæ similiter sumit vtramlibet partē: apodictica autem, quæ definitè alteram sumit, quoniã vera sit.

*De hac differentia sapius iam dictum est à nobis, ut scholastica et commentitia sit, non Aristotelica, id est, non ab observatione naturalis usus et experientia deducta, et propositionis ista diuisio uitiosa est, quia non omnis propositio dialectica est aut apodictica, sed quedam est sophistica, quedam etiam manifestè falsa.*

**ENUNTIATIO** autem, cōtradictionis est vtrauis pars: contradictio verò oppositio, cuius non est secundum seipsam medium: pars autem contradictionis, alia quidem aliquid de aliquo, est affirmatio, alia verò aliquid ab aliquo, negatio est.



1 Enuntiatio simili logica definitur per partes, & quidem sui  
accidentis: cōtradictio enim accidens est propositionis & enun-  
tiationis: ἀντιφάσις, cōtradictio, definitur hic specialis, uel pro-  
pria, quæ suis partibus uerā & necessariā disiunctionē faciat: ut P

Omnis homo est philosophus:

Non omnis homo est philosophus.

Socrates est philosophus:

Socrates non est philosophus.

Quod genus appellatur uulgo in scholis oppositio contradi-  
ctoria, tamen si nomen ἀντιφάσεως legitur in libro περὶ τῆς ἐρ-  
μηνείας decies & octies, in priori analysi decies & septies com-  
muniter pro omni oppositione: contraria, contradictoria, pro-  
pria: illic nusquā pro hac contradictoria oppositione: locus ta-  
men octo legitur in priore analysi pro contradictoria oppositio-  
ne, sicut ἀντιφατικῶς ἀντικείμενον, contradictoriē oppositum  
2 bus legitur in ἐρμηνείᾳ pro speciali oppositione, sed toties ibi-  
dem etiam communiter legitur. Quare schola nostræ ἀντιφά-  
σεως symbolum ex Aristotelis usu rariore usurparunt. Sumunt  
enim contradictionem tantum pro speciali, aut etiam propriā  
propositionis oppositione: nos contra frequentiorē & generalem  
usum sequimur, differentiisque distinguimus. Quod uerò dicitur  
3 hic aliquid de aliquo, item aliquid ab aliquo, intellige affirmās  
& negans, ut antea: sed tamen logicam harum definitionum ui-  
deamus. Quid est propositio? est pars enuntiationis. Quid est  
enuntiatio? est pars contradictionis. At inquam, enuntiatio me-  
lius per propositionem, & contradictio potius per enuntiationē,  
aut etiam propositionem definiretur. Quid uerò inquam, est ani-  
mal: homo, dices, aut bestia. Quid homo? Socrates, aut Plato: At  
inquam, genus definis per speciem, & secus quā ex logica me-  
thodo præcipis, progredere a specialibus ad generalia. Tu dicis  
4 omnes artes & scientias a generalibus & uniuersalibus ad spe-  
cialia & singularia progredi, tamen logicā artem & scientiam  
secus informas, & legislator ipse legem tuam uiolas. Hoc uirium  
iuterpretes uiderunt & erubuerunt. Philoponus etiam perissolo-

giam notauit, quòd hæc dicta iam essent in superioribus libris, & quidam recentiores interpretes cum huic morbo remedium non uiderent, quanuis omnibus plagis organi logici distinctionis alius cuius pharmacum studiose adhibere soleant: tamen hic nihil potuerunt, tantùm dixerunt nihil referre. At imerpretes sapientes & considerati, si nihil refert quomodo progrediatur artes, quoniam sum igitur tota hæc analysis nobis est proposita? Nihil enim aliud adhuc ferè docuit Aristoteles, quàm artes & disciplinae generalibus, à notioribus absolutè, & naturâ prioribus instituendas & docendas esse. Themistius simplicius egit: σκοπεῖ πρὸς αὐτῶν μερικωτέρων ἢ τῆς καθολικώτερας προήλθε, Considera, inquit, quomodo ex magis particularibus ad uniuersaliora progrediatur: hoc est, considera quomodo magister labatur, quomodo leges & decreta sua non sequatur. Hæc igitur Aristotelica non sunt, nec ab Aristotele iudicata.

EX IMMEDIATO autem principio syllogistico positionem quidē dico, quod non licet demonstrare, neque necesse est eum habere, qui quiduis discet. Quod uerò necesse est habere, eū qui quiduis discet, axioma. Sunt enim nonnulla eiusmodi: hoc siquidē maximè in his solemus usurpare nomē. E positione uerò, quæ partem pronūtiati quālibet assumit (ut dico esse aliquid, aut nō esse aliquid) hypothesis: quæ uerò absque hoc est, definitio. Definitio nāque positio est: ponit siquidē arithmeticus unitatē, rem indiuiduam esse secundum quotum: hypothesis autem non est: nec idē est, quid est unitas, & esse unitatē.

1 Digressiuncula adhuc fuit lubrica valde, ut dixi, & erroris  
 postea manifesti causa. Regressio nunc est ad principium, cuius  
 genera statuntur, axioma & positio. Positio Græcè est θέσις, <sup>p</sup>  
 quo interdū pro Latino utimur: positionis species dua, hypothe-  
 sis & definitio. Primo loco immediatum syllogisticū pro demon-  
 stratio ponitur (ait Philoponus) tanquā dictum esset ex princi-  
 pio demonstratio, positio medio demonstratio, id est, primo im-  
 mediatō absolute priore, notiore, causa conclusionis demonstrari  
 non potest: non est discipulo tamē αὐτόπιστος per se probabilis et  
 nota, sed aliquot exemplorū inductione à magistro exponenda  
 2 est. Positio tamē appellatur in topico primo ἀπίλησις παρὰ  
 δόξος, opinio incredibilis, & in his libris, thesis dicitur quoduis  
 demonstratio principii, ut capite tertio huius. Ex δύο ἰθέσεων  
 πρώτων ἢ ἐλαχίστων ἀνδέχεται εἶπερ ἢ ἀλλοτριεῖαι, ex dua-  
 bus uerò positionibus primis & paucissimis accidit siquidem &  
 cōcludere. Hac homonymia philosophiam Aristotelis uehementer  
 obscurauit, homonymia tamen ex commētis & placitis scholasti-  
 cis, non Aristotelicis principijs obseruatione & usu cōmuni dedu-  
 cta. Axioma uerò habet utrunque: nam cū demonstrari princi-  
 pijs demonstratio non potest, tum per se discipulo sine ulla ma-  
 3 gistri & doctoris admonitione clarum & manifestum est, quales  
 ferè sunt topica inuentionis leges, quæ maxima dicuntur in scholis,  
 ut totum maius sua parte, pars minor toto, eidem tertio paria,  
 inter se paria, de quibus iam dixi. Item in alijs artibus, ut bis bi-  
 na sunt quatuor, & cetera eiusmodi, quæ nō accipiuntur παρὰ  
 τέχνης ἢ διδασκαλίας, ab artifice & doctore, sed ἀπὸ τῆς  
 φύσεως, absolute & sua natura discēti nota sunt. Interpretes hic  
 mihi uidentur πλατωνίζειν, cū dicūt ἀκρίωματα σύμφυτα πᾶ-  
 σιν ἀνθρώποις ingenerata omnibus hominibus: id enim repu-  
 4 gnat Aristotelis philosophia, etiā quæ est in his analyticis. No-  
 minatim enim erit decimoquarto capite libri huius & ultimo  
 secūdi, Principia omnia oriri à sensibus & singularibus exēplis,  
 nec eorū ἕξεις habitus, sed δυνάμεις facultates συμφύτους in-  
 genitas esse. Labuntur igitur hic interpretes & Platonica per

ignorantiã pro Aristotelicis permiscet. Axioma igitur tamen si nõ  
 est ingeneratum nobis, sicuti neque coloris species oculis nostris  
 ingenerata est, at tamẽ simulatque perspicuus offertur color, cer-  
 nitur, & species eius apprehenditur: sic quamvis axioma nobis in-  
 generatũ non sit, tamẽ sua luce ita relucet animis nostris, ut pro-  
 tinus animaduersum percipiatur, & per se probetur ac credatur.  
 Positionis species duæ sequuntur, hypothesis & definitio, mira  
 differentia distincta. Positio (qua est enuntiatio) hypothesis est:  
 positio (qua non est enuntiatio) definitio est. Definitio siquidem  
 positio, quod ex coniugatis intelligitur: nam ponit, unde positio  
 nomen coniugatum est, & ponit arithmeticus suas definitiones,  
 ut unitatẽ esse aliquid indiuiduum secundum quorum: & quibus  
 artifex hoc modo definitiones suas ponit tanquã ueras, nec eas  
 demonstrat. Atque aliud est definitio, ut indiuiduum secundum  
 quorum: aliud ex definitione & definito enuntiatio, ut unitas est  
 indiuiduũ secundum quorũ, definitio siquidem pars enuntiatio-  
 nis. Hæc differentia est hypothesis & definitionis ab Aristotele  
 posita, quod illa sit enuntiatio, hæc nõ sit. Hic interpretes Gre-  
 ci, Latini que ualde occupati sunt: repugnantiam in præsentis loco  
 summam uident:

Principium est propositio:

Definitio est principium:

Definitio igitur est propositio.

Hic syllogismus ex principij definitione concluditur. At nunc de-  
 finitio dicitur non esse propositio. Themistius hanc inconstan-  
 tiam uidit, Philoponus excusare uoluit, quod definitio sit eadem  
 cum definito, nec ideo καθυποθέτω de definito. E recentiori-  
 bus quidam hanc solutionem ut ingeniosam prædicant, non ar-  
 dent tamen sequi, quia meminerunt in topicis definitionem uari-  
 τηροπέμενον dici, & ex ea cum definito enuntiationem fieri. So-  
 lutionem itaque aliam comminiscuntur, quod attributũ de subie-  
 cto aliàs dicatur, aliàs in eo sit, ut hic Aristoteles uerbo (esse)  
 non (dici) utatur, propterea que definitionem non esse propositio-  
 nem, in qua attributum insit in subiecto, sed de subiecto dicatur:

- 1 quod commentum multis in organo logico interpretum commen-  
 tus simile est, uanum & ridiculum. Etenim hoc discrimen hypo-  
 theses & definitionis reperitur secundi libri capite tertio, &  
 uerbis apertis planè commentum hoc conuincitur, ἐν τῷ ὄρουμας  
 οὐδ' ἐν ἔτερον ἐτέρῃ κατηγορεῖται. In definitione, inquit, nihil al-  
 rerum de altero dicitur. Ergo definitio Aristotelis sententia, pro-  
 positio non est, in qua dicatur attributum de subiecto, sed defi-  
 nitio per se considerata pars tantum propositionis est, nec est in  
 subiecto, nec dicitur de subiecto. Quare locus hic totus ualde ca-  
 priosus est, nec omnino mihi Aristotelicus. Principium syllogismi
- 2 appellatur in prioribus his analyticis mediū, non tantum pro-  
 positio: & libri huius capite septimo & octauo appellatur axioma,  
 cum dicitur tria esse in demonstratione, ἀξίωμα, συμπῶδες ἔξασμα,  
 γένος ὑποκείμενον, axioma, cōclusionē, genus subiectū: sic postea  
 positio appellatur omnis propositio. Quare tota hæc principio-  
 rum diuisio scholastica est, & exemplo atque usu uel horum libro-  
 rum refutata, ab Aristotele iudicata nō est, Aristotelicis principijs  
 obseruationi & experientiæ congrua non est. Has ineptias dum  
 conātur interpretes inepti retinere, liberam philosophiæ personā  
 nullā retinem, sed se mancipato s opinionis seruos, & à libertate
- 3 Aristoteleæ philosophiæ alienissimos esse docent. Definitionem  
 uerò principium dici probo & laudo, & quòd Aristoteles postea  
 dicit capite decimo septimo secūdi, πᾶσαι αἱ ὁρισήμαι αἰ ἰπι-  
 σμοῦ γινώσκται, omnes scientiæ definitione fiunt, laudo, tanquam  
 definitio per se doceat quamplurima, & sine definitione demō-  
 stratio nihil, imò demonstratio nil aliud sit, quàm ex definitio-  
 ne probatio: ideòque disputans, organum logicum principijs suis  
 carere, quia definitionibus suis careret, & tam multis locus ana-  
 lytica priora, principijs Aristotelis non constare, quæ definitio-  
 nes syllogismorum demonstrare contenderent. Sed principiorum
- 4 duo genera sunt, axioma & thesis: thesis autem, hypothesis aut  
 definitio. Ex hoc, opinor, loco schola nostræ principia quadam  
 esse artiū crediderunt, sed longè aliter, quàm doctrina hæc ana-  
 lytica deceat. Putant enim principia artium initio cumulanda

esse, sicut in geometria uident ὁρισμοὺς, ἀπὸ τῆς μαθηματικῆς ἀλλ' ἰσχυρὰ, & definitiones, postulata, dignitates initio operis cumulari, sed istam doctrinam analytica lege à prioribus absolutè & notioribus dispositam non esse non uident. Ex interpretibus recentioribus tamè unus in his analyticis Nyphus id uerè uidit, & res ipse id ostèdit. Methodus analytica iubet à generalibus, & absolutè notioribus ad specialia progredi. At in geometria cum lineis, lineaque genera, species, proprietates antè tractanda essent, quàm ad superficiem ueniretur, quia illa priora essent naturà, totius elementorū decem libris lineæ & superficiei rationes permixtae sunt & confusa, imò, quod maius est, species quadam prioribus libris exposita, genera deinde consequentibus explicata: quod contra analyticam methodum prorsus est. Ac si dixeris quasdam propositiones analytica hac uia demonstrari non posse, dixeris sanè demonstrabiles non esse, quia priorem causam, per quam demonstrantur, non habent, & rationes ueras illic esse, at non scientificas demonstrationes. Quare geometria quæ sola ex demonstrationibus scientificis constare credebatur, analyticis & ueras demonstrationes non habet, nec eius principia certè sunt initio cumulanda, sed per genera speciesque suis quaque locis collocanda. Hic Aristotelis ordo ueras explanationes & demonstrationes retinebit, alienas reiiciet, & quod summum est, artis usum aperiet. Quod quanquàm magnū & graue est, non despero tamè, sicut iam multa alia peperit, quin hoc quoque ætas nostra, tot ingenius, tamque singularibus fœcunda, pariatur. Ac si nemo ex tãto doctissimorum hominum numero, propter laboris fortasse magnitudinem id arretè aggredietur, certè neque nos isti parti quantum poterimus, quantumque ualebimus, defuturi sumus.

QVONIAM uerò oportet tum credere, tum scire rem, quia talem habeamus syllogismum, quem uocamus demonstrationem, est autem hic, quia hæc sunt, ex quibus

quibus syllogismus est, necesse est non solum prænosse prima, aut omnia, aut nonnulla, sed etiam magis. Semper enim propter quod est unumquodque, illud magis est, ut propter quod amamus, illud magis charum est. Itaque siquidem scimus per prima, & credimus, etiam illa & scimus, & credimus magis, quia per illa etiam posteriora.

Repetitur principij prima & secunda proprietas. Principium est προγνωσκόμενον, præcognitum: imò etiam γνωριμώτερον notius: secunda prius probatur ex lege & axioma te caussum.

Propter quod est unumquodque, illud magis est:

Propter principium nota conclusio est:

Principium igitur est notius.

Assumptio præcedit, quòd conclusio sciatur, quia principia sciatur. SCIRE REM, QVIA. Hic uidetur còmentum interpretum probari, quòd scire & per demonstrationem scire sit idem: at potes repetere quod iam proposuit Aristoteles. Scire (dixit) quorum est demonstratio, est habere demonstrationem: ita nunc, scire rem, intellige cuius est demonstratio. AVT OMNIA. Propositio maior & minor appellantur in analyticis aliquando principia demonstrationis, maior ipsa saltem antè cognita est, minor ei comparata simul cognoscitur, ut primo capite dictum est: propterea uide quo modo nunc, aut omnia, aut nonnulla dicat Aristoteles, quasi perueniri ad conclusionem possit, quin antè sint omnia principia cognita. SEMPER ENIM. Propositio est syllogismi, speciali exemplo declarata, contra quam Philoponus sic arguatur: Inest ebrio ebrietas propter uinum: intersecto mors propter gladium: ergo ebrietas uino, mors gladio magis inest: idèoque axioma illud sic inest. f. i.

pretatur . Si quid insit pluribus, & secundo per primum, magis  
inerit primo : ebrietas autem non inest uino , nec mors gladio.  
I T A Q U E. Cōplexio syllogismi in qua repetitur argumētū.

Hic textus est ualde  
& obscurus.

NON possibile est autē credere magis  
quā̄m iis, quā̄ quis scit, quā̄ non est sciens  
melius affectus, quā̄m si esset sciēs. Accidet  
autem hoc , nisi quis credens per demon-  
strationem prænouerit , magis certē ne-  
cesse est credere principiis aut omnibus,  
aut nonnullis, quā̄m conclusioni.

Ex secunda proprietate probatur prima,

Si principia non sunt præcognita, non sunt notiora:

Sunt autem notiora:

Sunt igitur præcognita.

Oratio autem hic confusa ualde est & obscura: sic autem est  
intelligenda, Non possibile est credere magis, principis <sup>supple</sup>,  
quā̄m iis quæ scit, id est, quā̄m conclusionibus. In quibus Aristo-  
teles (sciētia) uerbum propriē usurpat: non possibile est, inquam,  
magis credere principiis, quā̄ sciens non melius est affectus, quā̄m  
si esset sciens, per demonstrationem <sup>supple</sup>, id est, quā̄m si sciret  
conclusionem . Et sententia denique est, Non possunt principia  
conclusionibus esse notiora , nisi eorum scientia præstantior sit  
& excellentior scientia conclusionum, & tres negationes summa  
Græco pro una. Itaque duas omisimus. C R E D E N S. Græ-  
cè est τῷ εὐορίτων, genitiuūque est partitionis, quem Alexander  
ἀντὶ τῶ τῷ εὐομείνων ἐξέδωκεν, pro (creditorum) exposuit, ait  
Philoponus, quod non probat, neque ego probo. M A G I S.  
Propositionis sententia ualde adhuc confusa fuit,

Si principia non sunt præcognita, non sunt notiora:  
deinde sententia assumptionis sequitur,



*Sed principia notiora sunt.*

Vbi reperitur illud (omnibus aut nonnullis) quod uerum & Aristotelicum non habeo. Omnia siquidem demonstrationis principia nota debent esse, antequam ad conclusionem peruenias. Verius illud & melius primo capite, Licet uerò ut quis cognoscat alia quidem, quæ prius cognouerit, aliorum autem simul cognitionem accipiat.

HABITVRVM uerò sciētiam per demonstrationem, non solùm oportet principia magis nosse, & magis his credere, quàm ei quod demonstratur, sed neque aliud ipsi certius esse, neque notius principiorum oppositis, ex quibus erit syllogismus, qui est contrariæ deceptionis, siquidem oportet scientem simpliciter immutabilem esse.

Additur supra ultimam proprietatem, ut principium non solùm sit notius conclusione, sed ex eo quoque contrarium ipsius principij sit manifestum. Quæ conditio seuti topici capite secundo in legibus definitionis ponitur: Ἐπὶ εἰ μὴ δ᾽ ἄλλος ὁ τῷ ἐναντίου λόγος ἐκ λεχθέντος, οἱ γὰρ καλῶς διποδιδόμενοι καὶ τοὺς ἐναντίους προσημαίνοσι. Tum si non manifesta contrarij definitio ex dicta: scire enim assignatæ definitiones simul contrarias etiam commonstrant. Definitio (inquit) nisi tam clara sit, ut eius luce contrarij quoque definitio pateat, definitio perfecta non erit. Idem nunc in generalibus & communibus omnis principij legibus præcipitur tam perspicuum esse oportere, ut contrarium quoque sit inde manifestissimum: Themistius tamen & Philoponus hebes nescio quid hîc & obliuiscum intellexere, quasi dictum esset principium non solùm conclusione, sed etiam contrario suo clarius esse oportere. Quæ comparatio ualde rudis sit. Notæ principia, nota quoque tandem conclusio: principia tamen con-

clusione notiora sunt (ait Aristoteles.) Quid ergo fuerit hoc ul-  
 timum, quod tãquam maximũ proponitur? Principia non tan-  
 tũ prius nota, sed esse notiora: imò uerò cõtrarijs sua notiora.  
 Quasi & principia & principiorũ cõtraria nota essent, sed prin-  
 cipia suis cõtrarijs notiora, at cõtraria: imò ἀντιπρὶν ἐνα ὀποσθὴ  
 diuisa omnia simul naturã sunt, & æquẽ nota, ut eodẽ topico Ari-  
 storeles ait. Itaque Aristotelẽ Aristotelis fidelẽ interpretem si-  
 quamur: hos interpretes omittamus. Ex oppositis principiorum,  
 id est falsis, fit syllogismus contraria & falsa deceptionis, de quo  
 dicitur capite 12. huius & 13. I M M V T A B I L E M.  
 ἀμετάπιστον Gracẽ est, quã metaphorã Aristoteles sexti topici  
 capite secũdo ut obscurã reprehẽdit: & pro ea uidetur quarto i-  
 bidẽ capite propriẽ usurpare, ἀμετάπιστον, quasi diceret inuisi-  
 sibile. Ergo hãc tã magnifica laus perspicuitatis animaduerten-  
 da est, ne putemus cum uanis interpretibus Aristotelẽ de inob-  
 stria obscurum fuisse, à quo toties & tam impensẽ uidemus fa-  
 cilitatẽ & perspicuatẽ laudari. Principia (ait) non solum sunt  
 ante conclusionẽ nota, sed etiam notiora, imò tam clara sunt,  
 ut nihil sit ipsorũ cõtrarijs μὴ δὲ πῖσ' ὅτερον, μὴ δὲ γ' ὀποσθὴ  
 neque certius, neque notius. Itaque uirtus in artibus cum fuerit  
 accuratẽ definita & demonstrata, nihil erit de contrarijs utrius  
 præcipiendum. Rectum enim erit index sui & obliqui: Principiũ  
 sui lumen erit & contrarij. Quamobrem regula hac considera-  
 da est, ut intelligas totis analyticis insanum quendam in refu-  
 tandis uitijs laborem suscipi. Centuplo enim plus opera posi-  
 tur in quatuor analyticis ad uicia refellendum, quã ad uirtutes  
 demonstrandum. Tricas igitur illas usum logica impediẽtes et  
 hac analytica & topica lege reuicio, nec in dialecticis insinua-  
 tionibus retineo.

### I N T E R T I V M C A P V T .

Adhuc capita duo ad uerbum persequuti sumus de proprie-  
 tatibus principiorum, ut sine perspicua uerbis, rebus nota, uerba  
 prima, immediata, notiora, priora, caussa denique rei ad ex-  
 plicandum proposita. Omnia hæc laudo, & ad proposum

1 logicae artis compendium refero, propria tamen scientifica declarationis prorsus esse nego. Est enim ( ut iam dixi ) uerbis esse perspicuum, re notum, uerum, primum, immediatum omnium rationum, omniumque argumentorum commune. Nisi enim argumentum perspicuum, uerumque, & immediatum aut sit, aut saltem uideatur, nihil arguet: ut autem caussa sit & absolutè notius, nõ semper in omnibus argumentis requiritur.

2 Questio sequitur tertio capite περί τῆς ἀπειρίας τῶν ἀρχῶν, de infinitate principiorum, quæ deinde quinque capitibus 15, 16, 17, 18, 19, tractabitur, an sint eiusmodi, qualia definita sunt, aliqua principia, sitque omnino demonstratio ulla, unaque in sex illis capitibus, & eadem questio est, ut Aristoteles ipse decimoquinto capite confirmabit, εἰς ἃ τὸ το σκοπεῖν τῶν τῶ, καὶ εἰ ἀποδείξις εἰς ἀπείρον ἔρχεται καὶ εἰ εἰς ἃ ἀπόδειξις ἀπαυτος ἢ πρὸς ἀλλήλα περμένει. Est hoc considerare idem & an demonstrationes in infinitum abeant, & an est demonstratio omnis rei, an mutuo inter se concludantur, qualis questio minore ἀλφα metaphisico rursus, sed paulò secus tractatur.

3 Quamobrem sex horum capitum summas tantum proponemus, nec ad uerbum singula differemus, Academiae nostrae legem hic sequemur: quonia solidæ doctrinae, et quæ ad usum referri possit, hic nihil est. Tertio igitur capite queritur an sit ulla demonstratio, deq; eo duplex opinio cõtraria disceptatur An nullius rei sit demonstratio An omnis rei sit demonstratio. Postea (quod reliquum erat) quæretur, an alicuius rei sit demonstratio. Primum differitur ex definitione scientiæ, & hypothetico syllogismo concluditur: quæ Philopon' genere uidit, specie in litera ipsa distinguere nõ potuit.

Si principia sciri non possunt, nulla est demonstratio:

4 Sed principia sciri non possunt, quia essent ex alijs principijs scienda, & ea rursus ex alijs, eoque modo reserperet in immensum, quod impossibile est: aut si reperiantur ulcina principia, attamen nescientur, quia principijs unde sciuntur, carebunt.

Nulla igitur demonstratio est.

Hec in ipsa litera ratiocinatio est. Secunda questio est, an om-

nis rei sit demonstratio, quæ ex falsa causa enthymemate concluditur: κύκλος καὶ ἐξ ἀλλήλων, circulo & mutuo omnia demonstrari possunt: omnis igitur rei demonstratio est. Philoponus hypotheticum syllogismum hic comminiscitur, qui nullus est in littera, ut intelligas quantum in re extendis syllogismus sit artifex. Hæc quæstionis utriusque captio est. Solutur deinde prima, per ambiguae assumptionis distinctionem, quod scientia quadam sit ἀποδείκτῃ demonstrabilis, qua sciuntur conclusiones, & qua definita prius est, διαφανικῇ nempe: quadam uero ἀποδείκτος indemonstrabilis, qua principia per se non aliunde sciuntur, & cuius principium non sit aliqua alia πρότασις ἀμεσος, sed ὁ νοῦς intellectus, cuius luminis extrema & ultima principia sine alia ratione sic intelliguntur, ut sensibilibus sensu sentiuntur. Secundæ quæstionis solutio latius ducitur per argumenti inficiationem. Circulo quantum res demonstratur: Ergo omnis rei est demonstratio. Huius enthymematis Aristoteles negat antecedens, & negationem probat tribus argumentis ex fæctia & demonstrationis definitione:

Omnis demonstratio est à prioribus:

Non omnis circulus est à prioribus:

Neque enim possunt eadem usdem absolute & priora esse & posteriora, quod esset in circulo, cum mutuo res demonstrarentur:

Non omnis igitur circulus est demonstratio.

Secundum argumentum est ex adiunctis absurdis, quia probatur idem per idem, ἀσάφειαν τῆ σιωπῆς συμποικίαν ἐνεπιπλάσσειν obscuritatem usitata breuitate adhibuit hic Aristoteles (inquam Philoponus) quia abecedarijs exemplis utitur. Arqui sola breuitas sermonis hæc obscuritatē non efficit, ut secundo anima durescit libro latius exposui, imò sermonis breuitas hic obscuritate nulli facit, sed exemplorū caligo nihil significatiuū. Dic idem significatiuis exemplis, etiam maiore sermonis breuitate, clara rei esset:

Si capax est disciplina, homo est:

Si homo est, capax est disciplina:

Circulus est, ex quo nimirum concludes idem per idem:

Si homo est, homo est.

- 1 Connexus enim syllogismus est primi modi, cuius in Aristotelis li-  
 2 rera, assumptio præcedebat, quam facilius intelligentiã caus-  
 3 sa præposuimus. Postrema ratio ex parte rerum sumitur, nõ de-  
 monstrantur circulo, quæ non conuertuntur, sed sola propria,  
 & in prima tantum figura. Non igitur omnia circulo demon-  
 strantur. Qua in disputatione notabis thesim generaliter accipi  
 pro omni propositione, contra proximi capituli diuisionẽ, ἢ δὺο  
 θέσεων ex duabus thesibus, ut iam citauimus: item analytica  
 priora appellari, ἢ περὶ συλλογισμῶν, ut appareat, quod antea  
 4 notauimus, titulos logicorum librorum ab interpretibus factos  
 esse. Hæc summa est capituli tertij, qua concluditur neque nullius,  
 neque omnis rei demonstrationem esse. Digressionem Themistius  
 hic intellexit, ἐπιπέριωμεν ὃ, ὃ δὲν ἐξέλιμεν, redeamus unde di-  
 gressi sumus, ait in fine capituli huius: neque Philoponus ignora-  
 uit, sed hic queri dixit, an sit demonstratio, cum prius tamen  
 dictum esset (quid est demonstratio) excusare uoluit ὑπερολογίαν,  
 quasi prius an est, quam quid est, differendum suisset: excusare in-  
 quam, id uoluit exemplo physicae doctrinae, in qua prius quid est  
 uacuum tractatur: deinde an sit, queritur. At hic interpret uitiũ  
 3 nitio excusat, & quod exemplo qualicunque fiat, iure fieri pu-  
 tat: neque nunc ὑπερολογίαν illam reprehendo, sed maius arguo,  
 & analytica lege conuincio. Artes γένος ὑποκείμενον, genus  
 subiectum disputare non debent, sed sumere, dicit Aristoteles ca-  
 4 pite octaui huius. Nec enim arithmetica probat esse numerum,  
 nec geometria magnitudinem, nec astrologia astra & calum, nec  
 physica mundum & elementa, non animalia, non plantas, nõ ca-  
 teras res sibi subiectas esse disputat. Hypocrates & Galenus de  
 ualitudine tuenda & restituenda, Varro & Cato de agricultu-  
 ra, Vitruuius de architectura præcipiunt: nemo tamen horum in  
 sua arte querit, an sit ualitudo, an ager, an domus, sed sumit rem  
 esse tanquam manifestam omnibus: tum definiendo, partiendõque  
 genera, speciesque, tum qualitates & proprietates demonstrando  
 artem constituit: denique nulla ars subiectum sibi & propositũ  
 f.iiii.

genus disputare debet, sed ἀπορριπτόμενον sumere, imò tanquã  
 principiũ ponere: hæc Aristotelis est doctrina capite octavo in-  
 ius. Ergo ex hoc Aristotelico fundamẽto assumam<sup>9</sup>. At ἀποδειξίς  
 ὅτι γένος ἀποκείμενον ἀναλύσεως ὕστερα, ut interpretes abun-  
 de intelligunt & profitentur: ponendum igitur est demonstratio-  
 nem esse, nec id dubitandum aut disputandum. At huius demon-  
 stratio. Altercatio uana & posterioris analyseos præceptis &  
 legibus contraria: deinde longè aliud est ἐλέγχος refutatio, aliud  
 ἀποδειξίς demonstratio, ait Aristoteles quarto capite ἔπι με-  
 τὰ φυσικῶν. At hic refutatio tantum est, scientia rei certa & con-  
 stantis nulla. Quamobrem nihil hic Aristotelicum, & Aristotelis  
 principis consentaneum, nihil inuentionis, nihil dispositionis lo-  
 gicæ proprium inuenio, nil quod ad faciendam & construendam  
 artem (quod hic solũ proponitur & queritur) sit accommoda-  
 tum. Tollo igitur hanc altercationem totam, ut minimè Aristo-  
 telicam, nec ad propositũ logicæ institutionis compendium refecto.

## C A P V T 4.

Q V O N I A M verò impossibile est aliter  
 habere, cuius est sciẽtia simpliciter, neces-  
 sarium utique fuerit scibile secũdum de-  
 monstratiuam scientiam. Demonstratiua  
 verò sciẽtia est quam habemus, quia de-  
 monstrationem habemus. Ex necessariis  
 igitur syllogismus est demonstratio.

Capite quarto definitur scientifica materies, & circumstantiis  
 suis explicatur. Primum uerò repetitur illud è secũdi capitis ini-  
 tio. Scibile est necessarium, unde concluditur scibile quoque de-  
 monstratiuum esse necessarium. Ex genere argumentum est scibi-

1 *Le enim genus est (ut dictum est) species uerò ἀποδεικτικόν, ὁριστικόν demonstratiuum, definitiuum, & ob id repetitur apodicticè & ποτικῆ 1 0  
 scientia definitio ex initio secundi capituli, ut aliæ quoque scientiæ 2  
 species exprimerentur. EX NECESSARIIS. Dictum est, propositiones demonstrationis esse necessarias, dictum est conclusionem esse necessariam, unde nunc concluditur demōstrationem ex necessariis esse.*

STATVENDVM igitur ex quibus & qualibus demonstrationes sunt. Primùm verò definiamus, quid dicimus de omni, & quid per se, & quid vniuersale. Ac de omni quidē hoc dico quod sit nō in aliquo quidē, aliquo verò nō: neque aliquādo quidē, aliquādo verò non: vt si de omni homine animal. Si verum hunc dicere hominem, verum etiam animal, & si nunc alterum, etiam alterum. Ac si in omni linea punctum similiter, signum verò est. Etenim 3  
 reprehensiones & instantias sic ferimus, tāquam de omni interrogati, aut si in aliquo non, aut si quando non.

Capite reliquo tribus scholasticis, aut certè ab Aristotele ipso confectis signis & notis distribuuntur tres demonstrationis conditiones: prima necessitatis uniuersalis, secūda cognitionis, tertia proprietatis: sed earum definitiones ualde exiles & aridae 4  
 sunt, sicuti quædam iam antea, ut Iaboleno iureconsulto hic ualde rursus sit opus. Prima siquidem definitio est ex dissimili sine redditione. De omni dicitur, quod non de aliquo, & aliquando affirmetur: de aliquo autem, & aliquando negetur. Huius defi-

nitionis dissimile est intelligendum, quod tamen non redditur, id  
 nempe, quod de omni & semper dicitur, ut animal de omni ho-  
 mine, & semper dicitur, & sic in linea & omni & semper pun-  
 ctu est. Appellat Aristoteles capite decimotertio secundi κατὰ παν-  
 τος hic κατὰ παντός, cum ait τὸ τὸ γὰρ ὅτι τὸ καθόλου καὶ ὅτι  
 παντός καὶ αἰεὶ : id enim est uniuersale, & in omni, & semper.  
**INSTANTIAS.** Si propositio non de omni, aut non sem-  
 per dicatur, protinus negamus apodicticam propositionem esse.  
 Notabis autē hic κατὰ παντός secus capi, quam in prioris ana-  
 lyseos initio, & hanc sermonis homonymiam magna in toto or-  
 gano obscuritatis esse causam, non solam sermonis breuitatem,  
 quam putant interpretes.

PER SE VERÒ sunt, quæcunque sunt in  
 ratione quid est, vt triangulo linea inest,  
 & lineæ punctum. Essentia enim ipsorum  
 ex his est, & in ratione dicēte quid est, inest.

Prima nota fuit uniuersalis necessitatis, secūda est τῆς οὐφε-  
 ρείας, id est, cognationis qua est ἀπλῶς, ἢ πᾶσι aut absolutè, aut  
 quodāmodo. Genus generis que differētia & species sunt ἀπλῶς  
 συγγένῃ, eorum uerò proprietates & adiuncta penitus & ἰσχυ-  
 ρῶς per se qualitates generi generis que differentis ac formis sui τῶ  
 συγγένῃ, ut septimo capite copiosius differetur. Ergo ad hanc uniu-  
 que συγγένειαν exprimēdam modi quatuor proponuntur. Primus  
 & secundus & quartus spectant ad absolutam, tertius ad τὴν  
 πᾶσι, omnēsque hi modi nil aliud nobis insinuāt, quam causarum  
 & causatorum, subiectorum, & subiectis adherentium qualita-  
 tum, unde constant artes, cognationem, ac præcipuè causarum &  
 causatorum. Quicquid enim alicui per se inest, eius causa est, ut  
 erit uicesimo capite. Ergo cum subiectis attributa, aut attributis  
 subiecta per se adfuerint, tum qua per se aderunt, causæ erunt  
 ἀπλῶς ἢ πᾶσι, sed ipsos modos uideamus. Primus est, quando at-

Quicquid enim alicui per se inest

subiectis attributa, aut attributis

subiecta per se adfuerint, tum qua per se aderunt, causæ erunt



1 *tributum est in essentia subiecti, & in eius definitione adhibetur. Sic genus & differentia & definitio per se dicuntur de specie & definito: sic linea est in definitione trianguli, quòd ex tribus rectis lineis definitur, & punctum in definitione linea, quæ definitur fluxus puncti. Hic ergo primus modus continet omnes propositiones, quibus genus de specie, differentia de specie, definitio de definito dicitur, ὅς κ' ἡ μάλιστα ἐν ταῖς ἀποδείξεσι παραλαμβάνεται, qui etiam maximè in demonstrationibus assumitur, ait Themistius: imò, ut aio, in omnibus artis & doctrinæ partibus.*

pr. mu u p  
infs in o p  
p un y ff cuti  
f.  
into it t a  
+ is om bu rti  
doctrinæ p r f  
ab t b i i  
tuo b

2 AC quibuscunque attributis suis ipsa in ratione quid est declarante insunt, vt rectum inest lineæ & curuum. Item impar & par numero, & primum & compositum & æquilaterum, & altera parte longius, & omnibus his insunt in ratione quid est dicente, illic quidem linea, hîc verò numerus. Similiter verò & in aliis talia singulis inesse per se dico. Quæ verò neutro modo insunt, accidentia sunt, vt musicum aut album animali.

3 Secundus modus per se, primò contrarius est, per se est, quod est in essentia & definitione attributi: qui modus generis in species aut differentias distributioni conuenit, ut primus definitio: sic in diuisionis propositione linea recta est aut curua: numerus par uel impar, primus uel compositus, æquilaterus aut altera parte longior: sic inquam attributo suo inest subiectum per se, quia partes in his ex toto definiuntur. Recta enim, est linea quæ ex æquo punctis suis interiacet, curua contrà: par, est numerus in æqua diuisus: impar, in non æqua diuisus. Primus numerus, quem

Secundus modus  
p r u  
mu  
or for d s  
a l r b no  
no att tu  
p  
toto of

sola metitur unitas, ut 3, 7, 11: compositus contra quem alius rei  
 meritur, ut senarius, quem meritur binarius & ternarius: ter bina  
 aut bis terna senarium faciunt: aequilaterus, quadratus, qui in si-  
 psum ducitur, ut, bis bina, quatuor: ter terna, novē, quadratos nu-  
 meros efficiunt: altera parte longior, quem minor in maiorem du-  
 ctus efficit, ut quindecim ex ductu ternarij in quinarium effici-  
 tur. Notabis hic quod saepe iam notavimus, Aristoteli exemplum  
 aut abecedarijs, nilque significantibus uti, aut mathematicis &  
 rudi philosophiæ discipulo ignotis, idēque obscurum esse, nec so-  
 lam obscuritatis esse causam, Βεβαχολογίαν, quam putat inter-  
 pretes. Philoponus in his Alexandrum reprehendit, ut in mathe-  
 maticis ignarum, quod postea rursus faciet apertius. Ergo modus  
 hic per se cōplectitur propositiones ex divisione generis factas,  
 tamen si cūm diuisio sit integræ rei in sua membra, membra illa  
 causæ sunt totius, ipsūmque constituunt: ut si diuidas naturam  
 in materiam & formam, ut physici diuidunt. Tum enim in pro-  
 positione illa (Natura constat ex materia & forma) attributa  
 partes sunt causæ totius, & ad quartum modum potius ea pro-  
 positio pertinebit, qui tamen cum primis confunditur, ut dicam.  
 Et quæ neutro modo dicuntur, accidentia sunt, ait magister, &  
 rectē: absolutæ siquidem τῆς Ὀυσιότητος nihil habent. Descende  
 enim, sicut methodus analytica insit, à prioribus absolute & na-  
 turā notioribus, hos duos tantum modos in recta τῆς Ὀυσιότητος  
 linea reperies. Hic uerò mihi mirari libuit cur nam Themistius  
 & Philoponus, postque eos interpretes reliqui cōmentis sunt, quod  
 huc attulerunt, secundo modo per se accidentia dici, quorum in  
 definitionibus subiecta ponerentur, ut ἑμὸς πρὸς (imitas na-  
 si, & eiusmodi inseparabilia accidentia uni & eidem & soli na-  
 turæ per se adiuncta ut propria denique. At Aristotelis uerba  
 sententiā eam nō habet: locus obscurus erat, & Syntaxi grāmāti-  
 ca inuolutus, idē præbuit (opinor) occasione huius cōmenti. At  
 si retexas syntaxim grāmāticā, sensum reperies eū quē proposui.

**ATTRIBVTIS SVIS.** Græcè est ἐνὶ τῶν ἀρχῶν αὐ-  
 τῶν, quasi diceret inexistētium ipsis, ubi Philoponus putat αὐτῶν

1 pro πῶς sumptum, sed fallitur: sensusque uerus est non solum uerbis, sed sententiæ congruus, quem proposui, ἔσ' αὐτοῖς legendū, non αὐτοῖς, ἔσ' uerbum ὃ ὑπάρχειν commune est subiecti atque attributi: sic ἀρπὼν ἀειθμῶ καὶ ἀριθμὸς ἀρπῶ ὑπάρχειν καὶ ἐν ὑπάρχειν dicitur hic ab Aristotele. Poterant uerò Græcos interpreteres erroris sui tot exempla commones facere, quæ differentia sunt non accidentia. Nec uerò Aristoteles hic dicit attributum per se inesse subiecto, sed attributo subiectū. Numerus est par aut impar, linea recta aut curua. In his, ait, propositionibus, numerus inest per se pari aut impari, linea recta aut curua: dicit quidem 2 par ἔσ' impar inesse numero, nempe ut attributa. At per se numero inesse non dicit, sed illis numerum: tamen si utrumque proximo capite dicit, sed ambiguè, nec eadem ratione, ut rum dicam, cum eò peruenere. Nec metuendi occasio fuit, ne propria rerum accidentia nullo per se modo comprehenderentur. Themistius enim tertio deinde modo, ut mox dicam, ea ipsa comprehendit. Quamobrem locus hic, sicuti superiores alij quidam, probare iam potest Græcorum interpretum negligentiā, rem præsentem tam negligenter interpretantium. Aliquis interpret primus in obscuro loco fabulam istam commentus est: reliqui secuti sunt.

3  
TVM uerò quod non de subiecto dicitur alio ullo, ut ambulare diuersum cum sit, ambulās est & album. Essentia autem, & quæcunque hoc aliquid significant, nec sunt aliud quiddam, id quod sunt. Quæ fanè non de subiecto, hæc per se dico, quæ uerò de subiecto, accidentia.

4 Adhuc primis duobus modis Ἐγγύετα ἢ ἀπλῶς exposita est. Tertius modus sequitur, qui complectitur Ἐπὶ ἀθῆ καὶ Ἐμπεθενοῦτα σύσειχα πῆ καὶ Ἐγγύετη affectiones ἔσ' accidentia cognata quodammodo. Est autem hoc modo per se, quod non dicitur de

subiecto alio aliquo, sed subiecto suo primo inest, ὅτι τὸ πρῶτον αἰετὶ  
 χεῖροσών, ut superficies colorari, quæ admodum Themistius ait.  
 Definitio obscurior est in litera, quia sumitur ex dissimili sine  
 redditione. Tota autem dissimilitudo fuerat. Per se inest, quod  
 non de subiecto alio aliquo, sed de suo tantum dicitur, & exem-  
 pla quæ proferuntur in litera, nō ad definitum per se, sed ad eiu-  
 s dissimile referuntur: Ambulans enim & album de subiecto alio  
 aliquo dicitur. In hoc igitur modo cōprehēditur ὅτι πρῶτον αἰετὶ  
 αὐτὰ ὑπεἶκόντα, quæ postea nominatur, quia de subiecto sui  
 primis, & non de aliis dicuntur, & in iis insunt, ut in categoriis  
 Aristoteles loquitur. Quod enim est hic (dici de), illic est (esse  
 in). Quare Themistio frustra cōmentum illud secūdi modi qua-  
 situm est de accidentibus, cum ille ipse Themistius inuenit locū  
 iisdem accidentibus, in quorum definitione subiecta adhibean-  
 tur, definitione inquam non absoluta ex genere & differentiā,  
 sed tamen quæ causam aliquam ex subiecto deducit, unde affec-  
 tio & passio quæ definitur, effluxerit. Quartus modus ab in-  
 terpretes notatur in uerbis (Substantia autem). Ut quarto  
 modo οὐσία ἀτομαί, substantiæ indiuiduæ, nempe Socrates &  
 Plato dicantur esse per se. At mihi locus hic valde suspic-  
 ctus est: illustrationem potius aliquam fuisse suspicor de sub-  
 stantiis illis, quæ per se quidem sunt, non more accidentium subie-  
 ctis adiunctorum & adherentium. Atque in peroratione loci ho-  
 ius, de substantiis nulla mentio fit (Quæ nō dicuntur de subiecto  
 supple ullo alio (per se dico) ait Aristoteles. (Quæ uerò dicuntur  
 accidentia) communia uidelicet, ut sexto capite accidens defini-  
 tur, quod per se non inest. De substantiis indiuiduis hic nulla men-  
 tio est, & de apodicticis propositionibus, & earū copia & facili-  
 tate caput erat institutum, quò substantiæ indiuiduæ nihil com-  
 no pertinent. Quod interpretes uiderunt, & una uiderur hęc  
 causa fuisse, quæ impelleret eos ad duos postremos modos rei-  
 ciendum, quia tertium illum quem faciebant de substantiis indi-  
 uiduis, nō probabant. Quamobrem nullum illic modum per se ste-  
 tuo, sed tertium de accidentibus per se facio, qui ὅτι πρῶτον αἰετὶ

v m x a  
 d p i  
 +  
 s fo a id et f  
 n + st text  
 et

1 αὐτὰ Συμβεβηκότα πῆ τοῖς ὑποκειμένοις αὐτῶν Συγγενῆ com-  
 plectatur, ut duo primi & ἀπλῶς συγγενῆ complectuntur. Quod  
 si diligentius interpretes attendissent, commento illo secundi mo-  
 di ad accidentia per se, retinendū nil opus fuisset. Vidissent enim  
 tertio hoc modo comprehendī accidentia propria, in quorum  
 etiam definitionibus (ut illis placer) subiecta possent adhiberi.

I AM verò alio modo, quod propter se  
 inest vnicuique, per se est: quod autem nō  
 2 propter se inest, accidens est, vt si ambulā-  
 te aliquo fulguravit, accidens est. Non e-  
 nim propter ambulationem fulguravit,  
 sed id accidit, dicimus: si verò propter se,  
 per se inest: vt si quis iugulatus interiit, &  
 propter iugulationem, quia iugulatus est:  
 non autem a ccidit, iugulatum interire.

Quartus est modus negligenter expositus, per se inest, quod  
 3 causa est certa, non fortuita. Ambulante te fulguravit: ambula-  
 tio tua casu fortuito inest fulguri, non ut causa certa. Hic gene-  
 ralis modus est, & reliquos cōplectitur, ὡ γὰρ κατ' αὐτὸ ὑπάρ-  
 χει, τοῦ το αὐτῶ ἀπὸν, cui omni per se inest aliquid, hoc ipsi  
 causa est, ut capite uicesimo huius docetur. Ergo quod attribu-  
 tum, aut subiectum per se inest, causa etiam est, causaque seor-  
 sum afferrī possunt, materia, efficiens, forma, finis, haeque singula  
 valent ad demonstrationem, ut postea secundo libro dicetur.

4 QVAE igitur dicuntur in absolutè sci-  
 bilibus, per se sic attributis subiici, aut sub-  
 iectis attribui, tum per se sunt, tum sunt  
 ex necessitate.

Quatuor τῆς οὐσιβείας modi definiti sunt adhuc, tres ad ab-  
 solutam οὐσιβείαν, primus, secundus, quartus : unus ad τὸ πᾶν τῆ  
 οὐσιβείαν, tertius. Concludit igitur Aristoteles hosce τῆς οὐσιβ-  
 είας modos, quibus sic uel attributis subiecta, uel attributa sub-  
 iectis insunt, & duobus membris, membra illa quatuor aprim ex-  
 primit, quod rursus his faciet, cum dicet τὸ καὶ αὐτὸ διχῶς λέ-  
 γεσθαι. Attamen ne uideatur quaelibet causus his modis definire,  
 significat se dicere quæ necessario insint, ut secunda nota καὶ  
 αὐτὸ comprehendat primam κατὰ τὸ αὐτὸς. Themistius & Phi-  
 loponus, ac deinceps reliqui fabulantur hîc duos modos primos  
 ab Aristotele retineri, duos postremos abiici: fabulantur, aio. Nec  
 enim Aristotelis uerba id ostendunt, sed omnes modos compre-  
 hendunt, in quibus omnibus, quod per se dicitur, aut οὐπὸ ἀρχῆς  
 κατηγορουμένων, id est, subicitur attributis, ut secundo modo, aut  
 οὐπὸ ἀρχεται, id est, subiectis attribuitur, ut primo, tertio, quar-  
 to modis: animal est homo aut bestia: animal est rationale aut  
 irracionale: denique quoties genus in species, aut differentias di-  
 stribuitur, hoc secundo modo subiectum per se inest attributo: ho-  
 mo est animal, homo est rationalis, homo est animal rationale:  
 denique quoties genus, differentia, definitio de subiectis suis di-  
 stribuitur, per se primo modo suis subiectis οὐπὸ ἀρχεται: homo est ca-  
 pax disciplina: superficies est colorata, & cetera eiusmodi pro-  
 pria, quoties de subiectis suis dicuntur, per se tertio modo οὐπὸ ἀ-  
 ρεται: homo constat ex corpore & anima rationali: mundus a  
 deo ex nihilo conditus est: denique quoties causæ de suis causis  
 dicuntur, per se suis causatis οὐπὸ ἀρχεται. In hoc autem po-  
 stremo modo Themistius ait non esse necessitatem, propterea ut  
 esse per se. At non si causa aliqua necessaria nō est, iccirco mi-  
 la est necessaria. Scientia & demonstratio definita iam est ex  
 causa conclusio: præcipietur postea libro secundo ex omni caus-  
 sa demonstrari. Ergo causam apodicticam & demonstrationem  
 accommodatam intelligamus, quæ aliter habere nō possit, ut di-  
 ctum est capite secundo. Et hæc causa non erit à demonstratio-  
 ne aliena, imò ut definitio docuit, maximè apta & consentanea

nec ad demonstratiuae propositionis qualitate sola nota τὸ κατὰ  
 αὐτὸ, sed κατὰ τὸ αὐτὸς, sed καθόλου proponitur. Et Aristoteles  
 ipse significauit, ut dixi, in secunda nota primam inesse. Philoponus  
 interpretor etiam hic est. Air enim causam conferre potius εἰς ὄλου  
 συλλογισμοῦ γένεσιν, ad totius syllogismi compositionem, quod  
 medium sit, quasi & primi & secundi modi, denique omnis  
 absoluta demonstrationis propositiones non idem faciant, &  
 definitio de definito dicta non complectatur causas definiti. O  
 interpretem logicae artis expertem. Sed hos interpretes mita-  
 mus. Quatuor modos Aristoteles colligit, nullum reiecit, omnes-  
 que ad instituendam scientiam adhibet, primum, secundum, quar-  
 tum ad (ὡς) γένεσιν τῶ ἀπλῶς, qua definitione & diuisionis  
 (quia sunt τῆς οὐσίας) explicatur: tertium ad τῶ πῆ (ὡς) γένεσιν,  
 qua est demonstrationis. Haec enim demonstrationis materies est,  
 ut τὰ ἀπὸ καὶ συμπερικύπτει, & κατὰ αὐτὰ cōcludat, ut erit ter-  
 tio capite secundi. Est uerò perridiculum, quod Themestius &  
 Philoponus excusant hic Aristotelem, quasi uitiosè parientem,  
 quod quatuor modos parriatur, cum duos tantum prober. Ple-  
 nioris diuisionis gratia (αἰὲρ) quatuor modos pro duobus enume-  
 rauit. Verum est (opinor) lex aliqua de diuidendo logica est, qua  
 iubet ornatus cuiusdam amplitudinisque gratia partes plures  
 enumerare, quam diuisum complectatur. Ita nullum uicium fuerit  
 quod interpretes hi in summa uirtutis loco non habeant. At serui-  
 nimium seduli dominum suum excusare desinant. Nihil enim hic,  
 ut existimant, offendit, nec plures modos proponit, quam sequa-  
 tur, sed commenta somniâque sua pro magistri sui decretis iacta-  
 re desinant, seque ipsos potius accusent, qui tam & à uerbis & à  
 sententiis doctoris alienas fabulas confingant. Erroris occasio  
 (opinor) interpretibus fuit cum Grammaticae syntaxeos confu-  
 sio, tum fortasse (nec enim citatur hic ab illis locus ullus) loci cui-  
 usdam repugnantia, ut cum dicitur, Accidentium qua per se nō  
 insunt, scientiam non esse, quod dicitur capite sexto. At tamē quia  
 locus aliquis repugnare uidebatur, iccirco peruerterēdus alter non  
 fuit, quasi non sint in hoc doctore cōtradictiones aliquando ma-

nifesta, ut antè iam fuit de definitione, quæ propositio esse & non esse dicebatur, & alia in his analyticis quadam, de quibus suo loco, & tamen accidentia per se tertio modo plenissimè continebantur.

NON enim accidit non inesse aut absolute, aut contraria: vt lineæ rectum, aut curuū, & numero impar aut par. Est enim aduersum, aut priuatio, aut contradictio in eodem genere vt par: quod non est impar in numeris quatenus sequitur. Itaque si necesse est affirmare aut negare, necesse est etiam quæ per se insunt, inesse. Quod igitur est de omni & per se, definitum sit hoc modo.

Probatur in his ( quæ per se insunt ) proposita necessitas primùm ex contrario. Nō possunt non inesse aut absolute ut primo, tertio, quarto modis, cum dicitur, Homo est animal, Homo est caecus disciplina, homo constat ex corpore & anima rationali: aut opposita & ratione oppositionis, ut secundo modo cum dicitur Linea est recta aut curua, Numerus est par uel impar. Necesse enim est opposita subiecto inesse, non absolute quidem, sed necessaria disjunctionis ratione alterutrum. Confirmatio deinde additur, non illius quidē absolute necessitatis, quæ ex eo patet, quia partes alia sunt alijs essentialis (sed huius quæ ad secundum duntaxat modum attinet, cuius ratiocinatio ualde est inuoluta. Est autem eiusmodi,

Oppositorum immediatorum unum in subiecto inesse  
necesse est:

Secundi modi attributa sunt eiusmodi opposita:

Vnum igitur eorum inesse necesse est.

Quæ per se  
ab  
p  
d  
t  
at  
h  
u



1 *Hæc inquam summa confirmationis huius. Assumptionis sententia est in exēplis diuisæ lineæ, diuisi numeri. EST ENIM. Sententia propositionis hîc sumenda est per has species. Oppositorum enim species sunt, aduersa, priuantia, contradicentia (pro quibus duobus ultimis, per meronymiam priuatio & cōtradictio dicuntur)relata. De relatis hic nihil. Genus uerò intelliges ἴσως ἢ ἄλλως uel ἰσοπεπόμενον φύσιν, subiectum aut subiectam naturam, & oppositionis axioma sic intelliges:*

2 *Oppositorum immediatorum & aduersorum priuantium, contradicentium necesse est unum inesse subiecto generi δὲ γενεῶν, id est susceptiuo, ut scholæ δ' ἄλλης nostræ loquuntur.*

*Homo enim sanus est aut æger: cæcus est aut uidens: Est aut non est: demque oppositorum immediatorum (in quæ prorsus aliqua res diuiditur) necesse est unum sub. eō diuiso inesse. At sic est in modo secūdo, cūm dicimus, numerus est par uel impar: linea recta est aut curua diuiditur enim in has partes numerus & linea.*

3 *ITAQUE SI. Sententia complexionis est (Quare quæ per se insunt secundo modo, etiam necessaria sunt) sed reperitur pro generali oppositionis axioma. Axioma cōtradictionis iam citatum capite primo.*

4 *VNIUERSALE autem dico, quod & de omni, & per se inest, & quatenus ipsum. Manifestum igitur, quod quæ vniuersalia sunt, ex necessitate rebus insunt. Per se uerò, & secundum quod ipsum est, idem est: ut per se lineæ inest punctum & rectum. Etenim quatenus linea est: & triangulo quatenus triangulum, duo recti. Etenim per se triangulum duobus rectis æquale. Vniuersale uerò tunc est, quando in quo-*

libet & primo demonstratur: vt duos re-  
ctos habere: neque figuræ inest vniuersa-  
liter. Tametsi licet demonstrare de figura,  
quod duos rectos habet, sed non de omni  
figura, neque vtitur qualibet figura de-  
monstrans. Quadratum enim est quidem  
figura, non habet autem duobus rectis  
pares: isosceles verò habet quidem quod-  
libet, duobus rectis pares, non autem pri-  
mum, sed triangulum prius est. Quodcū-  
que igitur primum demonstratur duos  
rectos habere, aut quodlibet aliud, huic  
primo inest vniuersale: & demonstratio  
per se, huius est vniuersalis: aliorum verò  
modo quodam, non per se: neque isosce-  
lis est vniuersaliter, sed latius id patet.

Expositis duabus primis notis κατὰ ἑαυτὸς, καὶ αὐτὸ, tertia  
sequitur καθόλου. Catholicū uerò (utamur enim hoc uerbo, quo  
etiā Quintilianus usus est) Catholicū (inquā) primum definitur,  
quod κατὰ ἑαυτὸς ἢ καὶ αὐτὸ ἢ πρῶτον ὑπάρχει, quod de o-  
mni et per se et primo inest. primo autē inesse definitur, quod nō  
superius, nō inferius, sed par uidelicet ἢ ἀξιοῦσθαι sit, nec πρῶτον  
idē hic est quod antea, id est, ἀμεσον ἢ ἀναπόδεικτον. Nā con-  
clusio debet esse etiam πρῶτον καθολικὴ, nec πρῶτον καθολικὴ,  
hic aliud est quā ἀντίστροφον, ut Aristoteles ipse capite deci-  
mo secundo secundi postea nescio quid aliud agens aperte do-  
cet. τοῦτο ἢ λέγω καθόλου ὁ μὴ ἀντιστέφει. πρῶτον ἢ καθόλου  
ἢ ἑκάστον μὲν μὴ ἀντιστέφει, ἀπαντα ἢ ἀντιστέφει ἢ μὴ  
παρεκτείνει. Hoc autem dico uniuersale, cum quo non sit

κατὰ ἑαυτὸν est quod  
πρῶτον ἢ καὶ αὐτὸ ἢ  
πρῶτον ἢ ὑπάρχει

c ω εβ fsc  
το καθολικὴ  
αὐτὸ πρῶτον καθολικόν  
εκάστον ἀντιστροφόν.

1 quidem, sed uniuersa conuertuntur, neque superant. Ergo differunt in Aristotelis doctrina catholicum & catholicum primum, nec aliud est καθολικὸν πρῶτον, quàm ἀντιστροφον ut καθολικῶς πρῶτον λέγεσθαι καὶ ἀντιστροφῶς idem sit, & hæc nota, sit ἀντιστροφῆς nota. Ergo πρῶτον καθολικόν, uel potius ἀντιστροφον definitur hic, quod conuertitur. Sic in arte methodicè & accuratè instituta, summorum generum affectiones cum summis generibus summo loco, mediæ cum mediis medio, infimæ cum infimis infimo καθολικῶς καὶ ἀντιστροφῶς exponuntur. Sic est propositio definitionis de definito, partium de partito, proprietatis de subiecto catholica. Ergo definitionū partitionūque regulæ sunt catholicae & ἀντιστροφæ isto modo. Ergo demonstrationis, quæ demonstrat propriam affectionem de subiecto per definitionem (ut Aristoteles postea præcipiet) propositiones isto modo sunt catholicae: deniq; omnes artium bene traditarū propositiones & regulæ catholicae sunt isto modo: atque inter se partibus conuertuntur. Si quæ non sunt, exceptionibus astringuntur, neque catholicae sunt. ET RECTVM. Dictum prius lineam recto inesse per se, nunc etiam contrà dicitur rectum per se inesse lineæ. Homonymia uerbi hæc notanda est. In primo analytico Aristoteles medium inesse, in toto primo & postremum, in toto medio & (esse in) accipit pro subiecti, quomodo locus hic intelligendus est. Nec enim species de genere dicitur absolutè, & per se. ET TRIANGVLO. Vide hanc propositionem primo capite. Notabis autem hic metonymiam quandam subiecti pro adiuncto: Nec enim triangulum duobus rectis par est, sed trianguli tres anguli. NEQUE FIGVRAE. Dissimilitudo est sine redditione: sic igitur absolue: Catholicum est primò quod neque maius, neque minus, sed par & æquale, ut habere tres angulos interiores duobus rectis pares, est πρῶτον καθολικὸν πᾶνμα, non quidem figura, quia figura quidem alicui conuenit, uerùm non omni ut quadrato. Non etiam isoscelis & trianguli duobus lateribus & cruribus paris, quia licet omni conueniat, non tamen conuenit soli, sed trianguli est, quia omni, quia soli & κατὰ τὰ αἰ-

πὸς, id est, semper, cum sit necessarium, καὶ αὐτὸ, tertio quip-  
 pe modo, quia ei et primo nec ulli alij conuenit. ET DE-  
 MONSTRATIO. Nota quòd hic ait, huius uniuersalis  
 esse propriam demonstrationem, et quae per se sit καὶ αὐτὸ an-  
 tem hic intelligit κυρίως propriè, non autem ex ullo quatuor mo-  
 dorum. Aliorum uerò non sic catholicorum, secundariam quas-  
 dam et sophisticam demonstrationem, ut proximo capite ap-  
 pellabit. Nota, inquam, sententiam hanc catholici et definitio-  
 nem diligenter, quae magis etiam proximo capite confirmabitur.

## C A P V T Q U I N T V M.

NON est autem ignorandum, quod saepe accidit errare, & non esse quod demon-  
 stratur, uniuersale primum, quatenus vi-  
 detur demonstrari uniuersale primū. De-  
 cipimur autē hac deceptione, quando aut  
 nihil liceat sumere superius præter singu-  
 lare, aut singularia: aut liceat quidem, sed  
 anonymum sit in rebus specie differenti-  
 bus, aut sit velut in parte totū, in quo de-  
 monstratur. Particularibus enim inerit  
 demonstratio, & erit de omni, sed tamen  
 non erit huius primi uniuersalis demon-  
 stratio. Dico verò huius primi, quatenus  
 huius demonstrationem, cum fuerit pri-  
 mi uniuersalis.

Καθολικὸν πρῶτον definitum est, uel potius ἴδιον καὶ ἀντίρρο-  
 φον: hic contrarium eius proponitur: quod si satis esset aperte  
 definitum, contrario eius nil erat opus: esset enim ex prima defi-

1 nitione cognitum, ut principij regula docuit, quæ iubet principij  
 & sui & contrarij lumen esse: sed tamen quo tantum præceptum  
 plenius intelligatur, quia obscurius est explicatū, caput hoc in-  
 terpretemur. Caueamus, inquit Aristoteles, ne fallamur hic, ut  
 plerique fallimur, qui se καθολικῶς ἢ ἀντιστρόφως existimant  
 docere, id est, τὸ καθόλου πρώτων tenere. Quot igitur modus hic  
 erratur? certe duobus, si superius, si inferius assumatur. Hi si qui-  
 dē τῶ καθολικῶ ἢ ἀντιστρόφῳ cōtrarij modi sunt. Sed obscurius  
 Aristoteles loquitur, & quod ab interpretibus non intelligitur,  
 quia utrū de subiecto genere loquatur, an de attributa affectio-  
 ne, nō exprimit. Itaque interpretes tres modos erroris hic faciūt,  
 cū sit unus, sed exempla tria. In omnibus enim sumitur inferius  
 quia singulare duntaxat unum uel alterum nouimus, aut genera-  
 le quidem nouimus, sed quia est ἀνόνομον, & sine nomine, iccir-  
 co species pro genere sumimus, aut totū parti attribuumus, & li-  
 cet omni parti, at tamen catholicum primum & ἀντιστρόφον non  
 attribuumus. Ergo errores hi unius modi sunt, cū nempè sumitur  
 inferius. In qualibet arte & ei subiecta natura est aliquid γενι-  
 κώτατον, sunt ὑπ᾿ ἄλληλα, sunt εἰδικώτατα, ut tam sæpe iam di-  
 co. Atque in affectionibus & proprietatibus item est quiddam  
 2 γενικώτατον, sunt ὑπ᾿ ἄλληλα, sunt εἰδικώτατα, summa summis,  
 media mediis, infimis infima, & γένηται ὁμογενές, τῶ εἰδῶ ὁμοφ-  
 δῆς copulandum est: qui hunc ordinem peruertit, ut superiora  
 cum inferioribus, aut inferiora cum superioribus annectit, non  
 καθολικῶς πρώτως & ἀντιστρόφως, sed σοφιστικῶς, ut mox di-  
 cet Aristoteles, instituit. Regula hæc diuinam illam logicæ &  
 artificiosa methodi regulam totam ferè constituit. Sed Aristot-  
 3

4 SI QVIS igitur demonstrauerit, quod  
 rectæ non concurrāt, videatur huius esse  
 demonstratio, quia in omnibus sit rectis.  
 Nō est autem, siquidē non, quod sic æqua-  
 g.iiii.

les sint, id fit, sed quatenus quomodolibet  
æquales.

*Exemplum primum.* AEquidistantium linearum duo genera  
sunt, recta alia, alia obliqua: si demonstras rectas non concurrere, uideberis fortasse καθολικῶς πρώτως demonstrare, quia de omnibus rectis æquidistantibus τὸ πάθημα affectio non concurrendi uera sit. Secus est, ait Aristoteles. Demonstras enim generalem affectionem de specie: Κοφικῶς igitur αἰσὶς καὶ τὸ πᾶσι λέγεις; & idem sapius dicis. Erit enim tibi & demonstratione altera opus in æquidistantibus circulis. Oportebat generalem affectionem de uniuerso genere & quolibet modo æquidistantibus non de singulari specie & de rectis demonstrare, & generalis affectio incogruè speciei tribuitur, quia generalis affectio speciei non conuenit ratione speciei, sed generis, & sic extra ordinem statuitur. Notabis autem æquales pro (æquidistantes) in hoc exemplo dici, & notabis præterea uelut ἀποδεικτικὸν problema statui, de non concurrentibus parallelis uel æquidistantibus, quòd in Euclidis elementis principium ponitur, ne partem geometriam (quam nunc habemus) Aristotelicis legibus factam esse: est enim in postulatis ultimum. Exemplum tertij modi facit hic Philoponus: potest etiam esse primi, cum singulare unum, aut plura pro toto genere subiiciuntur.

**E T S I** triangulum nō aliud esset, quàm  
isosceles, isosceles uideatur esse.

*Exemplum secundum est imperfectum*, intellige uerò, si quis (tres angulos duobus rectis habere pares) demonstraret de isosceles, quòd de triangulis solùm nosset, catholicè non demonstraret, quia γενικὸν πάθημα speciei tribueret, ut antea. Philoponus exemplum primi modi hic statuit, & rectè, sed à superiore, distinguit genere, non rectè. Idem enim est & unus erroris modus.

his H tio. o  
μ er tr ut  
j p m sed

1 ET analogum, quod vicissim, quatenus  
 numeri sunt, & quatenus lineæ, & quate-  
 nus solida, & quatenus tēpora, quēadmo-  
 dum demonstraretur aliquādo seorsum,  
 cū certē posset de omnibus vna demō-  
 stratione monstrari: sed quia secundum  
 nominatum aliquid omnia hæc nō sunt  
 vnum, numeri, longitudines, tempora, so-  
 lida, & specie differāt inter se, seorsum for-  
 2 tasse capiātur. Nunc verò vniuersale mō-  
 stratur: Non enim quatenus lineæ, aut  
 quatenus numeri inessent, sed quatenus  
 hoc, quod vniuersaliter supponunt esse.  
 Propterea neque si quis monstraerit se-  
 cundum vnumquodque triangulum de-  
 monstratione aut vna, aut altera, quod  
 duos rectos habet vnumquodque, iso-  
 3 pleurum separatim & scalenum, & isosce-  
 les, nondum nouit triāgulum, quòd duo-  
 bus rectis æquale, nisi sophistico modo.  
 Neque vniuersaliter triangulum, ne si  
 nullum quidem præterea alterū sit trian-  
 gulum: non enim quatenus sit triangu-  
 lum, nouit, neque omne triangulum, nisi  
 4 secundum numerum: secundum speciem  
 verò non vniuersam, & si nulla est, quam  
 non nouerit.

*Exemplum est tertium, analogie quoddam genus est vnum*

per se, cuius in numeris septimo, & in magnitudinibus quinto libro multa species explicantur ab Euclide, una in *εἰς τὰς ἀριθμητικῶν* sicisim dicitur, ut in numeris 2 ad 4, sic 3 ad 6. Ergo ut 2 ad 3, sic 4 ad 6. Eiusmodi analogiam & ceteras species si quis in numeris separatim doceat, ut fecit Euclides, non demonstrabit, nisi philosophicè, ait Aristoteles. Quamobrem? quia non quatenus numeri aut quatenus magnitudines habent eiusmodi analogiam. Ergo Aristoteles appellat Euclidis nostri demonstrationes sophisticas? Certè. Nec enim affectionem generalem demonstrat in universo genere, ut oportuit, ut ὁμογενὲς πᾶσιν ἀριθμητικῶν συνιungeretur, sed generalem in specie una aut pluribus demonstrat, & pluribus demonstrationibus demonstrat, quòd una poterat demonstrari. Hic igitur Aristoteles eandem perissologiam & tautologiam obiicit, quam obiecerat antea, & hic alter locus damnat a tautologia autentè legatur, & tantum vitium ab Aristotele merito damnatum. Ergo qui generalem affectionem de specie demonstrat, peccat: tanto sanè in doctrina peccato, quàm si in Categoria substantiæ, animalis propriam differentiam ἀποδοῦναι πρὸς sensu præditum ad hominis latu adiungeres. Vestier sarcor gigantis ueste pumilionem, ridiculum fecerit: maior est enim uestis, quàm deceat: Contrà, pumilionis ueste gigantem uesterit, & ridiculum quoque fuerit: minor enim est uestis quàm deceat: sic in artis & doctrinæ præceptis qui generalem affectionem in specie demonstrauerit, errabit non minus, quàm si specialem affectionem in genere demonstrauerit. Fallit homines imperiros, quòd secus in peculiari usu uideant fieri, & de singularibus & sensibilibus rebus & exemplis generales rationes afferri. At de arte instituenda nunc Aristoteles præcipit, non de exemplis & rebus in artis usum cadentibus. Ecquod nã igitur, inquires, genus illud analogicum, & cuius tandem disciplina si non est arithmeticum, si non est geometricum? Aristoteles non dicit, sed certè si uerum confiteri uolumus, ut causæ, ut generis, ut contrarij, ut definitionis, ut syllogismi, ut methodi generalis & uniuersalis consideratio, sic analogiæ & comparationis cuiusuis summa & communis omniu

ομοιω

3  
 2  
 1-63  
 + 13



1 artium consideratio logica fuerit, & Aristoteles in categoria  
 qualitatis, cōmunē dicit esse qualitatis cōparationē similitū, disti-  
 miliū. Similitum uerò rationum collatio ἀναλογία modo dicitur,  
 sed ad exemplum. Sophistica demonstratio est (inquit Aristote-  
 les) qua de specie demonstrat generis affectionē, quia speciei, ratio-  
 ne speciei nō cōuenit, sed ratione generis. Imò uerò (ait) si quis per  
 omnes species demonstrat, ut trianguli affectionem per Isopleurū  
 Isosceles, Scalenum, sophisticè tamen demonstrat, non catholicè.  
 Quid ita? Quia non demonstrat de primo subiecto. At dixeris  
 fortasse, nūquid idem est de omni specie, ac de toto genere quid-  
 piam demonstrare? Res ipsa fortassis idem est: doctrina autem me-  
 2 thodo, imò commodo non idem est. Demonstras enim sæpius quod  
 demonstrare semel satis fuerat, & in illam ταυτολογίαν incidis,  
 quam Aristoteles in libris de animalibus, imò uerò in hoc ipso  
 capite accusat & allegat, ne per species demonstraretur, quod pos-  
 sit de uniuerso genere demonstrari. Vitiosum est enim, ait, & so-  
 phisticum de partibus separatim demonstrare, quod de genere  
 possit uniuerso demonstrari. Quid ita? quia possit de omnibus  
 μιὰ ἀποδείξει δειχθῆναι, una demonstratione demonstrari. Hic  
 tantus locus diligenter est animaduertendus non solūm, ut peris-  
 sologiam illā, & tautologiam ab Aristotele reprehensam & dam-  
 3 natam cognoscamus, sed etiam intelligamus, sicuti iam monui,  
 Geometriam, quam multis post Aristotelem seculis Euclides qui-  
 dam, non ille Megarensis Platonis condiscipulus, sed multò in-  
 ferior alius (ut Valla ostēdit) non catholicè, nec propriè descri-  
 ptam esse, multòsque in tota geometria consimiles errores esse,  
 quoties uidelicet eiusdem rei species primū, deinde genera do-  
 centur. Imò uerò permultos alios, eosque grauiores. Euclidis cō-  
 clusiones uera sunt: & quæstiones εἴ ἔστι, καὶ οὐκ ἔστι, an est, &  
 quia est, concludūto: neque enim id nunc agitur: at ex priori-  
 4 bus notioribusque & proprijs causis non deducuntur, idēoque  
 sæpe διότι non ostendunt. Quædā ad impossibile deducunt, caus-  
 sam nullam quam obrem attingunt, quòd oportuit ut catholica  
 demonstrationes essent. Clarissima quondam, & pueris notissi-

ma geometria fuit, quia clarissimas & pueris notissimas, catho-  
 licas uidelicet demonstrationes haberet. At posteaquam quic-  
 quid necessario uerum probaret, pro demonstratione habitum est,  
 medium prius, posterius, notius, ignotius, proprium an improprium  
 esset, nulla ratio habita est, non demonstrari, sed obscurari geo-  
 metria cepit, adeo ut post Proclum, Theonem, & alios harum  
 demonstrationum magistros, nobilissima artis & cognitio &  
 exercitatio magna literarum miseria, uel potius infamia, no-  
 dico pueris familiarissima esse desit, sed uix paucis sensibus toto ter-  
 rarum orbe & longo studio fatigatis, utcumque nota esse possit.  
 Quae iccirco moneo, ut excitetur aliquis, qui catholicas Aristote-  
 lis regulas secutus, geometriam Aristotelicè philosophantem &  
 precipientem, id est, pictoribus & architectis facilem & utilem,  
 non autè (quod Aristoteles adhuc multi fecere) ex cōsecutionibus  
 quidè necessarijs, sed obscuris, neq; rē catholicè demonstrātib; in-  
 uoluar. Sed ad Aristotelis literā redeo. SPECIEM NON  
 OMNEM. Græcè est, εἶδος οὐ πᾶν, & Græci interpretes εἶ-  
 δος ἀνὶ γένος positū putāt, quasi diceret Aristoteles aliud esse  
 de genere uniuerso generalem affectionem nosse, aliud per sin-  
 gulas species. Quod ut uerū laudo, intereaque τὸ εἶδος ἀνὶ γέ-  
 νος annoto, sicut in posterioribus his aliquoties rursum: quomo-  
 do Porphyrius & Aristoteles fortasse loquuntur, cum dicunt ho-  
 minem singulorum hominū speciem, non quòd eorum sit pars, sed  
 communis & generalis forma & ratio.

QUANDO igitur nescit quòd uni-  
 uersaliter, & quando scit absolutè? Mani-  
 festum sanè quòd si idem est triangulo  
 esse & isopleuro, aut unicuique, aut om-  
 nibus: si verò non idem, sed diuersum, est  
 autem quatenus triangulum, nescit.

Quid igitur (quia catholicum non est in tot exemplis) quando

eandem erit aut quando cognoscetur? Manifestum sanè, inquit,  
 quod uniuersale erit, si fuerit subiectum par & idem accidenti  
 quod demonstratur. Exempla hìc parum congrua sunt. Si isopleu-  
 rum, de quo demonstretur affectio, triägulo idem esset, esset sanè  
 catholicum. Si non esset idem, non esset catholicum, quia non es-  
 set ἀνὶς ποσῶν affectioni. Ergo Aristoteles hìc respōdet, licet ob-  
 scurum, catholicum futurū si sit par, & ἀνὶς ποσῶν affectioni nō  
 futurum si non sit.

VTRVM verò quatenus triangulum,  
 aut quatenus isosceles est, & quando se-  
 cundum hoc est primum, & vniuersaliter  
 cuius est demōstratio? Manifestum, quòd  
 quando ablatis inerit primo, vt isosceli  
 æneo, triangulo insunt duo recti? Sed &  
 æneum esse, ablato, & isosceles, nō autem  
 figura, aut termino, sed non primis. Quo  
 igitur primo? Si sanè triägulo secundum  
 hoc est, & aliis, & huius vniuersalis est de-  
 monstratio.

Eadem quaestio reuocatur, quando catholica demonstratio  
 fuerit, eius affectionis tres angulos habere, utrum quando isosceli  
 an quando triangulo inerit? Quando, ait, plura sunt in eodem,  
 ut in proposito exemplo esse & æneum & isosceles & trian-  
 gulum & duobus rectis tres pares habere, & figuram & termi-  
 num. Si tollere incipias superiora, ut figuram & terminum, tol-  
 letur quidem affectio: At illa non prima sunt. Nec enim affectio  
 4 inest, quatenus terminus aut figura. Si tollas inferiora, id quo pri-  
 mo sublato tollitur affectio, subiectum catholicum erit: tollatur  
 æneum, non tollitur affectio: tollatur isosceles, non tollitur affe-  
 ctio, at quamprimum tollitur triangulum, tollitur tres angulos

habere duobus rectis pares . Quare triangulum est affectionis  
huius catholicum subiectum . Ergo Aristoteles tam obscura ora-  
tione catholicum subiectum insinuat esse idem , quod proprium  
ὁ ἀντίσπορον , quod conuertatur : quo posito, ponitur affectio:  
quo sublato, tollitur affectio: & uicissim affectio illa catholica  
fuerit, quæ sic cum suo subiecto conuerteretur . Atque huius catho-  
lici (quod ita proprium, itaque sit ἀντίσπορον) germana demon-  
stratio fuerit . Verumenimvero penè præterieram , quæ nobis hic  
interprete, interpretati sunt . Diceres Themistiū & Philoponum  
hic aliquo sidere percussos, μὴ θαμβείτω δὲ ἡμᾶς, ne conuerter  
uero nos (ait Themistiū) quod oporteat τὸ καθόλου ἐξιστάσθαι  
ἀντίσπερὶν πρὸς ὑποκείμενον, uniuersale æquari & conuerri  
cum subiecto . Genera enim & differentia etiam catholicè de  
specie dicuntur: alioqui demonstratio tantum fuerit definitionis.  
Philoponus in admirationem eandem adductus, idem uelut ex-  
clamat . Addit etiam quòd demonstratio tantum definitionis &  
proprij esset . Ergo dicit κυρωτάτῳ καὶ μάλιστα ἀπὸ δειξῆναι  
τῷ πρώτῳ φιλοσόφῳ ὡς ἐπέσσαν δεῦρο σκοπεῖν ὅτι  
οἷν εἶναι τῷ καθολικώτατα λεκτέον . Summam & singu-  
larem demonstrationem primo philosopho conuenientem con-  
siderans, ait esse maximè catholicè demonstrantem . Atque hic  
interprete demonstrationis πρώτα μέτετα in hac æqualitate  
propositionum statuit: δὴ ὅτετα ἴ in propositionibus de genere  
& differentia, cum attribuitur speciei separatim, ut Homo est ani-  
mal, homo est mortalis . Hac inquam horum interpretum est ad-  
miratio . At, bone deus, unde hoc πανικόν, unde terror timorque  
hominum? Quæ propositiones sunt in artibus, nisi isto modo ca-  
tholicæ? Sic enim (ut dixi) definitio cum definito , partes cum ro-  
to, proprietates cum subiecto cōuertitur . At (inquiūt) demonstratio  
tantum esset definitionis aut proprij . Quid, inquam? idne uobis  
est nouum & absurdum, quod magister uester in analyticis tam

t hē . t  
st quæ d' prin  
dy quæ p' s'ito p'oni  
ff'ortio t ubl te  
v' isim qz  
ff' is solira  
e . tu .  
no

Demo stratio o . p  
p' defimtuem t  
u' aθ ) w' ov  
u' xo ) w' καθ  
xv no est ) θ

sape restatur . Demonstratio omnis est per definitionem τῶν πα-  
θῶν καὶ ὑμμεβελικῶτων τῶν καθ' αὐτὰ: non est τῆς οὐσίας, tam  
sape dicitur in his analyticis . Quibus locis profiretur Aristote-

1 les (ut in initio distinxit) cum tractantur genera, differentie, species, eam totam tractationem esse definitionis & distributionis: demonstrationis autem materiam esse qualitarum per se adiunctarum, ut amplius patet capite tertio libri secundi. Quare interpretes hi Aristotelis doctrinam nesciunt. Quid uero geometria (urde omnia ferè exempla in logicis sumpta) si cõsiderassent, quam multis hoc genere catholicas demonstrationes conspexissent?

ff  
tr  
+  
is  
qual  
ar  
tatio  
fr  
aut  
t  
ce  
of m  
s. d  
mut

2 Trianguli duobus lateribus equalis, lateris reliqui, æquales sunt anguli: & si hoc, illud:

Trianguli tribus lateribus equalis, tres anguli sunt æquales: & si hoc, illud:

Trianguli maius latus habet oppositum maiorem angulum: & si hoc, illud. Denique nisi sicubi contra analyticam legem hæc peccatur, ἀντιστοφὴ & conuersio in demonstrationibus perpetua est: etsi geometria ad analyticam legem composita aliquando erit, ut futurum spero, nullam demonstrationem habebit, nisi hoc genere catholicam. Quare diligentes hi interpretes uelut ἀτόπων ἢ ἀδύνατον absurdum & impossibile quiddam magistris sui doctrinam nobis obiiciunt. Quod uero dicunt demonstrationem esse generis & differentia de specie, falluntur, & analytica huius doctrina ignaros esse se profiteantur. Materies illa non est ἀποδεδειγμένη, est ὁρισμένη καὶ διαπερισμένη, ut Aristoteles ait secundo libro. Quamobrem ualeant doctores hi, qui ueram Aristotelis doctrinam non modò ignorant, sed commentis & fabulis suis ita conurbant. Dicamus cum Aristotele, artium regulas & institutiones seu definiendo, seu partiendo, seu demonstrando id fiat, esse necessarias, homogeneas, catholicas.

ant  
frat  
strat  
o n i  
pet  
rat dem

IN CAPVT SEXTVM.

Sextum caput de sceptationem quandam continet nota καὶ τὸ πᾶν, uel potius disputat scientia & demonstrationis definitionem secundo capite adhibitam, ea saltem parte qua dictum est, scientiam & demonstrationem ex necessarijs esse. Id enim problema nunc ponitur, an demonstratio sit ex necessarijs?

hu  
Jo  
at  
-  
at ho

Quae disputatio superioribus legibus parum congruit. Principia  
 artium non disputantur, neque probantur, sed sumuntur. Sic enim  
 πρώτα ἀμείβασα, ἀναπόδεικτα dicta iam sunt. At principium &  
 definitio (ut dixi) capite secundo fuit, scientiam & demonstra-  
 tionem esse ex causa, propter quam res est, propria, necessaria:  
 imò prima immediata indemonstrabili: nunc tamen toto capite  
 disputatur, demonstrationem ex necessarijs esse. Aristoteles hic  
 igitur Aristotelis legibus non obsequitur, neque Aristotelicam  
 quicquã interpretatur: sed tamẽ rationes eius subducimus: ac-  
 demia nostra lege hinc utamur, non uerba, sed capita & puncta  
 singula perpendamus, demonstratio (inquit Aristoteles) est ex  
 necessarijs. Hoc capituli huius problema est, ut dixi. Rationes sunt  
 septem, partim falsa, partim propositum nihil demonstrantes.  
 Prima est ex coniugatis. Scibile problema est necessarium: ergo  
 ex necessarijs. Atqui secũdi capituli initio ἄποδεικτικώτερον fuit  
 illud. Causa scientiã necessaria: ergo scibile necessarium. Hic  
 ὅς ἐστιν ἀποτέρον probatur antecedens ex consequente, & quidẽ  
 ἀσυλλογίως. Potest enim (ut dicitur in hoc capite) conclusio  
 necessaria, ex non necessarijs esse. Secunda ratio est ex admittis  
 τῆς ὑπερείας nota.

Quae per se sunt, necessaria sunt:

Nam primi & quarti modi attributa essentialia sunt suis subie-  
 ctis, secundi autem & tertij contrã, subiecta sunt attributis suis es-  
 sentialia, ut dictum iam est.

Propositiones demonstrationis sunt per se:

Necessaria igitur.

Syllogismus hic in litera solam propositionem habet, & propo-  
 sitionis explicationem, eãque ut ex syntaxi conicere licet, me-  
 dosam. Res uerò in utraque ratione sic obscura est, ut mirã sit  
 hic interpretum nugã. Quidam interpretes syllogismum in duabus  
 rationibus ueluti categoricum accusauerat, Themistius defendit.  
 Accusatorem pariter & defensorem Philoponus ignorantia co-  
 arguit: nec categoricum, sed hypotheticum in duabus illis ratio-  
 nibus syllogismum esse dixit: at Philoponus cum recte superiores

illos reprehendit, tum ipse imprimis est reprehendendus. Nec enim hypotheticus syllogismus hic est, nec omnino syllogismus ullus perfectus, sed duæ rationes enthymematicæ: propositio etiã secundæ rationis uera non est. Causse enim quadam sunt non necessaria, qua tamen per se suis effectis insunt. Ideoque Aristoteles ipse non solum præcepit, ut demonstratiõis propositiones κατ' αὐτὴν, sed etiam κατὰ παντὸς essent. Excusationes ineptas asseret huc aliquis, uitia probare pro uirtutibus in philosophia non soleo. Tertia ratio ex dissimilaneis est,

Demonstratio constat ex necessariis, aut accidentibus:

Non constat ex accidentibus:

Constat igitur è necessariis.

Huius disiuncti syllogismi propositio sola est in litera. Huic rationi proximus est locus qui uanitatem capitis huius subindicat, ἢ δὴ οὕτως λεκτέον, ἢ ἀρχῶν θεμελίους ὅπ' ἡ ἀποδείξις ἀναγκαστὸν ὄσθι, ἔε εἰ ἀποδείκται, οὐχ οἷον ἢ ἄλλως ἔχειν. Aut igitur sic dicendum, aut principium ponentibus, quòd demonstratio necessarium quiddã sit, etsi demonstratũ sit, nõ possibile sit aliter habere. Aut, inquit, problema illud sic disputandum & probandum est, aut tanquam principium sumendum, quòd demonstratio sit necessarium, & si quid demonstratum sit, ex necessariis: & quæ aliter esse non possunt, demonstratum esse. Disiunctio in Aristotele, Aristotelis errorem conuincit. Principia (dixit antea) sunt sumenda, probanda non sunt. Principium, definitiõque fuit, Demonstratiõnem ex causis ueris, necessariis, immediatis esse. Et tamen problema sit uelut ἀποδείκτων,

Aut sic disputandum, inquit, aut tanquam principium sumendum:

Ego uerò ex illa Aristotelis superiore lege assumo,

At tanquam principium sumendum,

quia reuera definitio & principium est: & contra Aristotelem concludo,

Non igitur toto capite sexto disputandum.

Quarta sequitur ratio ex dissimili, quòd ex ueris posset esse syllogismus.

h.i.

logismus non demonstratiuus, ex necessariis autem non possit.   
 Quod uerum non est, aliudque est κατὰ παντός, quia nota est   
 uniuersalis necessitatis: aliud κατὰ αὐτὸ ἢ καθόλου, quae demon-   
 strationis proprietates reliquas efficiunt. Nec Aristoteles demon-   
 stratiuas propositiones definit, si tantum essent κατὰ παντός,   
 non autem κατὰ αὐτὸ, non etiam καθόλου, ἢ in fine capitis hu-   
 ius accidens, quod per se non est, definitur. Dices fortasse demon-   
 strationis nomen nunc ad ὄν, quia est, extendi: Nugas in philoso-   
 phia non audio: definita est demonstratio absoluta, ἢ de eius   
 proprietatibus adhuc agitur, demonstratio ὄν non est definita.   
 Quinta ratio est ex adiunctis, quod hoc modo demonstrationi re-   
 sistamus, si non necessarium sit argumentum. Perissologia hic est   
 è quarti capitis initio. (Etenim reprehensiones ἢ instantias, &c.)   
 Idem enim illic problema, idemque hoc problematis medium fuit.   
 Huic loco consecrariū annexū est de rhetoribus ἢ sophistis, qui   
 uero aut uersimili contenti sunt, quos errare Aristoteles ait: re-   
 ctè quidem, si doctores illi de hac scientiæ demonstratione loque-   
 rentur, non autem de forensi ἢ ciuili persuasione in iudicio, de-   
 liberatione, demonstratione rerum singularium ἢ fortuitarum.   
 Hic argumentum fuit aliquod sophistæ cuiusdā. Quod scire, scie-   
 tiam sit habere, argumentum inquam, aliquod ad probandum de-   
 monstrari ἢ sciri ex ueris, aut certè probabilibus, sed certè mu-   
 tilatum est, ἢ imperfectum: ἢ si ad ueram demonstrationis pro-   
 bationem adhiberetur, argumentum falsum. Nec enim princi-   
 pium est quod probabile sit, sed quod in subiecto genere primū,   
 uerum, germanum. Ratio sexta sequitur ex absurdis adiunctis,

Si demonstratur ex non necessariis, conclusio nesciatur,   
 cum nempe causa nesciatur:

Secundum absurdum est esse demonstrationem, ἢ con-   
 clusionem nesciri:

Primum igitur.

Propositio sola est, ἢ eius illustratio. Itaque res est obscurior,   
 ut in septima ratione proxima, quod res eadem modò sciretur,   
 modò ex talibus adiunctis nesciretur: quia argumentum ἢ me-



1 dium non necessarium corrumpi, id est, mutari possit, & sciatur  
 ex hypothesi, absolute nesciatur. Et abecedaria exempla & ni-  
 hil significantia suam obscuritatem hic obtinent. Postrema ra-  
 tio est ex dissimilitudine syllogismi, qui possit ex non necessariis  
 necessarium, & non ueris uerum concludere. Ex necessariis autē  
 & ueris non nisi necessarium & uerum. Tandem problema con-  
 cluditur, demonstrationem ex necessariis esse, non esse acciden-  
 tium, nisi per se adiunctorum: quia accidentia qua non per se  
 sunt, necessaria non sint: demonstratio autem sit necessariorum,  
 propterea que demonstrationem accidentium non esse. At, in qua,  
 propositio falsa uideri possit, accidensque aliquod esse necessa-  
 rium, quod non sit per se, ut ignis est calidus, nix est alba, glacies  
 est frigida. Postremum est ex accidentibus concludi necessarium, nō  
 quidem rei necessitate, sed antecedentis concessi conditione. Hæc  
 sexti capitis disputatio est, certè inutilis & aliena, quia princi-  
 pium demonstrare uult, & quidem rebus partim falsis, partim  
 propositum non demonstrantibus. Itaque ex hoc capite nil o-  
 minino fructus ad propositum institutionis dialecticæ compediunt  
 Aristotelicum hic nihil inuenio.

## CAPVT SEPTIMUM.

QVONIAM uerò ex necessitate insunt  
 circa unumquodque genus, quæcunque  
 per se insunt, & quatenus unumquodque,  
 manifestum, quoniam de iis quæ per se  
 sunt, scientificæ demonstrationes & ex ta-  
 libus sunt.

Triū propositarū notarū duæ sunt disputatæ, tertia quinto ca-  
 pite, prima sexto: secūda καὶ αὐτὸν septimo capite deinceps no-  
 mine syngenias disputatur: Imò disputatio hæc tribus ferè prox-

mis capitibus sola continuatur. Quæ quoniam legis in analyticis & pulcherrima, & ad regendos non singularium tantum demonstrationum, sed integrarum artium fines imprimis necessaria, explanationem continent, ad uerbum tractare constitui. Hoc igitur capite septimo disseretur, omnia quæ sunt in arte aliqua, uno genere comprehendi ἢ ἀπλῶς, ἢ πῆ, aut absolute, aut quodammodo: absolute sunt in eodẽ genere, quacũque sunt inter se proxima, genus, differentia, species: quodammodo etiam propria affectionis, ac per se adiunctæ qualitates. Sic animal & rationale & homo syngenea absolute sunt: facultas autem discendi, numerandi, ridendi etiam homini syngenea quodammodo. Omnia igitur quæ sunt in arte sunt syngenea: heterogeneum nihil, nisi forte ἡ ἀλλοτριον subalternum. Potest enim de superiore & generali disciplina in inferiore & specialẽ ratio aliqua deduci, ut mox dicitur, atque ita absoluta syngenia artis unius minor est, quàm tota categoria. Vnãque categoria multarum artium absolutas syngenias complecti potest, ut οὐσίας essentia categoria, syngenias theologia, physicaque uniuersa. Quantitatis categoria syngenias Arithmetica & Geometrica. Quæstio igitur prima est, quæ per se sunt, esse circa idem genus, id est, syngenea esse & familiaria ac germana. Sic enim οὐκείαι ἀρχαὶ prius dictæ sunt. Probatio huius est,

Partes demonstrationis sunt homogeneæ:

Quæ per se sunt partes, sunt demonstrationis:

Quæ igitur per se sunt, homogeneæ sunt.

Themistius & Philoponus perissologiam licet, ut dixi, ab Aristotele reprehensam, tamen hic uident & fatetur, quod κατὰ αὐτὸν, quod prius fuerat, & nũc τὸ συγγενὲς idem sit: sed tamen sensum ualde peruerterunt. Literam enim Aristotelis sic interpretantur legunt. Quoniam ex necessitate sunt, hic incisum faciunt: deinde, circa unũquodque genus quacũque per se sunt, uoluntque Aristoteli placuisse, τὰ κατὰ αὐτὰ ὑπάρχοντα ἐκαστῶ γενέ, καὶ τὰ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχοντα. Quæ per se unicuique generi insunt, hæc ex necessitate inesse. Hæc enim Philoponi uerba sunt, tanquam int-

2 *sus Aristoteles probare uelit necessitatem, non autem* *Ἐπιπέται.*  
*At ipsa presentis loci litera hos interpretes negligētia & ignorā-*  
*tia coarguit, multoq; magis uniuersi capituli progressio coarguet.*

**ACCIDENTIA** siquidem non ne-  
 cessaria sunt. Itaque non necesse est cōclu-  
 sionē scire propter quid est, neque si sem-  
 per sit, non autem per se, ut per signa syllo-  
 gismi. Quod enim per se sit, non per se  
 2 sciet, neque propter quid. Propter quid au-  
 tem scire, est per causam scire.

*Cōsectarium satis abruptè de proximi capituli sine repetitum,*  
*quòd accidentium non sit demonstratio. Ratio tamen è presentis*  
*questione est, sed confusa ualde. Summa rei est,*

*Accidentia non demonstrantur, neque sciuntur.*

*Quia necessaria non sunt, aut certè non per se, nec homogenea.*  
*Sic accidens appellatur nunc quicquid est heterogeneum, & ferè*

3 *sic in his analyticis, tamen si lubricè ualde Aristoteles hoc uerbo*  
*usus est. PER SIGNA. Tales syllogismos uocat postea òτι*  
*quia est, id est, ἐν τῷ ἐπιπέται & ἀπαιτῶν ex mediatis &*  
*causatis & à Philopono ἀπόδειξις τεχνικῶδης demonstra-*  
*tio coniecturalis dicitur.*

**PER** se igitur oportet etiam mediū ter-  
 tio, & primum medio inesse.

*Redit ad institutam Ἐπιπέται, & per demonstrationis par-*  
*tes explicat.*

**NON** igitur licet ex alio genere digre-  
 dientē demōstrare, ut Geometricū Arith-  
 h.iii.

metica demonstratione . Tria enim sunt in demonstrationibus: vnum quidem, demonstrata conclusio: hæc verò est quæ generi alicui per se inest: alterum verò axiomata: axiomata autem sunt ex quibus tertium, genus subiectum, cuius affectiones & per se accidentia declarat demonstratio.

Cōsectariū est ἐκ τῆς ἐπερογένειας: cōiunctè verò ἡ ὑπερογένεια ἡ ἐπερογένεια deinceps explicantur . Demonstratio non est ἡ ἐπερογένειαν . Dux regula categoriis præposita sunt, quæ rem eandem ferè continent, ὅταν ἐπερον, ἔσθ . Quando alterum de altero, ut de subiecto dicitur, quæ de dicto affirmantur, eadem ἡ de subiecto dicentur . Item ἡ ἐπερογένειαν, ἔσθ . Heterogeneousum ἡ non subalternorum diuersæ specie etiam differentia sunt . Prima regula definitur absoluta syngenia, scūda definitur ἐπερογένεια absoluta: sed absolutè heterogeneousum, quædam sunt quodammodo syngenea, ut proprietates rerum quæ per se insunt . Sed tamen heterogeneousum, quæ per se nō insunt, nulla est demonstratio . Repetitur hic superior illa in demonstrationis partibus syngenis, & appellaturque per synecdochem ex toto pars, maior terminus, conclusio, quia de subiecto minore concludatur: medius appellatur axioma . Vbi notabis alteram synecdochem, quæ significatur ex specie genus . Axioma enim propriè est principij species illa per se credibilis: hic omne medium apodicticum ἡ principium significat . Minor verò terminus appellatur subiectum genus, cuius affectio ἡ per se accidens sit terminus maior, ἡ illa quæ dicta est cōclusio . Notabis autem postremo loco propriam demonstrationis materiam ἡ πᾶν τὸ κατὰ αὐτὰ συμβεληκότα, quæ secūdi libri capite tertio planius exponetur, sicuti iam principio proposuimus, ut definitio ἡ diuisio sint τῆς οὐσίας: demonstratio ἡ ἀδημάτων τὸ κατὰ αὐτὰ συμβεληκότων, ut intelligis

abso ut  
ad sunt  
ud s  
p p tot r  
p + i sunt alior  
u p t x o ser  
p f on infm  
d ratiol  
p r e m s h i t a p  
l x t u o l u n o p  
b + n e r r u l a r  
u i s u a p p  
u t u e i o m a m u  
n d i t r i n g e m s  
n e s t r a t p  
t a m u m m a r o e  
p t o j u o

quales Aristotelis interpretes habeamus. Eadem uero demonstratio-  
 tionis partitionem de genere subiecto, axioma, affectione Ari-  
 stoteles repetit secundo capite minoris  $\alpha\lambda\phi$  metaphysici.

EX quibus igitur demonstratio est, ac-  
 cidit eadem esse. Quorum uero genus di-  
 uersum est, ut arithmeticae & geome-  
 triae, non potest arithmetica demonstra-  
 tio magnitudinum accidentibus conue-  
 nire, nisi magnitudines numeri sint. Id  
 uero quomodo accidat in quibusdam,  
 postea dicitur.

Coninuatur  $\sigma\upsilon\gamma\gamma\epsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$ , simulque  $\epsilon\tau\epsilon\rho\gamma\epsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$  disceptatio:  
 partes demonstrationis sunt eadem, genere supple, id est syngen-  
 eae. Heterogeneorum autem demonstratio non est una: hic ora-  
 tio mutilata est: antea dixit Geometricum Arithmetica demon-  
 stratione non uti, & idem ferè repetitur, quod Arithmetica de-  
 monstratio non conueniat accidentibus magnitudinum, nisi fortè  
 magnitudines numeri sint, ut cubus est corpus, & cubus est nu-  
 merus: sic in numeris & magnitudinibus quadratum dicitur &  
 circulus: & numeri permulti nominibus appellantur figurarum &  
 natura quadam similitudine, numeri, figuras: uel figurae numeros  
 imitantur. Graeci rursus turbant. EX QVIBVS EST

DEMONSTRATIO. Intelligunt axiomata, inducti  
 homonymia, quia hoc genere sermonis paulò antè definita sunt  
 axiomata, & eadè absolutè intelligunt: ut Eidè tertio paria in-  
 ter se paria sunt, axioma est idè Arithmetica & Geometria, di-  
 cunt. At id postea tractabitur, & homogeneorum oppositio in  
 presenti loco poterat Graecos interpretes admonere eadem gene-  
 re, dici syngenea, & eadem dici pro, syngenea. ID VERO  
 QVOMODO. Hunc locum interpretes referunt ad suum  
 commentum, quomodo axiomata communi sunt, ut in scientiis

Dem) huc. id est (syn-  
 genea. nam cum dicitur  
 eadè supradicta est  
 eadè)

subalternis. Verba ipsa ostendunt Aristotelem promittere se dicturum, quomodo numeri possint esse magnitudines, quod tamen nusquam comperio in posterioribus analyticis. Commentum tamen illud interpretum nullo modo placet. Quorum genus diversum est (ait Aristoteles) ut Arithmetica & Geometria, eorum demonstrationes ex aliis in alias non assumuntur, ut Arithmetica demonstratio non convenit accidentibus magnitudinum, nisi magnitudines numeri sint. Hoc autem ut accidit, in quibusdā postea dicitur. Hæc Aristotelis oratio est: ubi (Id) nil potest nisi proximo loco dictum referre. Hæc igitur syntaxis perpendatur.

ARITHMETICA autem demonstratio semper habet genus circa quod demonstratio, & aliæ similiter.

*Id est, Arithmetica demonstratio semper in numeris & genere sibi subiecto uersatur, & aliæ similiter artes, & scientia non extra fines suos egrediuntur.*

ITAQUE aut absolute necesse est esse genus idē, aut quodāmodo, si demonstratio digrediat. Secus verò quod impossibile fit, planū est. Ex eodem enim genere necesse est extrema & media esse. Si enim non per se, accidentia erunt. Itaque Geometria non potest demonstrare, quod contrarium vna scientia sit: sed neque quod duo cubi, cubus: neque altera scientia quod est alterius, nisi in his quæ sic habent inter se, ut alterū subiiciatur alteri, ut optica Geometriæ, & harmonica Arithmeticæ: neque

si quid inest lineis, non quatenus lineæ sunt, & quatenus ex principiis propriis, ut pulcherrima linearum recta: aut, an contraria rotundæ. Non enim quatenus proprium genus ipsarum est, sed quatenus commune quiddam.

Hic locus est, quem tam sæpe citauimus, propterea diligenter animaduertendus. Rerum arte & scientia comprehensarum genus idem est absolutè, ut sunt ex unaquaque categoria, genera, differentia, species proximè inter se coniuncta, uel quadammodo ut subiecta, & proprietates per se subiectis adiuncta. Hæc Aristotelis sententia & doctrina est. Themistijs & Philoponus idè genus absolutè dicunt in eadem scientia: idem genus quodammodo aiunt esse in diuersis scientijs subalternis, & genus idem dicunt esse, non categoriæ alicuius, ut in uno genere animalium homines pecudèsq;ue, sed genus sciētia, ut genus Grāmatica, Arithmetica, Geometria & syngenea sint, quacunque sunt in eadem arte. Quod mihi non placet: nihil enim ista nota definiret. Cōfuderus enim in una arte, quālibet multa aliena: syngenea tamen dices ad hanc regulam. At hæc regula iccirco traditur, ut aliena distinguamus, & Aristoteles hīc idem dicit quod antea. Itaque & extrema & media ex eodem genere esse dicit. Quare cū in demonstratione ait maius extremum esse  $\pi\alpha\delta\delta\omicron\varsigma \chi\epsilon\iota\sigma\tau\omicron\upsilon \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon \sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ , minus esse subiectum genus, medium uerò esse alterius definitionem, ut dicit postea, rectè dicit has partes aut absolutè syngeneas esse, ut definitio & definitum, aut quodammodo ut subiectum, & eius affectio propria. Et nunc præcipit de absoluta demonstratione, in qua tamen ait partes aut absolutè, aut quodammodo homogeneas esse. Quo significat apertè in demonstrationibus absolutis aliquam tamen esse partem non absolutè reliquis syngeneam. At paulò post in hoc eodem capite docebit, cū scientiæ inferioris argumentum & medium ducitur à

an et  
 ut  
 ut

strato  
 i st  
 or Ga  
 de

j pinto  
 ut  
 + depe

at  
 ut  
 ut  
 y

superiore, demonstrationem eiusmodi non διότι, sed ὅτι esse, & paulò post item dicitur, subalterna non esse ἐν τῇ αὐτῇ γένε-  
 veia, in eadem cognatione sed heterogenea. Nec ab Aristoteli  
 litera sensus alienus quaerendus est, cùm qui significatur  
 uerbis, tam sit accommodatus. Qui genera, differentias, species  
 unius categoriae inter se proxima sequitur, absolute syngenea  
 sequitur: qui proprietates exquirat, à Categoria una in aliam  
 digreditur, sed ita tamē, ut annexas potius, quàm externas qua-  
 litates affectetur, & syngeneis (ut antea) opponit accidentia, que  
 uidelicet heterogenea planè sunt, nec ullo modo per se, uel syn-  
 genea sunt. **ITAQUE GEOMETRIAE.** Acci-  
 dentium prorsus heterogeneorum exempla sunt, An contrariorū  
 sit una scientia, dialectica differit, non geometria, cuius subie-  
 cto generi, id est magnitudini, id neque ἀπλῶς, neque τῶν syn-  
 geneum est. Questionem de duobus cubis uno, Apollo Gracia  
 attulit, qui consultus à Delphis de sedanda pestilentia, respondit  
 ut sibi altare cubica figura duplicaretur. Delphi igitur prioris  
 altaris cubo cubum alterum addiderunt, & ex cubo trabem, di-  
 uersi generis figuram imprudemes effecerunt. Itaque cùm pestis  
 nō cessaret, & Apollo mādato suo nō satisfactū diceret, ad Pla-  
 tonē uentū est, qui neglecta Geometria nomine dixit à deo Gra-  
 cos accusari: duplicari uerò cubū posse, si duarū reclarū due me-  
 dia proportionales inuenirentur. Itaque discipulis suis id pro-  
 blema disquirendum proposuit, quorum scripta (inquit Philopo-  
 nus) amissa sunt. Ergo duobus cubis unum cubum Delphi non ef-  
 fecerunt: quemadmodum autem duplicandus sit cubus, uide apud  
 Vallam lib. 4. Geometriae, & apud Euclidē undecimi libri pro-  
 positione tricesima tertia: illinc enim potest elici. Vide hoc loco  
 Philoponum ex Apollonio Pergæo & Parmenione idem pro-  
 blema demonstrantem. Est uerò in Academia Parisiensi, tantæque  
 discentium multitudine dolendum tam nobilis disciplinae studia  
 sic iacere, ut nō modò Geometriae usus nullus in tot philosopho-  
 rum scholis exerceatur, sed ne ars quidem ipsa tota discatur.  
 Multum enim est & magnum, si quis philosophiæ magister ali-



1 quorū Euclidis libros prælegerit, tanquam gustasse aliquid eius  
 artis sit satis, non tota cognoscenda sit, imò non rotius fructus  
 usus quærendus & tractandus sit, & hic Geometras Aristotē-  
 teles esse ualde cupio, ut se putent Geometriā ἀπλῶς ὁπίσθεσσι,  
 cum non solum generalia præcepta utcunque intellexerint, sed  
 multò magis cum in exemplis singularibus quamplurimis exer-  
 cuerint, Apollinæque aliquo rursus esset opus ad hominum no-  
 strorum ignauiam castigandum. Sed ad literam redeamus. Dupli-  
 catio cubi (inquit Aristoteles) ad Geometriam, uel, ut appellatur  
 in metaphisicis, Geodesiam non attinet, quæ de lineis tantum & <sup>Γεω</sup> <sup>μετρ</sup>  
 planis tum dicebatur: sed ad Stereometriam, quæ tum quæreba-  
 2 tur, inuenta nondum erat, & duplicandi cubi quæstio tum pri-  
 mum uidetur exorta esse, nec tamen simul inuenta, nec eius quæ-  
 stionis explicatio, quæ legitur hodie in elementis Euclidis, ex Pla-  
 tonis illis discipulis prodijt, ut Philoponus indicat, qui ait Pla-  
 tonis & Platoniorum discipulorum commentationem illam to-  
 tam periisse, sed multis post annis paulatim Stereometria reper-  
 ta, & tandem ab Euclide non illo Platonis condiscipulo, ut di-  
 xi, sed alio quodam inferiore collecta est. NEQUE AL-  
 TERA. Repete (potest demonstrare) Considera hoc loco  
 scientias subalternas syngeneas proponi, neque tamen hic dici  
 3 quomodo magnitudines numeri sint, ut Græcorum interpretum  
 commentum agnoscas. Geometria considerat ἐξ ἀφαιρέσεως <sup>Γεω</sup>  
 ἀπογεωμετρίας, ἀπογωνίας, ex abstractione per se lineas per <sup>αφ</sup>  
 se angulos. Optica uerò considerat oculis & aspectui subie-  
 ctas lineas subiectosque angulos: sic Arithmetica per se nu-  
 meros considerat: Harmonica uerò & Musica considerat in-  
 sonis. Vide locum eundem secundi physici capite secundo: Opti-  
 ca uerò Harmonica in Græco exemplari sunt plurali numero  
 ὀπτικά, ἁρμονικά, pro ὀπτικῆ, ἁρμονικῆ, ut Aristoteles ipse lo-  
 4 quetur postea. PULCHERRIMA. Quæstio quædam  
 in scholis tum fuit de pulchritudine linearum, an recta pulchrior  
 esset curua: sicut à physicis differitur, & secundo de natura deo-  
 rum apud Ciceronem de figurarum præstantia, quòd mundi ro-

*unda forma pulcherrima sit, quia omnes alias figuris comple-*  
*xa continet, quia nil asperitatis habeat, nil offensionis, nil in-*  
*cisum angulus, nil anfractibus, nil eminent, nil lacunosum, quod è*  
*Timæo Platonis Cicero sumpsit. At pulchritudinis iudiciū Geo-*  
*metriæ nõ est (inquit Aristoteles) neque an recta linea curva sit*  
*opposita. Nullum enim est in Geometria principium, nulla defi-*  
*nitio, nulla regula, qua de eo problemate statuatur. Sed communis*  
*est disciplina omnes quæstiones suis legibus decernentis, ut dia-*  
*lectica est. ROTVNDÆ. Græcè est περιφερεια. Vide*  
*nunquid περιφερειαν legendum sit, ut adiectiuum opponatur ad-*  
*iectiuo, quomodo uidetur Themistius legisse, quod secuti sumus.*  
*Ergo omnes hæ quæstiones an contrariorum sit eadem discipli-*  
*na, quomodo duplicandus cubus, qua pulcherrima linea, an re-*  
*cta curva contraria, Geometriæ non sunt, quia sunt heterogeneæ*  
*rum, non homogenearum rerum, sunt dialectica superioris et*  
*altioris disciplina.*

M A N I F E S T U M verò etiam si sint  
 propositiones catholicæ, ex quibus est syl-  
 logismus, quòd necesse sit etiam conclu-  
 sionem perpetuã esse talis demõstrationis:  
 atque, vt omnino dicam, demõstratio-  
 nis. Non est igitur demõstratio caduco-  
 rum, nec scientia absolute, sed sic vt est per  
 accidens, quoniam non est ipsius catholi-  
 ci, sed eius quod est aliquãdo & quodam-  
 modo. Cùm verò fuerit talis demõstra-  
 tio, necesse est alteram propositionem nõ  
 catholicam esse, & caducam. Caducam  
 quidem, quoniam etiam conclusio: non  
 catholicam verò, quoniam partim quidẽ

erunt, partim non erunt in quibus est. Itaque non licet concludere catholicè, sed quia nunc.

Toto adhuc capite *ὑπερβολὰ καὶ ἐπερογένεια* tractata est. Digressio sequitur, qua rursus maior erit capite uicesimo quarto, qua reperitur nota *κατὰ παντός καὶ καθόλου*, unde statuitur demonstrationis conclusionem aeternorum esse, & non caducorum: quod si caduca sit, alteram propositionem, maiorem aut minorem esse quoque caducam, quia conclusio propositionum altera *ἄλλα* similis est. ET CADUCAM. Græcè sic est *καὶ φθαρτῶν*, c. ut d. p. sensus euidentia maior erit, si uertas (sed caducam.)

SIMILITER se res habet in definitionibus. Definitio siquidem est aut principium demonstrationis, aut demonstratio thesi differens, aut conclusio quædam demonstrationis.

3 Consectario significat (quod antea monuimus) expositas scientificam materia notas communes esse definitionis. Nam si ex rei causis perfecta est definitio, & sola sine definito, principium est demonstrationis, ut capite secundo dictum est, definitionem esse principium, non esse tamen propositionem. Nam cum demonstratur (ut Aristoteli placet) accidens de subiecto, termini tres *tr* sunt, accidens, accidentis definitio & subiectu: tum definitio per se considerata est medium demonstrationis & principium. Si uerò fuerit eadem perfecta definitio ad suum definitum *est in de* relata, demonstratio quædam est sui definiti, thesi tantum *non est p* differens ab illa (qua dicitur) trium terminorum demonstratione, *si t lo* quia definitio usdem causis, eodemque medio utitur, ad explicandum *am* questionem quid est, quo utitur demonstratio ad expli- *tratio*

candum quaestionem propter quid est: utrobique enim definitio  
 est. Sed cum quaeritur quid est, simplex quaestio est, & duo ter-  
 mini, definitio & definitum: cum quaeritur propter quid huic  
 subiecto illud accidens inest, & accidentis definitio afferitur, ter-  
 mini tres sunt: inuentio quaestioni utriusque, id est, medium &  
 argumentum, unum est, & ut quaestiones quid est, & propter  
 quid est, una est quaestio, differuntque solum, quod altera sim-  
 plex, altera composita, ut secundi analytici initio Aristoteles do-  
 cebit: sic earum quaestionum explicationes una explicatio est, ta-  
 tumque differunt, quod illa simplex, haec composita. Propter ea-  
 que monui, demonstrationem in tractandis artibus nil aliud esse  
 quam definitionem. Hoc definitionis & demonstrationis di-  
 scrimen e re ipsa & Aristotelis doctrina capio. Si demonstratio-  
 nem syllogismum cum Aristotele facerem, dicerem etiam definitio-  
 nem perfectam iunctam suo definito, unicam propositionem  
 esse, nec syllogisticam esse (ut Aristoteles etiam docebit capite se-  
 ptimo secundi) demonstrationem uero ex tribus propositionibus  
 constare. At non magis esse syllogisticam demonstrationem do-  
 cebo, quam definitio sit. Discrimen igitur teneatur. Definitio au-  
 tem si sit imperfecta, ut descriptio quaedam, demonstrari logicè  
 saltem & concludi potest definitione perfectiore, ut Aristoteles  
 dicit septimo capite secundi. Ergo sic definitio sit principium  
 demonstrationis: sic definitio sit demonstratio, non quidem syllogismi  
 forma, sed certè eodè & simili argumento: sic definitio sit deni-  
 que demonstrationis conclusio. Valdèque est hoc loco Philoponi  
 commentum deridendum, quod definitio fiat interdum ex mate-  
 ria, sitque conclusio demonstrationis: interdum ex forma, & sit  
 principium: interdum ex utraque, praeponat tamen materiam,  
 & sic differat à demonstratione thesi, quia demonstratio ex  
 forma concludat materiam, idèoque praeponat formam in ante-  
 cedente uidelicet, quam postponat definitio. At diligens iste &  
 industrius Philoponus an nesciebat in omni definitione rerum  
 materialiarum & formatarum materiam formamque comprehen-  
 di? Animal rationale, materiam formamque hominis comprehen-

1 dir. Animal enim substantiam corpoream indicat, quæ materia est hominis, itæmque uitam & sensum, quæ cum ratione coniuncta totam hominis formam faciunt. Idemque prorsus est in omni definitione rei corporeæ, de definitione, inquæ, perfecta ex genere & differentia, & Aristoteles uersumè docet uicesimo capite huius uniuersalia causas esse singularium. Quare uehementer hîc errat, nec ex Aristotele commentum illud suum deducere potuit, qui docebit secundo posteriorum ex omni genere causæ demonstrari, nec materiam à principijs demonstrationis remouet, nec Aristoteles in definitione uel generis uel speciei usquam docuit definitiones modò ex forma, modò ex materia, modò ex utraque fieri. Quamobrem commentum hoc tollatur, teneamûsque definitiones scientiarum & artium (de quibus nunc Aristoteles philosophatur) æternorum esse & perpetuorum, id est, κατὰ τὸ ἀπότὸς & necessariorum esse, syllogismumque Aristotelis esse meminimus.

Demonstratio est perpetuorum:

Definitio demonstrationis pars est, aut demonstratio ipsa quadam:

Definitio igitur est perpetuorum.

Meminerimus etiam scientifica definitionis & demonstrationis esse commune, ut utraque sit necessaria, homogenea, catholica. Eϕιδὼ metaphisico sic docetur definitiones & demonstrationes esse æternorum, opiniones caducorum. Metamorphosis definitionis in demonstrationem hîc est, quam in argumento attingi. Videtur enim Aristoteles definitionem in aliquam demonstrationis aut partem aut speciem transfigurare uoluisse, ut artium domina demonstratio sola esset. At demonstratio logicum uerbum non magis est quàm declaratio, explicatio, ut dixi, nec logica rei quicquam est à definitione diuersum, potiûsque demonstratio fuerat definitioni subiicienda, cum demonstratio, ut Aristoteles ipse docet, non sit aliud quàm accidentis definitio, quæ docetur cur accidens ipsum subiecto insit. Sed hac de re secundi libri capite decimo rursus ab Aristotele dicetur.

FREQVENTER autem euenientiū demonstrationes & scientiæ, vt lunæ eclipsis, planum est quòd quatenus quidam tales sunt, semper sunt : quatenus verò nõ semper, ex parte sunt, quemadmodū eclipsis, & similiter alia.

*Prolepsis est quedam, quòd accretiones, defectiones, cursus, recessus, affectionesque astrorum reliqua demonstrantur, non tamen perpetuæ sunt, sed temporibus intermissæ. Huic igitur obiectiõni distinctione occurritur, quòd sit quedam perpetuitas continua, quedam interuallis discreta : quæ tamen constans sit in suo genere & rata, qualis est in eclipsi solis & lunæ, in coniunctionibus & disjunctionibus stellarum. Quare demonstrationes astrologicæ non attendunt intermissionem, aut hanc uel illam affectionem, sed notatam certis temporibus constantiam, & uniuersam perpetuitatem.*

QVONIAM verò manifestū est, quòd vnumquodque demonstrare non licet, nisi ex vniuscuiusque principiis, si demonstratum sit quatenus illud, non est scire hoc, si ex veris & indemonstrabilibus demonstratum sit & immediatis. Est enim sic demonstrare, quemadmodum Bryso quadraturam. Secundum commune enim demonstrant tales rationes, quod & alteri inerit. Quare etiam in aliis conueniunt rationes nõ syngeneis. Quapropter non quatenus illud, scit, sed secundum accidēs.

est q  
dam perpetuita  
ua: & ad  
utæ & serota  
utrag tum co ram  
ue ot

Non enim cōueniret demōstratio etiā in aliud genus. Vnumquodque verò scimus non secundum accidens, quando secundum illud scimus, secundum quod est ex principiis illius, quatenus illud, vt duobus rectis pares habere, cui inest per se, quod dictum est, ex principiis huius.

Reuertitur ad *ὁμογενείαν*, quòd demonstratio sit *ἐκ τῶν ὁμογενῶν*, ex cognatis & homogeneis qua appellat *ἀρχὰς ἐκάστω*, & *ἀρχὰς κείνου*, & *ἀρχὰς τοῦτου*, & *ἰδίαις ἀρχαῖς*, principia uniuscuiusq; et principia illius et principia huius et propria principia: & saepe in hoc capite dicit, ἢ *ἐκείνο* quatenus illud, quòd antea dixit *καὶ τὸ αὐτὸ* per se. Ergo pro eodem dicuntur hæc omnia, & una syngenia perpetuò celebratur: nec *ἴδιον* hic uidetur esse *καθολικόν* illud, de quo prius, quòd cūm re conuertatur, sed *οἰκείον*, ut idem sit *ἀρχὴ οἰκεία*, *ἰδία* & *ὁμογενής*, & proximo capite *ἴδιον* & *κοινόν*, non aliter opponuntur, quàm *συγγενὲς* & *ὑπάλλιλον* τὸ ἀνώτερον subalternū superius. Est uerò cōsiderandum, quòd hic ait Aristoteles non satis esse, si propositiones ueræ sint et indemonstrabiles et immediata, nisi sint syngeneæ, quòd rursus in fine capitis huius dicitur. Neutra enim propositio apodictica esse potest, nisi sit etiam homogenea. Ergo hic locus de sola propositione maior est intelligendus. Axiomata enim de quibus hic agitur, *μεῖζονος ὑποτάξεως χάριν ἄποπληροῖ*, maioris propositionis locum obtinent, ait paulò post Philoponus.

B R Y S O. Demonstratio Brysonis qualis fuerit, non satis constat: citatur autem rursus ab Aristotele capite decimo primi *τῶν ἐλέγχων*. Themistius & Philoponus citant ab Alexandro, Dato circulo maius et minus quadratū datur: ergo et æquale. At æquale quomodo fieret, non proposuisse. Id Philoponus non probat, nec putat huic Aristotelis loco conuenire, quia non commu-

ne & heterogeneousum tum proponeret Bryso . Alexander decimo i capite primi τὸ ἐλάττωον , hanc rationem numeris, temporibus, locus dicit conuenire , propterea esse communem: at quadratum & circulus Geometriæ sunt : itaque Philoponus melius sentit. Affert etiã demonstratiõẽ tetragonis ab Archimede, quã tu, si lubet, apud eum lege. Quæstio hæc ab Aristotelis tempore in scholis ad hunc usque diem agitata, multos & excellentes mathematicos exercuit. Aristoteles id sciri posse dixit in categorijs : Aristoteles tamen ipse id assequi non potuit . Hippocrates Chius, itẽmque Hippocrates alter & Antipho & Bryso ante Aristotelem id tentauere : multis post Aristotelem annis Archimedes id argumentum aggressus, acutissimẽ omnium disceptauit, è recentioribus Nicolaus Cusanus eodem incubuit : nostra uerò ætate eadem quæstio uariè disputatur, alijs demonstratiõis eius exitũ sperantibus, alijs inueniri posse omnino negantibus. Sed hæc factis. Aristoteles non uult in demonstratiõibus rationes heterogeneousas uersari. Vbi notabis accidens dici quod sæpe dictum est, heterogeneousum nempe, & eandem rem semper iterari, demonstratiõem omnem ex principijs rei proprijs & homogeneis esse.

IT A Q U E si per se etiam illud inest, cui inest, necesse est medium in eadem syngenia esse: sin autem, certè velut harmonica per arithmetica. Talia siquidem perinde demonstrantur, differunt tamen. Nam (quia) alterius est sciẽtiæ. Genus enim subiectum, est diuersum : at propter quid, superioris est, cuius per se sunt affectiões.

Concluditur proposita syngenia, & disputatio rursus eadem continuatur. Si per se sunt propositiones demonstratiõis, etiam syngeneæ sunt: aut si non sint syngeneæ, certè subalternae sunt, ut



harmonica est arithmetica. Arithmetica enim generalis est,  
 musica & specialis ei comparata. Heterogeneæ tamen sunt, & earum  
 subiectum genus, alterum: generalisque & superioris demonstra-  
 tio est διότι: inferioris autem & specialis est ὅτι. Quæ uerba Ari-  
 stoteli si diligenter interpretes considerassent, uiderent subalterna  
 neque ἀπλῶς, neque πῆ in se homogenea esse. Subalternorum  
 siquidē ἕτερογενῆ γένος ἕτερον, subiectum genus al. erit, ut Ari-  
 stoteles. At syngenia ex sub. ecto genere cōsideratur, & in iisdem  
 subalternis demonstrationes diuersæ, superiores sunt absolute, &  
 propter quid: inferiores, imperfectæ demonstrationes, & quæ. Quæ  
 re aliud est esse quædam in se πῆ ὅτι, ἢ, et esse ὑτάλληλοι: quia  
 partes demonstrationis perfectæ, atque absolute possunt esse in se  
 ἢ ἀπλῶς συγγενῆς, ἢ πῆ: non possunt autem esse ὑπάλλοιοι.

ITAQUE etiam ex his manifestum est,  
 quod non licet demonstrare unumquod-  
 que absolute, nisi ex propriis principiis,  
 sed horum principia habet commune. Si  
 verò manifestum hoc, manifestum etiam  
 quod non licet uniuscuiusque propria prin-  
 cipia demonstrare. Erunt enim illa omnium  
 principia, & scientia illorum, domina om-  
 nium. Etenim scit magis, ex superio-  
 ribus causis sciens. Ex prioribus enim scit,  
 quoniam non ex causatis scit causas. Ita-  
 que si magis scit, & maximè, etiam scientia  
 illa fuerit & magis & maximè.

Concluditur tercio loco eadem syngenia. Quære nulla simplex  
 & absolute demonstratio est, nisi ex propriis & syngeneis prin-  
 cipiis: sic enim ἰδιον proprium, nunc pro syngeneo intelligo, ut iam

dixi: digressio autem quadam fuerat deinceps de scientiis subalternis, sed litera est mendosa. SED HORVM. Mendis hic aliquod est, sententiâque eiusmodi aliqua fuerat, subalternarum scientiarum principia aliquid etiam habent commune. Omnibus enim communis est Logica uerè descripta. Singula uerò principia sua demonstrare non possunt. ERVNT ENIM. Hic mēdum alterum est. Sententia autem uidetur eiusmodi fuisse. Si qua scientia demonstrat aliarum omnium principia, princeps erit omnium & domina, quòd ex scientiæ causâ demonstratur hoc modo,

Si magis & maximè sciat, illa scientia etiam scientia fuerit magis & maximè:

Sed primum uerum.

Nā magis scit, qui scit ex superioribus: priora enim illa sunt, quoniam ex non causatis causis.

Secundum igitur.

Hanc generalem & uniuersalem scientiam κυρίαν πάντων, Philoponus appellat consimilibus insignibus ἑπιστήμῳ ὀπισθημῶν ἢ τέχνῳ τεχνῶν, ἢ ἕς ὅτιν ἢ πρώτη φιλοσοφία περὶ αἰσθητικῶν μετατὰ φυσικὰ δευτέρως, scientiam scientiarum, & artem artium, qualis est prima philosophia, de qua in eis qua sunt post physica. A Themistio dicitur πολυμήνης σοφία, predicabilis & gloria sapiētia. Hic locus animaduertendus est, Non appellatur ab Aristotele nominatim disciplina illa omniū cōmune, sed nominatur ab interpretibus, ut dixi, prima philosophia, & ut scholæ nostræ loquuntur, metaphysica: quod tribus præterea locis in organo logico uidetur Aristoteles dicere, iterum in fine capituli octaui huius libri, tertio in septimi topici capite secundo, quarto in elēchis libri primi capite undecimo, ita minimū quatuor in organo logico locis metaphysica uidetur nobis à dialectica distinguī: Sic secundo capite secundi physici uocatur φιλοσοφία & πρώτη φιλοσοφία: & in βῆτα metaphysico consimiliter huc loco dicitur philosophia illa, ἀρχικώτερι & ἡγεμονικώτερι, cui cæteras artes ὡς περ δούλας ἀνελπεῖν, tanquam seruas con-

et uniuersalis scientia. d. gref. s. o. author s.

1 *radicere non liceat. Sed ut magnus error tollatur, quo uulgo creditur, metaphysicam esse quandam distinctam artem omnium artium dominam, huc paulisper diuertamus, metaphysici operis summam breuiter intueamur.*

Socrates apud Platonem, dialecticam multis & mirificis laudibus afficit, eiusque docet esse uariū usum, cum in singularibus & quotidianis rebus interrogando, respondendo, rationem quaerendo, capiendoque, tum maxime in communibus & perperuis, quales sunt in artibus & scientiis comprehensa, ut dialectica lumine uideamus earum communionem, similitudines, differentias,

2 *disimilitudines, principia: quæ sit in physicis  $\pi\acute{\iota}\sigma\iota\varsigma$ , quæ sit in mathematicis  $\delta\iota\alpha\lambda\omicron\iota\alpha$ , ut tandem cum diuini solis umbram quædam in his uniuersalibus exemplis deprehēderimus, operaque eius, è physicis artibus, operumque ordinem, symmetriam, descriptionem è mathematicis, logica mente contemplati fuerimus, tum ad eum ipsum clarissimum solē contemplandum, uitæque integritate imitandum conuertamur. Hac de re Socrates in Philebo, & septimo de Rep. multa magnificè philosophatur, & dialecticam mentis ac sapientiæ nominibus appellat. Recentiores Platonicæ, Aristotelis philosophia nō multo diligētius quàm Platonis imbuti, aiūt*

3 *talibus locis nomine dialecticæ metaphysicam à Platone significari, nec omnino fortassis errant: Aristoteles enim Socratis argumentum emulatus, summum illum dialecticæ artis usum (quo principia, & causas specialium artium, quo denique omnium rerū singulare principium, singularēque causam dignoscamus) metaphysicis quatuordecim libris copiosius & uberius uidetur persequi. Quod si nerū est, certè Socratis disimillima ratione, & Aristotelicis principiis longè alienissima persequitur, ut si totum opus diligenter inspexeris, plurima ab Aristotele collecta hic esse uideas, iudicata & analyticis principiis, aestimata ne-*

4 *quaquam: omniumque Aristotelis operum minimè aristotelicum hoc esse dicas, totumque physicis, mathematicis, logicis nō solidis principiis & documentis, sed spinosis & iteratis inaniter sapius & inculcatis altercationibus coaceruatum esse sentias: nec a-*

5 *lium deum his libris cognoscas, quàm in physicis Aristoteles im-*  
*piè desinierit, aeterni calii perpetuum motorem, seipsum contem-*  
*plâtem, res hominum despicientem: ut res ipsa subducta planissi-*  
*mè docebit. Sed tamen hîc Aristoteles uerbis artem, quâdam*  
*artium omnium dominam magistrâmq; logicis, mathematicis,*  
*ph. sics superiorem & excellentiorem profutetur: & eam in phi-*  
*sis titulis appellat σοφίαν, ut Socrates: πρῶτη φιλοσοφία, &*  
*πρῶτη φιλοσοφία, aliquot etiâ locis θεολογικῶν, φιλοσοφίᾳ*  
*τῶν μετὰ τὰ φυσικά (quod animaduertim) nusquâ appellat, ut*  
*titulû hûc sicuti saepe alius in libris est factû, ab interpretibus im-*  
*positi, & subicer. Ergo maioris ἀλφα (appellemus enim sus titulis*  
*singulos l bros) principio statuitur esse σοφίαν περὶ τὰ πρῶτα*  
*αἰτια & τὰς ἀρχὰς, sapientiâ circa primas causas & principia,*  
*eâ neque esse ἀκοιβε-ατῶν, διδασκαλικῶν, ἀρετῶν, ἀρχικῶν,*  
*ἡθ. θεωρῶν, θειοτῶν, accuratissimâ, ad do-*  
*cendû aptissimâ, optabilissimâ principalissimâ, liberalissimâ, di-*  
*uinissimâ: quamque deus aut solus, aut maximè possideat. ὅτι γὰρ*  
*θεὸς δοκᾷ τὸ ἀπὸν πᾶσιν εἶναι & ἀρχὴ τῶν, uiderur enim deus*  
*causâ omnibus esse & principîû quoddâ. Sic Aristoteles meta-*  
*physicâ sapientiâ ex analyticâ methodi regula cômôdè defi-*  
*ni. it in i-rio, sed ex analyticis cōtra methodû analyticam reperit*  
*sci-ntiâ principiorû ab experiētia oriri, esse tamen τιμιωτέρων*  
*honorabiliorem: ubi notabile Platonis illud est, ἢ μὲν ἐμπειρία*  
*τέχῃ ἐποίησεν ὡς φησι πῶλος, ὀρθῶς λέγων, ἢ δ' ἀπειρία*  
*τύχῃ, experientia quidem artem genuit, ut ait Polus rectè di-*  
*cens, in experientia temeritatem. Ergo σοφία definita adhuc est*  
*scientia primæ causæ, primîque principij, id est dei, qualis autē*  
*dei, postea libro duodecimo dicitur. Quomodo uerò primâ illam*  
*causâ, primûmque illud principîû cognoscamus, Socraticâ in ar-*  
*tium uniuersitate diuinitatis cōtēplationē nō proponit, sed physi-*  
*carû, mathematicarû, logicarû quæstionû acervos undique con-*  
*gerit contra syngeniam analyticam, quæ suam quibusque artibus*  
*materiam attribuit. Quia igitur prima causâ queritur, hac oc-*  
*casione causarum genera quatuor ponuntur, materia, efficiēs, for-*

no et

ω φ  
 φ  
 τλω

3 14

1 ma, finis: de que iis non solum communibus & logicis, sed physicis  
 & mathematicis, antiquorum opiniones ἀλφα maiore & mino-  
 re toto, minore etiam infinitas caussarum agitur: utrunque hoc  
 de posterioribus analyticis repetitur, & partitio & infinitio in-  
 quam caussarum, nisi quod infinitas specie additur. De caussarum  
 partitione secundo posteriorum doctrina breuior est, de infini-  
 tate λογὲ productior primo. At hæ magnifica altercationes ne-  
 que in illis analyticis, neque in his metaphysicis ullam cuiusquam  
 rei scientiam habent, sed falsarum opinionum refutationem, nec  
 ullam cognoscendi dei (quod erat propositum) uiam nobis osten-  
 2 dunt. Ἐνταῦτα totum in dubitationibus & questionibus cōsumitur,  
 quasi sapientia definita nondum esset, ideo (ut Alexander inter-  
 pres ait) quidam primum metaphysicæ librum hinc fecerunt, sed in-  
 ter questiones alias queritur an unius sciētia propriū sit, caus-  
 sarum proposita genera contemplari, & cuius sciētia sit περὶ  
 ζωῶν τε ἐτέρου καὶ ὁμοίου, τε ἀνομοίου, τε ἑνότητος, καὶ ἑναι-  
 τῆτος, προτέρου τε ὑτέρου, τε τῶν ἄλλων ἀπάντων ζώων, του οὐ.  
 περὶ ὄσων οἱ διαλεκτικοὶ πειρῶνται σκοπεῖν ἐκ τῶν ὀνδ' ὄζων  
 μόνον ποιούμενοι τὴν σκέψιν, de eodem & diuerso, & simili, &  
 dissimili, & identitate, & contrarietate, priore & posteriore, &  
 3 aliis omnibus eiusmodi, de quibus dialectici contendunt agere &  
 statuere ex probabilibus solum agentes & statuentes. Præterea  
 reliquis liber in questionibus logicis, physicis, mathematicis con-  
 sumitur: logicis primum, an principia genera sint, an partes gene-  
 ribus subiectæ: & si genera, utrū quæ ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις λέγεται  
 πλῆθῆ, ἢ τὰ πρῶτα, οἷον πρότερον ζῶον, ἢ ἄνθρωπος, ἀρχὴ τε  
 τε μᾶλλον ὅτι παρὰ τὸ καθέκασον, de indiuiduis dicuntur ultri-  
 ma, an prima, ut utrū animal, an homo, principium sit, & ma-  
 gis sit præter singularia ipsa. Vbi notabis hominē, & quod de  
 indiuiduis postremum dicitur, ab Aristotele genus uerissimè no-  
 4 minari, quod aliquando aliàs etiam facit, quantum tamen neges  
 hoc etiā capite hominem singulorū hominum genus esse: denique  
 queritur quamnam artem oporteat dicere sapiētiam: ἢ μὲν γὰρ  
 ἀρχικῶς τε καὶ ἠγεμονικῶς τε καὶ ὡς περὶ οὐλάς οὐδ' ἀντε-

πρῶτον τὰς ἀλλὰς ὅπως ἡμᾶς δὴξαμεν, ἢ τὸ τέλος καὶ τὸ ἀγαθὸν  
 τοιαύτη, quæ si quidem princeps maximè, dominâque maximè sit,  
 cuiusque cæteras scientias tanquam seruas contradicere non iustū  
 sit, eiusmodi scientia finis ἔσθ' ἰσχυροῦς ἢ ἰσχυρῶς ἢ ἰσχυρῶς  
 sit, cum certior essentia scientia sit quàm accidens. Quare  
 etiam πρῶτον τῶν ἀποδείξεων ἀρχῶν, de demonstratis princi-  
 pijs, quas τὰς κοινὰς δόξας uocat, ubi, quòd demonstratio sit  
 accidentium ex communibus axiomati, reperitur ex analyticis  
 posterioribus: tum logica rursus eadem agitantur, an princi-  
 pia genera sint, ἔσθ' ἰσχυρῶς ἢ ἰσχυρῶς: deinde physica de materia,  
 forma, concordia, discordia, ἔσθ' ἰσχυρῶς ἢ ἰσχυρῶς: postremo ma-  
 thematica de numeris ἔσθ' ἰσχυρῶς ἢ ἰσχυρῶς, quæ omnia rursus tribus  
 postremis libris agitantur. Sed ad extremum libri huius, id est  
 notandū: Qui ideas induxerunt, hæc recidere. καὶ γὰρ εἰ μὴ κα-  
 λῶς διαφρασεῖσιν οἱ λέγοντες, ἀλλ' ὅτι τὸ ὄν βέβαιον καὶ ἀκατα-  
 ἔκτανον λέγουσιν αὐτοῖς, ὅτι τὸ εἶδὼν οὐσία ἔστι ἐκάστων ὅτι καὶ  
 οὐδ' ἐν κατὰ συμβεβηκός. Etenim tamen non discretè exprimitur  
 qui id dicunt: at id est quòd uolunt, quòdque ipsi necesse sit di-  
 cere, quòd specierum essentia quædam sit in singulis, ἔσθ' ἰσχυρῶς ἢ ἰσχυρῶς  
 secundū accidens. Hic locus Aristotelis est notandus de ideis. Et cer-  
 tē sic in Platonis dialogis idea logicè capitur pro generali et cō-  
 muni notitia, ἔσθ' Aristoteles bis tādē dicit species à Socrate non  
 separari. Ita liber tertius in quaestionibus hjs totus est. Γάρμια  
 soluit primam quaestionem, ἔστιν ὅτι ἡμεῖς ἔσθ' ἰσχυρῶς ἢ ἰσχυρῶς,  
 καὶ τὰ τούτων ὑπάρχοντα κατὰ αὐτό. Est scientia quædam, quæ cō-  
 siderat ens quatenus ens, eique per se adiuncta: ut causas, idem,  
 diuersum, opposita, simile, dissimile, par, impar, genus, speciem, ro-  
 tū, partē, definitionē, cæteraque eiusmodi omnia: ut axiomata  
 quæ dicuntur Mathematica, nec enim geometria, sed huius phi-  
 losophia περὶ τούτων ὅτι σκέψις, de hjs est consideratio: item  
 quæ considerat syllogistica principia: eamque scientiā docet Ari-  
 stoteles esse sapiētiam ἔσθ' philosophiam, hæc primā, de qua hysce  
 libris agitur. Hæc Aristoteles tribus primis capitibus huius li-  
 bri, quibus apertè demonstrat primam philosophiam, quæ deus

1 cognosci possit, nō aliam esse quā Logicā, quamvis uerbis aliud  
 dicat: & argumentum eius, Platonis argumētum esse, quod initio  
 proposui, quamvis in Platonica artium subductione & contem-  
 platione non insinat. Sed tamen longē maius est, & multò magis  
 attendendam, quod hic capite secundo scribit Aristoteles de dis-  
 ferentia philosophi huius primi à sophista & dialectico. Hi tres  
 (aut subiectum genus habent commune: κοινὸν δὲ πᾶσι τὸ ὄν ὄντα  
 commune uero est omnibus ens: περὶ μὲν τὸ αὐτὸ γένος εἴρεται  
 ἢ σοφιστικὴ ἢ διαλεκτικὴ τῆ φιλοσοφίας: versatur enim circa  
 genus idem sophisticā & dialecticā cum philosophia, sed philo-  
 sophia, aut, differt à dialecticā διωάμεως τρόπῳ facultatis mō-  
 2 do, quòd dialecticā sit πρακτικὴ, περὶ ὧν ἢ σοφία γνωστικὴ τε-  
 rativa, de quibus philosophia est cognita: à sophisticā uerò dif-  
 fert τὸ βίου προαίρεσει uita proposito, quòd sophisticā uideri  
 tantum uelit, ut sit autem non laborer, philosophia contrā. Hæc  
 inquam, Aristoteles docet de suo philosopho primò, quæ in logi-  
 cis libris sæpe docet eadem de demonstratore & apodictico, ut  
 demonstrator analyticus & sapiēs metaphysicus sit idem: & cer-  
 te in organo logico demonstrator appellatur interdum philoso-  
 phus & demonstratio φιλοσόφημα, ut octauo topico. Quare  
 metaphysicā Aristotelis iam uidemus esse logicā, aut certè ex hac  
 3 differentia, logicā analyticā posteriōrē partē esse. Et si magistri  
 Platonis uoluerat Aristoteles uestigia persequi, noua doctrina  
 nil opus fuerat: tantū fuerat illud ampliōre & maiore artium in-  
 ductione, si cōmodū uideretur, declarandū: non fuerat ex eodē  
 artu genere diuersum genus cōminiscendum: at philosophia hæc  
 metaphysica, quam Aristoteles à dialecticā non διωάμει, sed  
 διωάμεως ἑπῶ distinguit, διωάμει nullam habet: cognosce  
 enim mecum reliqua huius tantæ philosophiæ, nullum tamen do-  
 cumentum cognosces, quo possis de quolibet ente, quatenus est ens,  
 4 philosophari, id enim mecum experiri perge. Sedenim & γάμει  
 reliquum & deinceps toti libri octo ad cognoscendum uidelicet,  
 & contemplandum Deum non solum logica illa, sed physica &  
 mathematica proponunt: de axiomate cōradictionis primus lo-

eius est, appellaturque ab Aristotele ἀρχὴ βεβαιότατη ἔγνωρι-  
 μωτάτη καὶ ἀνυποθέτως, principium firmissimum et notissimum,  
 minimèque suppositum, sed tamen hoc tamen firmamenti princi-  
 pium aduersus Heraclitum, Anaxagoram δὲ ἀπαθδυσίαν καὶ  
 ἀναλυτικῶν ob imperitiam analyticῶν, id axioma negans, lon-  
 gissima oratione tanquam dubium defenditur, quasi possit per  
 aliud βεβαιώτερον, γνωριμώτερον, ἀνυποθετώτερον probari, atque  
 hac occasione contra Protagoram, Democritum, Empedoclem,  
 differitur, nō omne quod appareat, uerū et falsum esse, neque cō-  
 traria simul esse uera, neque omnia simul esse uera, aut simul esse  
 falsa: et hac disputatione consumitur reliquum γάμμα καὶ χι-  
 κῶς non ἀποδεικτικῶς, sicut Aristoteles ipse ait, ut eius testi-  
 monio iam uideamus primum philosophum etiam dialecticū esse,  
 nec ab eo διαμέμωτος τρόπῳ distingui, sicuti principio libri hu-  
 ius affirmauerat, cū metaphysicus ἐκ καὶ δόξων καὶ καὶ χι κῶς  
 dialectici more differat. Aristoteles in analyticis uerissimè iu-  
 bet de principiis non esse disputandum, contradictionis axi-  
 oma est principiorum principium. Quare disputare de tamo prin-  
 cipio minimè est Aristotelicum. Logica hæc altercatio adhuc est  
 magna et prolixa aduersus falsas opiniones, at ista falsarū opi-  
 nionum refutatio nullam scientiam, quia falsa refellit, non uera  
 docet, nullamque cognoscēdi Dei uia ostendit, quam tamen uerā-  
 que certissimā metaphysica nobis pollicetur. Δέλτα totū est in tri-  
 ginta quinque uocabulorū significationibus distinguēdis, ποσα-  
 χῶς λέγεται, quorū modis dicitur ἀρχὴ, τὸ ἀπὸν, σιχησιον, φύσις  
 ἀναγκάσιον, ἐν, τὸ ὄν, οὐσία, ταυτὰ, ἔτερεα, ἀδιάφορα, ὁμοία, ἀ-  
 νικείμενα, πρότερεα, ὑστερεα, σιμάχαις, τὸ σὸν, ποιοῖον, τὸ πρὸς ἄ-  
 λειον, τὸ ἐρεος, τὸ κατ' ὄ, ἀδιάθεσις, ἔξις, τὸ αἰθρος, ἑρόσις, τὸ ἐ-  
 χεν, τὸ ἐκ τινὸς εἶναι, μέρος, ὅλον, κολοθον, γένος, ἄβυσθος, ἀμ-  
 βεικῶς, principium, causa, elementum, natura, necessarium, uerū,  
 ens, essentia, eadem, diuersa, differentia, similia, contraria, priora,  
 posteriora, potentia, quantum, quale, ad aliquid, finem affectum,  
 finis, quod per se, dispositio, habitus, passio, priuatio, habere, ex al-  
 liquo esse, pars, totum, diminutum, genus, falsum, accidens. Et hæc



1 altercatio, logica quædam superiora repetit, topica nempe inuen-  
 tionis ex causis, adiunctis, contrariis, comparatis, diuisione, de qui-  
 bus cum iam esset antè propositum, hic repeti ἢ ἀπαριθμοῦσαν  
 ἀναλυτικῶν opus non est. Iubet enim analytica methodus unam  
 rem suo loco & semel tantum dici, ταυτολογίαν uehementer im-  
 probat, at reliqua logica nihil sunt, nec ullam cognoscendi Dei  
 uiam ostendunt. E Ψιλὸν repetit superiorem quæstionem, in pri-  
 ma philosophia queri principia & causas enim, quatenus en-  
 tia sunt, tresque scientias esse θεωρητικὰς contemplatiuas, physi-  
 cam, mathematicam, theologicam, sed theologicam maximè, ubi  
 primam hanc philosophiam Aristoteles theologicam appellat, ab  
 2 eaque sola ens, quatenus ens est considerari cõfirmat, & hic en-  
 tis significaciones rursus numerantur, & præcipua in essentia po-  
 nitur, ideoque primam philosophiam in essentia consideratione  
 uersari. Quod in Ζῆτα producitur, & essentia significaciones  
 rursus diuiduntur, quòd essentia primaria, & definitio, & gene-  
 ratio sit, accidentium secundaria: ubi de posterioribus analyticis  
 repetitur & producitur altercatio de totius & partium finitio-  
 ne, tum quales sint per diuisionem definitiones, quòd definitio  
 demonstratioque sit æternorum, opinio caducorum. Hic  
 ταυτολογίαν analyticis principiis damnatam quoties iam ui-  
 3 demus? quoties rursus in sequentibus libris uidebimus? Etenim  
 Ητα rursus totum in assentia cõtentione consumitur, Εῆτα re-  
 petit δωδέμωος, ἐνεργείας, ψυδῶος, distinctionem, & pro-  
 lixissimè arguitur: Ιῶτα repetit significaciones unius, contra-  
 ρη, & de genere specièque iisdem & diuersis rursus quædam:  
 Κᾶπτα repetit quæstiones superiores, primam philosophiam cõ-  
 mune esse quandam scientiam, eamque non Physicam, non So-  
 phisticam, nõ Dialecticam, non Mathematicam, cum mathema-  
 tica axiomata sint etiam huius primæ Philosophiæ, non quic-  
 4 quid uideatur id uerum esse. Adhuc ferè logica fuerunt: deinceps  
 Physica & Mathematica quæstiones sunt, quales ferè libro ter-  
 tio fuerunt, sed physica prius. Reliquo itaque libro repetitur  
 θεωρητικὰς scientias tres esse, Physicā, Mathematicam, Theo-

logicam sed maximè omnium Theologicam, eamque circa subie-  
 ctum genus præstantissimum uersari. Rursus de eue secundum  
 accidens, deque possibili: ad extremum, quòd nullum sit infinitū  
 corpus, tum quòd modis aliquid mutetur. Δάμβδα similiter re-  
 petit dictum iam toties, prima philosophia principia & causas  
 essentiae quæri, & mutationis genera rursus disceptat, & quòd  
 uniuersum totū sit, cuius prima pars sit essentia: imò accidentia  
 non sint entia, & quòd τ' αἴτια καὶ ἀναλογίαν & αὐτὰ πέ-  
 των, causa proportione & similitudine sint eadem omnium: tā-  
 dem post labores inanissimos, & perpetuam inuiliūm quæstio-  
 num τωτολογίαν, definitio sapientiæ instituta principio primi  
 libri reuocatur: ut tandē Aristotelicū deū per hanc refutationum  
 & repetitionum argutias uidelicet agnoscamus: quòd sapien-  
 tia sit scientia primæ causæ, primique principij, id est: essen-  
 tiāque efficitur mobilis altera, ἀκίνητος immobilis altera: illa  
 aut caduca aut æterna: caduca, ut planta, homines: æterna, ut ca-  
 lum: principia, caduca essentiae sunt, εἶδος, ἑρμῆς, ὕλη, forma,  
 priuatio, materia. Hic Aristoteles nobis primā rerū causam, pri-  
 mūque rerū principij constituit, nō ex scientia Logicarū, Ma-  
 thematicarū, Physicarū quæstionum superiorum, sed è pauca-  
 lis (ut iam posui) ex octauo Physico & libris de celo iisdem re-  
 petit, sempiternum quendam æterni cali motorem, quia calum  
 sempiternū, sempiternūque cali motus sit: quòd si ante mundum  
 conditum fingeremus essentiam quandam æternam cessantem ac  
 nihil agentem, οὐδὲν ὄφελος, nulla utilitas fuerit, ait: Ergo deus  
 Aristotelis (quem σοφία πρώτη, φιλοσοφία καὶ θεολογία κοίτηται)  
 cali motor est, ἐνέργεια, καὶ ὄντε λέχρα αἰθιμιος αἰθιμιος  
 ὕλης, ἀκίνητος, ἀμερῆς, ἀσημειωτος, ἀπαθῆς, ἀναλλιώτος, actus  
 sempiternus siue materia, immobilis, impartibilis, indiuiduus,  
 impartibilis, immutabilis, ὁ νοῦς ἀρεκτός, νοητός, intellectus amabi-  
 lis, spectabilis, cuius uita optima & iucundissima: denique φαμέν  
 ὅτι θεὸν εἶναι ζῶον αἰθιμιον ἄριστον, dicimus uerò, ait, deum esse  
 animal æternum optimum, sic ab Aristotele nominatim definitur  
 Deus, magnificè, ut apparet. Hac dei definitione posita quærit

1 Aristoteles, an sit unus deus, an plures dii: ac cum sint globi caelestes & stellæ multæ, ἀνάγκη ἔστι τούτων ἐκάστῳ τῶν φερῶν ὑπὸ ἀκινήτου τε κινήτου καὶ αὐτὸ καὶ αἰδίου οὐσίας, necesse est (ait) haurum unamquamque rationum ab immobili & perpetua essentia per se moveri: unde concludit tot esse diuinas essentias, quotque deos, quot sphaeræ sint, & rationes in calo: earumque primam & secundam, eoque deinceps esse ordine, quo stellæ ipsæ dispositæ & collocatæ moueantur. Sphaeræ porro caelestes secundum Eudoxum uiginti sex, secundum Callippum triginta tres, secundum Aristotelem ipsum πεντήκοντα τε ἔπεντε quinquaginta quinque statuantur. Ergo quinquaginta quinque deos Aristoteles efficit: & hic numerus est deorum Aristotelicorum, aliorum alii pro suo gradu & ordine præstantium: Atque dei ἀνθρωποειδῆς humana forma, quales sibi consinxerat uetustas, ab Aristotele ut fabulosi deridentur. Diuinus uero intellectus τὸ θεϊότατον ἔστι μίωπιον νοεῖ diuinissimū & honorabilissimū, id est se ipsum, nō autē quiduis intelligit: quia melius est quadā nō uidere, quàm uiderē, ait Aristoteles: nec à se intelligēdo ad aliud intelligēdū auertitur, ait hic interpres Alexāder: sic rerum humanarum cura & providentia deus ab Aristotele liberatur: in sui ipsius tantum contemplatione relinquitur: politicoque & æconomico magnæ politia, familiæque rectori (sicut in libro de mundo) comparatur: qui potentatus sui gratiores & præstantiores partes sibi reseruet, humiliores ministris imperet, & ὅντα οὐ βέλτεται πολιτῶν εἰς κακῶς, enia uerò nolūt malè gubernari, citatq; Homericū illud,

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἰς κοίρανος ἔστω.

Non bona res est multorum principatus, unus rex esto.

Sic ab Aristotele deus definitur, non uniuersi mundi procreator, metuit enim ne deus ante procreatum mundum nihil agens inutiliter otiaretur: sed æterni cali uelut equi perpetuò currentis assiduus agitator: non providens & procurans omnia quæ mundo toto fierent, id enim indecorum & indignum tanto principe iudicabat, sed suam tantum maiestatem & diuinitatem contemplare, nec unus tantum deus efficitur, ne tam multorum mo-

tuū laboribus, si solus esset, opprimeretur. Sed quia sphaera quin-  
 quaginta quinque sunt, quinque etiam & quinquaginta Aristo-  
 telici dij, singuli singularum motores sphaerarum statuuntur. Ac-  
 que hic Alexander interpres ait has motrices essentias non esse  
 sphaerarū animas, sed ab omni corpore seiunctas sphaerarū ani-  
 mis superiores & excellentiores: deos denique non facit animas  
 sphaerarum, sed aurigas. Adhuc Aristotelis sapientia & Theolo-  
 gia duodecim libris comprehensa est, quibus duo accesserunt, sed  
 sine Aphrodisici interpretatione. In quibus noua Theologia nulla  
 est, sed ueterum philosophorum qui in mathematicis & Ideis  
 principia rerum posuerant, refutatio de superioribus ferè libris  
 repetita. Consimilis enim tertio libro de iis altercatio fuerat.  
 Quamobrem per deum nō commentitium hunc cali motorem, sed  
 uerum illum uniuersi mundi omniumque eius uel minutarū par-  
 tium creatorem, rectorem, prouisorum, metaphysicam Ethnici  
 huius doctoris theologiam attentè & liberè consideremus: ex  
 Analyticis principiis, ex Aristotelis summis iudiciis est memum.  
 Polliceris nobis scientiam non Mathematicam, non Physicam,  
 non Logicam, sed iis omnibus altiore, superiorēque doctri-  
 nam: at istius tua suprema scientia si tres partes effeceris, dua  
 Logicis quaestionibus explebuntur: Reliqua tertia Physicis &  
 Mathematicis. Enimvero Analytica syngenia uerisimè præci-  
 pit artium fines regendos esse: Arithmetica in arithmeticiis, Geo-  
 metrica in geometricis, Musica in musicis, Optica in opticiis in-  
 stituenda & docenda esse: non contra Arithmetica in geome-  
 tricis, aut Geometrica in arithmeticiis permiscenda. Denique  
 artium fines regendos esse, ut dogmatis propriis distinguantur,  
 usus earum coniungatur & comunicetur. Hanc Aristotelica  
 syngenia tam æquam, tamque iustam legem hinc adhibe: Logicas  
 Logiciis, Mathematicas Mathematicis, Physicas Physicis qua-  
 stiones huius operis, qualescunque sint, restitue: undecim primos  
 libros, si pauca Physica & Mathematica detraxeris, Logicas  
 quaestiones ex organo Logico repetitas inuenies, è categoriis  
 partim, ut sunt τὸ ὄν, τὸ ἐν, οὐσία, Συμβεβηκός, ποσόν, ποσίων, διά-

1 βωσις, ἐξίς, πρὸς ἑ, ἐνέργεια, πάθος, ἀνελκείμενα, πρότερον, ὕστα-  
 τα, ἔχθρ, partim ex interpretatione, analyticis, topicis: ut sunt,  
 αἰτία, σοιχεία, τωτᾶ, ἔτερον, ἀφορον, ὁμοια, τέλος, πᾶρα  
 κατ' ὁ μέρος, ὕλον, γένος, εἶδος, ιδέα, ψυδός, ὁρισμός, διάρε-  
 σις, ἀρχαὶ ὡλλογισικαὶ, ἀποδείξις, ἀποδείκτικαὶ ἀρχαὶ, ὅ-  
 εἰςmodi. Duodecimus liber totus è Physicis repetitur. Duo po-  
 2 stemi Mathematici ferè toti sunt detractis tribus capitibus de-  
 cimi tertij libri de Idea. Quare syngenia iudex hęc adhibita,  
 coacta hæc ab Aristotele plurima non æstimata, non ex Ana-  
 lyticis principiis recognita esse iudicabit. Quid uerò si in his  
 3 Analyticis quæstionibus Aristotelicam Analytica methodi re-  
 gula genera suo quaque loco collocantem, τωτολογίας omnes  
 remouimem requiras? Quid hoc opere miserò toties eandem rem  
 repetente & repetente fiet? an catholicum analytica methodi or-  
 dinem probare audebis, & istam τωτολογίαν non improbare?  
 Quamobrem loquatur Aristotelis analytica syngenia, loquatur  
 Aristotelis analytica methodus, interrogatâque de Metaphysico  
 opere liberam sententiam dicat, laborem Aristotelis magnum  
 quid. m hęc esse, iudicium prorsus nullum iudicabit. Polliceris no-  
 4 bis ista scientia nouam quandam & quæ Physicis, Mathemati-  
 cis, Logicis scientijs minimè cõprehendi possit, Dei notitiam. At  
 istius scientiæ non totis quatuordecim libris, sed uix parte duo-  
 decimi libri media deum nobis proponis eundem & eodem mo-  
 do, quem & quomodo in octauo Physico, & in libris de calo  
 proposueras: assiduum æterni cæli motorem, se ipso fruentem, res  
 hominum deficientem: mundi denique non creatorem, non au-  
 thorem, non curatorem, sed supremam & altissimam sphaera insi-  
 dentem, sed in illo circo maximo, quadrigarium principem, qua  
 impietate quæ potest Christianus & pijs auribus maior au-  
 5 diari? Polliceris artem artium omnium tanquam seruarum domi-  
 6 nam magistrâmque, quæ suis documentis caussas, adiancta, oppo-  
 sitiones, comparationes, generis, speciei, totius, partis diuisiones,  
 indèque factas definitiones tũ syllogistica principia ad ens, qua-  
 7 tenus ens est communiter & uniuersaliter tractandum & expli-

candum tractet & explicet: at Metaphysica tota de ijs inanes  
 duntaxat argutias habet, de syllogismorum uerò principijs & fi-  
 guris ne argutatur quidem, ut de topicis locis, sed muta omnino  
 est. Metaphysica igitur artium reliquarum domina & magistra  
 non est, cum instrumentis & adiumentis non dico necessarijs, non  
 dico probabilibus, sed prorsus nullis ad tantum dominium, magiste-  
 riumq; opportunis sit instructa, sed uana sit inuiliu tantum qua-  
 stionum cacotechnia. Nihil hinc de meo cominiscor, Aristotelis defi-  
 nitionem propono, Aristotelis presentem metaphysicam defini-  
 tionem comparo, ex Aristotelis arte concludo. Age uerò, conuenit  
 scholam & istam domina disciplina definitionem arti logicae  
 accommoda, uerè de logica concludes, quòd his libris falso de  
 Metaphysica concluditur,

Doctrina, omnium doctrinarum domina, suis decretis  
 causas, accidentia, oppositiones, comparationes,  
 diuisiones, definitiones, syllogistica principia ad  
 ens, quatenus est ens, communiter & uniuersaliter  
 tractandum & explicandum tractat & explicat:

At Logica communem illam & uniuersalem doctri-  
 nam documentis & inuentionis topica & dispo-  
 sitionis analytica instruit:

Logica est igitur artium omnium domina.

Verum enim uero assumptionem paulò clarius adhuc agamus, Lo-  
 gica inuentionio, Logica dispositio tota communis est, tota genera-  
 lis est, tota uniuersalis est.

Nec considerat suis præceptis præcipuè ullum genus rerum: ce-  
 lum, terram, ignem, aquam, sed generaliter & comuniter omnia,  
 id est, τὸ ὄν ἢ ὄν, ens quatenus ens est. Principia mathematica-  
 rum omniumque aliarum artium per eam confirmantur. Nam si  
 dubites, an rectè definitum quidpiam sit, ad logicas definiendi  
 & dialecticas leges recurras, idem facies de causis, de genere, de  
 specie, de cæteris denique argumentis, si dubitatio sit. Omnia  
 analytica & syllogismi præcepta communia & methodi do-  
 gmata generalia sunt, nihil habent huius uel illius rei proprium.

- 1 Ad ens Aristotelicum illud quatenus ens est, spectant & referuntur, per eorum regulas, Arithmetica, Musica, Geometria, Optica, Mechanica, Physica, Ethica, omniumque aliarum artium, imò dissertationum omnium conclusiones & collocationes confirmantur. Si de veritate, si de ordine dubitatur, ad hunc tanquam omnium artium doctrinarumque omnium maximam & amplissimum & supremum Senatam recurritur. Hæc ara est communis ad veritatem salutis, hic portus est sanctissimi & incorruptissimi & nunquam fallentis iudicij, templum denique omnis sapientia: Nihil tam occultum est, quod inuentionis locis non aperiat: nihil tam incertum & confusum, quod dispositionis conclusione & ordine non confirmetur, non componatur. Et hæc Logica inuentionis Topica, & dispositionis analytica decreta supra Physica, supra Mathematica, supra Ethica, supra omnium artium denique decreta. Atque cum de principijs artium quaeritur, ad eas quaestiones dialecticam utile esse, Aristoteles primo topico longè uerius docet, idque esse μάλιστα οικειών της διαλεκτικής, germanum Dialecticam. Quamobrem non Metaphysica, sed Logica est artium omnium ἀρχικώτατη ή γυμνωτικώτατη. Socraticum dogma Aristoteles imitari uoluit uoluntatem probato: uiam cognoscendi dei
- 3 ex arte artium domina ostendere studuit? studium laudato: artem nullam, nullam cognoscendi dei uiam ostendis? excusato si lubet, uel etiam optimo maximoque deo gratias habeto, quod tibi Euangelio suo gratis ostenderit, quod tam sapientibus uiris absconderit: Principijs Aristotelicis quatuordecim Metaphysicos libros aestimato, temere creditæ authoritatis admiratione te deceptum percipies. Sed hæc satis. Teneamus Logicam κυρίαν εἶναι τῶν ἀρτων, non autem Metaphysicam, mō meminimus Metaphysicam, nullam esse scienciam: sed è Physicis, Mathematicis, Logicis quaestionibus conflata matæotechniam analyticis Aristotelis principijs uehementer improbatam: ad intermissam libri nostri literam redeamus.

DEMONSTRATIO uerò non con-  
lz. i.

uenit in aliud genus, nisi, vt dictum est, <sup>1</sup>  
 geometricæ in opticas, aut mechanicas,  
 & Arithmeticæ in harmonicas.

*Reuertitur ad syngeniam: demonstratio non est heterogeneo-  
 rum, nisi subalternorum, ut dictum est: sicuti demonstratio Geo-  
 metrica cadit in opticam & mechanicam scientiam, & Arithme-  
 tica in musicam.*

D I F F I C I L E verò est nosse, sciátne  
 quis, an nesciat. Difficile enim est nosse,  
 an ex vniuscuiusque principiis sciamus,  
 nêcne, quod est scire. Putamus autem nos  
 scire, si ex veris & primis habeamus syllo-  
 gismum. At id non est, sed oportet pri-  
 mis esse syngenea.

*Dixressiuncula est ad scientia difficultatem probandum ex  
 eiusdem syngeniæ argumento: 3*

*Syngenia difficilis est:*

*Scientia est non solum ex ueris & primis, sed etiam  
 syngeneis.*

*Propositio deest.*

## C A P V T O C T A V V M.

D I C O verò principia in vnoquoque  
 genere ea, quæ quòd sunt, non accidit de-  
 monstrare. <sup>4</sup>

*Hoc caput octauum est, in quo nihil est, nisi rerum supradic-  
 tarum perissologia inanis, & ταυτολογία, de principio, prano-*



1 rione, partibus demonstrationis. Primum repetitur definitio principij, ne tu dubites, quin principia dicat syngenæ, id est, in unoquoque genere uera principia intelligit, quorum ueritas & essentia demonstrari non potest.

QVID igitur significant etiam prima, & quæ ex iis sunt, sumitur: quòd autem sunt, principia oportet sumere: cætera uerò, demonstrare, ut quid vnitas, aut quid  
2 rectum, & quid triangulum. Esse autem vnitatem sumere, & magnitudinem, cætera demonstrare.

Secunda perissologia est, qua repetitur  $\alpha\pi\omicron\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$ , prænotio illa duplex, de qua est capite primo:  $\alpha\pi\omicron\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  significatiōis, id est, Grammaticæ & Rhetoricæ elocutionis, qua percipitur oratio, est omnium demonstrationis partium, principiorum nempe & conclusionis: intellige uerò significatiōes uerborum sumi, ut per se iam notas, aut notatione & etymologia definiri, non autem disputari uel demonstrari syllogismo aliquo: definitio enim  $\delta\omicron\nu\omicron\mu\alpha\tau\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$  tāquā nominalis, qua dicitur secundo posteriorū, aliquādo adhibetur in artibus. Sic Aristoteles secūdi physici capite sexto definit  $\alpha\upsilon\tau\acute{\omicron}\mu\alpha\tau\omicron\nu$ ,  $\alpha\upsilon\tau\acute{\omicron}\mu\alpha\tau\omicron\nu$ :  $\alpha\pi\omicron\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  autē rationis est, qua principiorū & propositionū ueritas agnoscitur, nō autē cōclusionis. Quæstio enim est, qua concludēda proponitur: si uerò demonstratiōnis terminos spectes, primū, medium, postremū, in omnibus  $\alpha\pi\omicron\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  quædam orationis & significatiōis exquiritur.  $\alpha\pi\omicron\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  autem rationis & ueritatis in medio & postremo tantūm. Hanc perissologiam Philoponus uidit, & de Aristotele sic ait,  $\phi\omicron\sigma\iota\tau\alpha\upsilon\tau\acute{\alpha}\ \acute{\alpha}\pi\epsilon\omicron\upsilon\ \pi\omicron\sigma\omicron\mu\iota\omicron\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\nu\iota\gamma\mu\alpha\tau\acute{\omega}\delta\omega\varsigma\ \acute{\epsilon}\pi\eta\kappa\epsilon\upsilon$ , dicit eadē quæ in proæmio anigmaticè dixerat. Hic seruus domini culpam confitetur, sed excusare uult, ita tamen ut a-

*puđ iudicem non oſcitantem potius accuſet: Ariſtorelica nanque i  
methodi regula uetat eandem rem dici ſapius.*

S V N T verò quibus vtuntur in demõ-  
ſtratiuis ſciētiiis, alia quidẽ propria vniũ-  
cuiuſque ſciētix, alia autem communia:  
communiam autem, ſecũdum analogiam.  
Quoniam vtile eſt, inquantũ eſt in gene-  
re ſub ſciētiam ſubiecto. Propria quidem,  
vt lineam eſſe talem, & rectum. Commu-  
nia autem, vt ab æqualibus æqualia ſi au-  
feras, quòd æqualia, reliqua ſint. Idoneũ  
autem eſt vnumquodque horum, in qua-  
tum eſt in genere. Idem enim faciet, etiã  
ſi non de omnibus quis ſumpſerit, ſed in  
magnitudinibus ſolis: Arithmetico autẽ,  
in numeris. Sunt autem propria quidem,  
& quæ ſumuntur eſſe, circa quæ ſciētia  
conſiderat quæ in ſunt per ſe, vt vnitates  
Arithmetica: Geometria autem ſigna &  
lineas. Hæc enim ſumunt eſſe, & hoc eſſe.  
Horum verò affectiones per ſe, quid ſigni-  
ficet vnaquæque, ſumunt: vt Arithmetica  
quid impar, aut par, aut quadratum, aut  
cubus: Geometria verò quid irrationale,  
aut quid inflecti, aut concurrere. Quia au-  
tem eſt, demonſtrant & per communiam &  
per demonſtrata, & Astrologia ſimiliter.

1 Quia dictum est, res artibus comprehensas proprias esse oportere non communes, utrunque modò definitur, & quæ sit in singulis  $\pi\rho\acute{o}\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  exponitur: proprium uerò quod hic appellat, non est illud catholicum quod conuertatur, sed quod sit syngeneum, exempla satis id declarant, ut linea, rectum, propria sunt Geometria: unitas, par, impar, propria sunt Arithmetica: neque tamen conuertuntur, ut quicquid Arithmeticum sit, unitas sit. Homonymia in Aristotele magnam obscuritatis causam peperit. Comune autem heterogeneum est, non tamen quoduis, sed quod superioris sit generis & doctrinae, ut axiomata illa logicae inuentionis, Si ab equalibus auferas equalia, reliqua erunt equalia, Totum maius sua parte, Idem licet affirmare, aut negare: Propter quod unumquodque tale & illud magis: Quæ secundum analogiam, id est, similitudinem rationis & proportionem ualent in disciplinis inferioribus, cum ad subiectum genus numerorum, magnitudinũ, aut aliarũ rerũ astringuntur: id uerò est analogia, & id innuit Aristoteles, cum ait, Utile est, in quantum est in subiecto genere: & item, Idoneum est unumquodque, in quantum est in genere. Communia enim illa, & logica axiomata, si numeris adhibeatur, fient Arithmetica, ut, Si ab equalibus numeris æquales auferas, reliqui erũt æquales, &c. Errat uerò Philoponus absurdè qui analogiam homonymiam interpretatur, nec enim æquiuocationem, quam uulgus appellat, & ambiguitatem uerbi nobis hic Aristoteles insinuat. Ergo res in artibus posita sunt omnes syngeneæ, & si quæ uiderentur esse communes, attamen ad subiectum genus astrictæ, propria factæ sunt, & hic ueluri prolepsis cuiusdam occurritur, quòd scientiæ quædam habeant heterogenea: At communia non habent, inquit: nam communia illa quæ uiderentur, accommodata subiecto, & certo generi, propria & syngeneæ factæ sunt. S V N T U E R O.  $\pi\rho\acute{o}\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  paulò antè adhibita, repetitur:  $\pi\rho\acute{o}\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  orationis communis omnium demonstrationis partium,  $\pi\rho\acute{o}\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$  rationis in genere subiecto præsertim requiritur, quòd sumatur, non probetur. Vbi notabis Aristotelicam legem uerissimam, quam antea citauimus aduersua

sex capitum inanissimam quaestionem, qua quaeritur, an ulla sit demonstratio.

Subiectum genus, ait Aristoteles, sumitur, non probatur:

Demonstratio est subiectum genus huius analysis:

Ergo in hac sumatur, non differatur.

Hac Aristotelis tam uera, tamque philosophica lege arguitur sex capitum & uanitates reuicio. Quaedam uidentur in hac littera mendosa, ut illud, ( Sed in magnitudinibus solis, Arithmetico autem) irem illud (Et astrologia similiter) Themistius perissologia loci huius uidit, quod paulò antè ait ἀστρολογία indistinctè & còfuse dixit, hoc nùc διαορθοῖ τὸ ἀκριβέστερον παρασημασοῖ, distinguit, & accuratius exponit. Indicium serui est, domini culpam, ut antea consentis. Si Aristoteles Aristotelis methodo uteretur, idem sapius in arte nunquam diceret, nec pluribus locis diceret, quod posset uno commodè dici. Id enim est uitium, quod methodus illa reuicit, quæ non uult sapius idem dici. Quod lex catholici primi repudiat, quæ iubet suo quodque loco dici, ne pluribus demonstrationibus ostendatur, quòd una possit ostèdi: nec in hac arte quæ sit χρυσία τῶν ἀντων, quæ leges artibus ceteris reuicia proponit & instituit, id uitium tolerari potest. Cætera artes τῶν τολογίαν fugere debent, quanto magis igitur artium mater & per quam formantur artes? Propter quod enim unumquodque tale, & illud magis dixit Aristoteles antea.

OMNIS enim demonstratiua scientia circa tria est, & quæ esse ponuntur. Hæc autem sunt, genus, cuius affectionum per se, est contemplatiua: & communia, quæ dicimus axiomata, ex quibus primis demonstrat: & tertium, affectiones: quorum quid significet vnūquodque, sumit. Nonnullas nimirum scientias nihil prohibet

1 quædam horum despiciere, vt genus non  
 supponere esse, si sit manifestum, quia est.  
 Non enim similiter manifestum, quia nu-  
 merus est: & quia calidum & frigidum, &  
 affectiones non sumit, quid significant si  
 sint manifestæ, quemadmodum neque  
 communia sumit, quid significant, vt  
 æqualia ab æqualibus auferre, quia notū:  
 2 sed nihilo minus natura tria hæc sunt, &  
 circa quod demonstrat, & quæ demonstrat,  
 & ex quibus.

Perissologia ἢ ἑταυρολογία hic rursus est, qua repetitur par-  
 titio demonstrationis ἢ πρόγωγος eius partium. Harum triū tri  
 partium due sunt, quæ ponuntur esse: hæc sunt, genus subiectum ἢ  
 axioma, quod hic appellatur commune: tertia est affectio, quam  
 scientia exquirat ἢ contemplatur, nec ponit esse: at tamen horū  
 omnium significatio sumitur. Hic igitur ἢ partitio ἢ præno-  
 3 tio demonstrationis iteratur, imò rursus iteratur ἢ ualde ine-  
 præ, quod genus subiectum non supponatur, si manifestum sit, ἢ  
 affectionis atque axiomatis significatio non sumatur, si mani-  
 festa sit. Etenim si manifestum est, sumitur, non explicatur: cur  
 igitur nunc ait Aristoteles, si manifestum sit, non sumi? postremo  
 ut πρόγωγος, sic partitio demonstrationis tribus locis iteratur,  
 quòd in demonstratione tria sint. Hanc tam inspidam perisso-  
 logiam interpres quidam cum excusare uellet, dixit antea per  
 accidens prænotiones tractatas esse, nunc per se tractari, ita iam  
 nihil tam insulsum existere poterit, quod ab insulso interprete  
 4 non insulsius defendatur. Aristotelis Methodus perissologiam nõ  
 capit, ἡ δὲ τὸ πᾶσι λέγεται, ut antea Aristoteles ipse docuit.

NON est autem hypothesis, neque po-  
 lz.iiii.

stulatum, quod necesse est esse per se, & uideri necesse est.

*Perissologia & hic noua est de principiorum partitione: principium, quod & per se clarum est discenti, & uidetur, non est hypothesis, non est item postulatum. Quid ergo est? Aristoteles nõ dicit, in eoque obscurus est, quod dissimilitudinis partem proponit, partem non dicit. Sed tamen si non est hypothesis, neque postulatum, quid est? axioma, inquam, est, ut antè iam patuit.*

NON enim ad externum & prolatum sermonem demonstratio est, sed ad interiorè animi rationem, quin neque syllogismus. Semper enim licet instare ad externum sermonem, ad interiorè autè rationem non licet semper.

*Quò pertineat hæc oratio, non satis apparet. Videtur tamen eò referri, quod Aristoteles dixerat principium uideri. Ecquid enim diceret aliquis, nõne potest aliquis principium quoduis negare? & dicere sibi non uideri? Quomodo igitur fuerit necesse uideri? Minimè (inquit Aristoteles) axioma negari potest: neque enim dico sic uideri, ut necessariò uerbis confitere, sed animo & mente. Nec enim magis obiectam ueritatem potest animus negare, quàm apertus oculus obiectum colorem non uidere. Ac demonstratio, imò syllogismus quiuis mentis est & rationis intima, quæ uerum cernit & intuetur, non externi sermonis, qui simulare & mentiri possit id sibi non uideri, quod tamen uideatur. Itaque axioma poterit aliquis uerbo negare, ἀλλὰ γλώττια τούτου φιλονεύει κατ' Εὐεπίδλω ἢ φρὼν ὃ ἔλαμύς. Sed lingua huius rixatur secundum Euripidem: mens uerò nequaquam, ait Theophrastus. Ergo axioma necessariò confitetur, qui intelligit. Hoc loco notabitur, quod in libro περὶ τῆς ἑρμηνείας allegauit, notā*

1 illam de nomine, de uerbo, de oratione doctrinam grammaticam esse non logicam: propterea quod Logica, mentis est doctrina, & rationis interioris: Grammatica, sermonis externi. λόγος ὁ ἐξω, λόγος ὁ ἐσω, quod in Græco est, Latine uno uerbo reddi non potest, imò Latina lingua in eo locupletior est, quod duas res distinctas duobus uerbis distinguat, non confundat uno ambiguo, quod de Barbaris interpretibus hinc quidam notauère.

2 QVAECVNQVE igitur demonstrabilia quæ sunt, sumit ipse nō demonstrās, hæc siquidem cūm probabilia sint, assumat, discenti supponit, & est non absolutè hypothesis, sed ad illum solum: Si verò aut nulla cūm sit opinio, aut etiam contraria cū sit, assumat, idem postulat: eoque differt hypothesis & postulatum. Est verò postulatum subcontrarium discantis opinionioni, aut quod quis indemonstrabile quòd sit, sumat, & utatur nō demonstrās.

3 Hypothesis uniusmodi descripta prius est, nunc triplex describitur: quædam est non absoluta, imò demonstrabilis, quæ ad hominem est: & quia uidetur alicui, iccirco sumit, etiam si falsum sit: quædam est absoluta & indemonstrabilis, eaque uel cūm sit, etiam apparet discenti, & generis nomine dicitur hypothesis: uel non apparet, aut etiam discantis opinionioni contraria est, & appellatur postulatum: quo nomine uocantur apud Euclidem illa, Omnes angulos rectos inter se pares esse. Omni centro & in-  
4 ternullo circulum describere.

DEFINITIONES igitur non sunt hypotheses: neque enim esse aut non esse

dicunt, at in propositionibus sunt hypotheses: definitiones verò solum intelligi necesse est. Hoc verò non est hypothesis, nisi etiam audire, hypothesein quis dixerit esse: sed quibus positus, quia illa sunt, efficitur conclusio.

*Ἐπιτομή* & hic est noua, qua reperitur differentia definitionis & hypotheseos: utraque, principium & immediatum, sed hæc propositio est, illa non est: & definitio principium tantum est, quod necesse est intelligi: at hypothesis præterea pronuntiat aliquid, & proponit esse, aut non esse: denique definitio tanquam dictio & uox aliqua est, quam non possis hypothesein dicere: at hypotheses sunt syllogismi partes, quibus positus conclusio syllogismi necessariò conficitur.

**NEQUE** Geometra falsa supponit, ut quidam confirmant, dicentes, quòd non oporteat falso uti: Geometram verò mentiri, dicentem pedalem, quæ pedalis non est, aut rectam depictam, quæ recta non est: at geometra nihil concludit, quòd hæc linea sit, quam ipse dixerit, sed ea, quæ hinc significantur.

Prolepsis est quædam: hypothesis mentitur, ut in Geometria, propterea principium non est. Responder Aristoteles Geometria picturis illis tanquam notis & signis uti, uel ad res notis illis & signis significatas demonstrandum potius abuti: denique signa non demonstrat, sed res per illa signa mentibus discens designat. Idem locus est primi priorum capite tricesimo nono, & is



1 *physicis capite secundo, & in Metaphysicis libri decimi tertiij capite tertio, & decimi quarti capite secundo, quòd Geometria non mentiatur.*

P R A E T E R E A postulatam & hypo-  
thesis omnis aut velut totum, aut velut in  
parte: definitiones autem neutrum horū.

Aliud est discrimen definitionis ab hypothesi ex adiunctis  
propositionis: hypothesi quia propositio est, totum quiddam,  
aut partem pronuntiat, horum nihil definitio. Quo loco conuin-  
2 *citur excusatio illa interpretum, qui definitionem, propositionē dicebant, sed quæ non diceret inesse in subiecto. Hic enim generalius loquitur Aristoteles. Definitio (ait) nō est propositio: quia neque de toto, neque de parte, quæ differentiæ sunt propositionis, quocunque uerbi genere proferatur. Sic adhuc hypotheseos & definitionis differentia fuit, differentia scholastica, & commen-  
3 *taria, non Aristotelica, non è principijs Aristotelicis educta: Aristoteles enim ipse hypotheseos nomine frequenter appellat omne principium, etiam cum de demonstratione loquitur: sic analytici primi capite primo definitur ἀρχαίσις ἀπὸ ἀκινήσιν ἀπὸ εἰς ἀρχῆς ὑποθέσεων εἰλημμένη. Propositio demonstratiua per hypotheses ex principio sumpta.**

*d fi tui non p prope  
qua n p parte  
est p  
m ) p  
entr*

S P E C I E S igitur esse aut vnumquid-  
piam præter multa, non necesse est, si de-  
monstratio fuerit. Esse verò vnum de mul-  
tis, verum dicere necesse est. Nō enim erit  
vniuersale, nisi id fuerit. Quòd si vniuersa-  
4 *le non fuerit, medium nō erit: Itaque neque demonstratio. Oportet igitur aliquid vnum & idem in pluribus esse, non homonymum.*

Digestio est in species uel ideas, qua à rebus seiuncta, ueluti  
 essentia quadam consistant. Quam de ideis sententiam Aristo-  
 teles Platoni uidetur multis locis attribueri, qui alicubi docere  
 in summo deo omnium rerum species & ideas esse, uelut in sa-  
 piente homine multarum & uariarum rerum notitias. At Plato  
 ideas esse essentias seiunctas quòd animaduertit, nusquam di-  
 cit: imò per Socratem in Parmenide talem de ideis sententiam  
 refellit, & differit nullas species esse nisi logicas, qua de multis  
 dicantur, & eadem sint in multis, sicut Aristoteles hic ait. Et Ari-  
 storeles ipse in Metaphysicis, ubi contra ideas tam multa dispu-  
 tat, nominatim ait libri decimi tertij capite quarto ἀλλ' ὁ μὲν  
 Σωκράτης τὰ καθόλου οὐ χωρὶς ἀέποιε, οὐδ' ἐ τοῦ ὀρισμοῦς.  
 At Socrates uniuersalia non separata faciebat, neque definitio-  
 nes. Et rursus eiusdem libri capite nono, τὸ τοῦ ὡς περ ἐμασθε-  
 σθεν ἐλέγομεν, ἐκίνησε μὲν Σωκράτης διὰ τοῦ ὀρισμοῦς, οὐ  
 μὲν ἐχώρισέ γε τὸ καθέκαστον, καὶ τὸ τοῦ ὀρθῶς ἐνόησε οὐ χω-  
 ρίσας. Hoc uerò quemadmodum antea diximus, mouit quidem  
 Socrates circa definitiones, non tamen separauit singula, idque  
 rectè intellexit non separans. Et certè, ut Aristoteli multa ab in-  
 terpretibus suis imposita esse iam docui, sic res ipsa cogit fateri  
 multa Platoni per ignorantiam aut falsam calumniam attributa:  
 qua per interpretes partim Platonica, partim Aristotelica  
 Philosophia peruerse imbutos, ut Porphyrium, Proclum, Ammo-  
 niū, & similes cōfirmata sunt, & de ideis praesertim illud est sic  
 acceptum, quasi Plato id sine dubio sentiret: quod tamè, ut dixi,  
 in Parmenide Socrates perspicuè & apertè refellit, quod Aristo-  
 teles etiam ipse de Socrate testatur. Sed tamen dixerit Platonius  
 eiusmodi commentitius aliquis ideas esse, & quidem iccirco  
 esse, quia demonstratio sit: imò (dicit Aristoteles) si species com-  
 munit nulla sit, demonstratio non erit. Nam

Si nō sit uniuersale, nō erit mediū, neque demonstratio.

Si non sit species communis, non erit uniuersale:

Si non sit igitur species communis, non erit mediū,  
 neque demonstratio.

NON accidere autem simul affirmare & negare, nulla sumit demonstratio, nisi oporteat demonstrare & conclusionem sic: demonstratur autem sumentibus primum de medio, quod verum, negare autem non verum. Medium autem nil refert esse, & non esse sumere, utique etiam tertium. Si enim datum sit de quo hominem verum dicere, & si non hominem, verum nisi solum hominem animal esse, non animal autem, non. Erit enim verum dicere Calliam, & si non Calliam, tamen animal non animal autem, non.

Digestio est alia, quomodo ex axiomate contradictionis demonstrandum sit, primo in demonstratione recta, deinde ad impossibile. In demonstratione recta, axioma illud erit maius extremum, non medium, non minus extremum: nec adhiberi potest aliter, nisi sit *συμπέρασμα*, id est, de subiecto concludatur: sic enim prius acceptum est *συμπέρασμα*, cum dictum est tres esse partes demonstrationis, *συμπέρασμα*, *ἀξιωμα*, *γενος ὑποκειμένου*: ut

*in demo strati n r*  
*m. contra c*  
*, nec*  
*ad*  
*medi: et tenti*  
*l. ea cote est out*  
*atur*

Homo est animal, non autem non animal:

Callias homo est:

Callias igitur est animal, non autem non animal.

Nec refert ad concludendum axioma illud de subiecto, an medium & tertium etiam contradictione similiter afficiatur, nec enim secus concludetur: ut

Homo & non homo, est animal & non animal:

Callias & non Callias, est homo & non homo:

Callias igitur et non Callias, est animal et non animal.

In hoc exemplo scilicet axioma fuerit additum ad omnes demonstrationis partes, & tamē, ut Aristoteli placet, additum medio & tertio, nihil facit ad concludendum quod erat positum.

C A V S S A verò, quòd primum non solum de medio dicitur, sed & de alio, quia fit in pluribus. Itaque si mediū & ipsum est & non ipsum, ad conclusionē nihil refert.

Causa est, cur contradictio in medio posita, nihil mutet primam conclusionem, quòd primum sit cōmunius & generalius. Hæc huius loci doctrina est de axioma contradictionis in demonstratione recta, doctrina sanè à uano aliquo futilique *sophista* translata, & si usquam ulla est, merè & sincerè *sophistica*. Erenim, ut nihil de obscuritate loci huius dicam, sed de sola falsitate dicam, quid est quod hîc nobis proponitur? axioma, est principium, ut superior doctrina posuit, *αὐτόπιστον, ἀμεσον, ἀναπόδεικτον*, per quod *πᾶθνημα* de subiecto genere concludatur, & contradictio- nis axioma omnium axiomatum primum positum est, at in hæc bella demonstratione axioma contradictionis fit *πᾶθνημα* conclusionis. Est enim maior pars conclusionis. Quamobrem tam insulsus, tamque absurdus error attendatur. Principiū principium est axioma: axiomatum omnium primū numerat Aristoteles contradictionis illud decretum. At nunc docetur in demonstratione recta sic adhibendum esse, ut queratur, & per medium aliud concludatur. Si quicquam igitur in totis analyticis minime Aristotelicum est, illud est certè: Aristoteles principium maius, & excellentius nullum habet illo, ἢ μὲν ἐμωρεπία τέχνην ἐπαινοῦσιν ἢ ἀμωρεπία τέχνην, at non semper adhibet.

O M N E verò affirmare aut negare, ad impossibile demonstratio sumit. Idque neque semper vniuersaliter, sed quātum sa-

p. i. p. l. u. r. i. t. e.  
 ax. om. at.  
 et p. r.  
 at  
 ut  
 v. o. m.  
 a  
 m.  
 o.  
 r. t. i.  
 ut p. r.  
 not  
 r. r. ant. l. r.

tis est. Satis autem est in genere. Dico autem in genere, ut circa quod genus demonstrationes adhibet, quemadmodum dictum etiam prius.

*Alter est locus quomodo sit utendum axioma-  
te contradictionis: in demonstratione, nempe ad impossibile, adhibetur illud axioma, a-  
strictum uidelicet ad certum genus, ut generaliter adhi-  
bentur omnia axioma, & principia cōmunia, sicut antea iam  
dictum est: atque hanc partem libentius audio, quàm illam supe-  
riorem, & ut Aristotelicam recipiō, & addo præterea.*

COMMUNICANT VERÒ OMNES SCIENTIÆ inter se secūdum communia: cōmunia verò dico, quibus utuntur, velut ex iis demonstrantes: sed non de quibus demonstrant, neque quod demonstrāt. Et dialectica cum omnibus cōmunicat, & si qua vniuersaliter conetur demonstrare communia, ut quod omne affirmare, aut negare, aut quod æqualia ab æqualibus, aut eiusmodi quædam. Dialectica verò nō est sic definitorum quorundam, neque generis vnius cuiusdam: non enim interrogaret: demonstrantem enim non licet interrogare, quia ex oppositis non demonstratur idem: demonstratum autem id in iis quæ de syllogismo.

*Perissologia est, qua repetitur è capite superiore communio*

scientiarum, quod omnibus scientiis specialibus communia sint  
 quaedam principia, id est media, non autem genera subiecta, de  
 quibus demonstratur, neque  $\omega\alpha\delta\eta\mu\alpha\tau\alpha$  quae demonstrantur: at  
 dialectica omnibus scientiis & artibus communis est, ut iam di-  
 xi. Hac uero scientia, ut interpretes hic aiunt, metaphysica est: Ari-  
 stoteles tamen hic metaphysicam non nominat, sed demonstra-  
 tem, cum dicit dialecticam interrogare, demonstrantem non inter-  
 rogare: & si Metaphysicam hic significare uoluit, certe confir-  
 mat (quod antea dixi) metaphysicum philosophum & demonstra-  
 torem analyticum eundem esse: uniuersalem uero hanc scientiam  
 uidetur Aristoteles etiam undecimo capite primi  $\beta\eta\gamma\chi\omega\nu$  &  
 dialectica distinguere,  $\nu\upsilon\nu\ \delta\iota\ \omicron\upsilon\kappa\ \epsilon\sigma\tau\iota\ \delta\epsilon\ \delta\iota\alpha\lambda\epsilon\chi\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma\ \omega\pi\epsilon\pi\iota\ \gamma\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$   
 $\tau\epsilon\ \delta\omicron\pi\iota\sigma\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\nu$ ,  $\omicron\upsilon\delta\ \epsilon\ \delta\epsilon\iota\kappa\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma$ ,  $\omicron\upsilon\delta\ \epsilon\ \tau\omega\iota\upsilon\tau\omicron\varsigma\ \omicron\iota\omicron\varsigma\ \delta\ \kappa\alpha\theta\acute{\alpha}\lambda\omicron\upsilon$ : Nunc  
 uero non uersatur dialecticus circa genus ullum definitum, ne-  
 que demonstratiuus est, neque talis, qualis est uniuersalis: ubi  
 interpret Alexander uniuersalem, theologum, & primum phi-  
 losophum interpretatur. Fuit uero & Aristoteli, & Aristoteli  
 sectatoribus & emulis ualde simplicis & imperiti animi sta-  
 tuere uniuersale hoc documentum, metaphysicamque esse domina-  
 omnium artium ac magistram, ex Aristotelicis autem principijs  
 non explorare, non animaduertere, non experiri, an metaphysi-  
 ca preceptis & institutis suis artes omnes possit instituire. Nec  
 enim metaphysica tota, ut iam dixi, quicquam docet de syllogis-  
 mo, aut methodo: nihil denique de tota, uel singulorum argum-  
 torum uel uniuersorum collocatione, ut si dubites de rei ueritate  
 rectene concludatur, an non, metaphysica nihil adiuuare te po-  
 terit, si de ordine & collocatione dubites, metaphysica nihil ad-  
 iuuare te poterit, & quicquid ad conformandas artes metaphy-  
 sica commoditatis habet, & auxilij, id habet logica etiam hac  
 organica, licet confusissima. Id, inquam, habet de causis, de gene-  
 re, de finitione, & caeteris logicis argumentis, quae metaphysica co-  
 fundit, & habet multo copiosius, quam metaphysica. Metaphy-  
 sica conatur demonstrare axioma contradictionis: hic conatur  
 est (ut iam dixi) in  $\gamma\acute{\alpha}\mu\mu\alpha$  metaphysico ineptissimus, maxi-

pr  
 2  
 3  
 4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100

- 1 *méque deridendus. DIALECTICA VERO. Describitur (ut aiunt interpretes) discrimen dialecticæ & metaphysicæ, & certè videtur: sed quale uideamus: dialecticæ non est definiti & terminati generis, uerū est. Omnia enim quacūque sint, suis legib<sup>9</sup> cōplectitur, omnia differit & disceptat, id est, ens quatenus ens spectat. Cur ita? quia (ait Aristoteles) non interrogetur: artifex enim certi generis, & demonstrator nō interrogat, quia idē oppositorū esse non demonstratur, ut suscipit tamen & differit dialecticæ: ut in libris de syllogismo dictum est, id est, analyticis prioribus, ubi notab<sup>9</sup>, quod iam monui, analytica, priora nō appellari ab Aristotele, sed de syllogismo. Ergo hoc est discrimen dialecticæ & metaphysicæ, uel potius apodicticæ: Metaphysicū enim hic Aristoteles non appellat, sed demonstrantiem, ut dixi, discrimen (inquam) sed ex Aristotelis placitis, non ex Aristotelis principis deductum. Nec Aristotelicum hoc est, sed translaticium est: quantum tam sæpe in organo logico repetitum, in libro περὶ ἑρμηνείας sectionis tertiæ capite secundo: itē primo capite primi priorū: itē in topicis primo & octauo libro, rursus in ἐλέγχων πρώτῳ libro, capite nono. Dialecticæ interrogat, metaphysicæ sumit: illius uidelicet institutio precaria est, huius est propria & libera.*
- 3 *Ecquid (inquā uetat interrogationibus artes & scientias omnes & dialogo aliquo cōstitui? Quid ad sciētia discrimē atinet, quomodo doceatur, siue discipulum interroges, eiusque sensum & intellectum ἀποδιδοῦσθαι, sui que ipsius magistrum & doctore facias? siue uelut intelligens iam, planēque cognoscens res per se notas tradas & proponas? Quod, inquā, modus hic uel interrogandi, uel proponendi, si re eadē uel interrogetur, uel proponatur, sciētia discrimen habet? Plato maximā philosophiæ partē interrogandis rebus instituit: Aristoteles cōtrā proponendis & sumendis: an erit iccirco Platonis philosophia dialectica? Aristotelis metaphysica, uel apodictica? Sed quid plura? Aristoteles ipse proximo capite ait omnium scientiarum proprias interrogationes esse. Ergo non sola dialecticæ interrogat, sed cetera quoque interrogat artes & scientiæ. Hanc ἀντίφασιν interpretes uiderunt: itaque*

celeriter occurrunt, non eodem fine dialecticam, & ceteras artes  
interrogare, sed dialecticam uerrogare ad captandum discensu  
assensum, ut inde concludatur: generis autem certi opificē & de-  
monstratorē interrogare, εἴ ποτε ἄλλῃ περιεχῶν βουλοιστῶν τῶ  
αὐτῶ ὅπως ἡμῶν ἐπαγγελόμενου, si quando alium peruenire  
uelit eiusdem artis professorem, ait Themistius, at inquam, hæc  
distinctio ridicula est: illud enim περιεχτικὸν genus, de quo in  
elenchis, dialecticā uicinius fuerit, quàm ulli alij disciplina. At si  
hoc uerū conceditur, tamen hac etiam distinctiōne interrogatio-  
nē omniū artium esse cōmunem cōcedetur. Quamobrē tollatur hoc  
tam commentitium discrimen, quod dialectica interroget, apodi-  
ctica proponat & sumat. Id enim omnium artium commune est,  
& hoc discriminē quod ponitur dialecticā ab apodictica seu me-  
taphysica non est aliud, quàm dialecticā ab ipsa dialectica, cu-  
ius opera modò apodictica, modò probabilis, modò captiosa  
sunt: ars tamē omnium communis est & una, inuentio nempe &  
dispositio. Quare nihil Aristotelicū hic est. Sed primo animad-  
uersionum libro satis hac de re.

### CAPVT NONVM.

SI VERÒ eadem est interrogatio syl-  
logistica & propositio cōtradictionis, pro-  
positiones autem sunt in vnaquaque scie-  
tia, ex quibus syllogismus in vnaquaque  
fuerit, interrogationes scientificæ fuerint,  
ex quibus in vnaquaque scientiā germa-  
nus est syllogismus.

Adhuc octauum caput fuit in perissologia principiorum &  
prænotionum, partium demonstrationis, communione artium,  
digressionibus de geometris & ideis, & quidem nomine syngenis  
accumulatum. Nonum sequitur in eadem syngenia, perissologia



est heu quanta, & quoties iam cantata? Imò uerò quanta de re  
 & nobili non adinuerfa? Perissologia est (inquam) syngen-  
 ea. Omnia quæ sunt in scientia, inter se syngenea debent esse, per  
 differuit quartum caput. Omnia quæ sunt in scientia, inter se  
 syngenea debent esse, differuit septimum caput. Omnia quæ sunt  
 in scientia, syngenea inter se debent esse, differuit octauum caput.  
 Omnia quæ sunt in scientia, inter se syngenea debent esse, disse-  
 rit iterum nonum caput, tam magnificam, tamque præclaram de  
 constituendus artium finibus legem libenter audio, quatuor ca-  
 pitibus inanisimè & ineptisimè contra Aristotelis methodum  
 eandem cantilenam cantari, non libenter audio. Chrysippo, in-  
 quit in Placitis Hippocratis & Platonis Galenus, id placuit, ut  
 de eadè re non bis aut ter, sed quater interdum, etiam quinques  
 in diuersis operibus diceret, quod imprimis euitabunt ij, qui tēpo-  
 ris ortique sui rationem habebunt: at Chrysippum uincit Ari-  
 stoteles, qui non solum in diuersis operibus, sed in eodem tam fre-  
 quenter eandè rem repetat. Ergo syngenia continuatur, quòd in  
 unaquaq; scientia sit interrogatio domestica, cognata, syngenea:  
 Propositiones sunt in singulis scientiis, unde cognatus &  
 syngeneus efficitur syllogismus:  
 Interrogationes syllogisticae, sunt ipsæ propositiones:  
 Interrogationes igitur syllogisticae sunt, ex quibus co-  
 gnatus & syngeneus efficitur syllogismus.

Aristoteles hic aperte disputat, & interrogationes in omnibus  
 artibus collocat, contra quàm proximo capite docebatur. Ergo  
 hoc Aristotelicum nobis est, quia uerum: illud Aristotelicum nobis  
 non est, quia falsum.

MANIFESTVM igitur, quòd non o-  
 mnis interrogatio Geometrica fuerit, ne-  
 que medica, similiter autem etiã in aliis,  
 sed ex quibus demonstratur aliquid, de quo  
 Geometria est, aut ex iis demonstratur quæ

sunt eadem Geometriæ, vt optica: simili-  
liter verò & in aliis. Ac de iis etiam ratio  
reddenda ex Geometricis principiis & cō-  
clusionibus: de principiis autem ratio nō  
reddēda Geometræ, quatenus est Geome-  
tra, similiter autem & in aliis scientiis.

*Disputatur exemplis proposita interrogationum syngenia. Nō  
omnis itaque interrogatio Geometrica fuerit, neque medica, sed  
ex qua utique demonstrabitur aliquid Geometricum aut medicū:  
etsi dubitationis aliquid interrogatio habeat (nec enim pro-  
positio solūm uel assumptio, sed etiam conclusio interrogatur) ex  
proprijs & syngeneis Geometriæ uel proposita disciplina prin-  
cipijs erit demonstranda: ipsa tamen principia nequaquam pro-  
babuntur in sua arte: sunt enim eius prima rationes, & sapientiam  
dictum est principia esse ἀμεσα, πρώτα, ἀναπόδυστα. E A-  
DEM GEOMETRIÆ. Heterogenea dixit πρῶτα  
ὑπ' ἀλλήλα, ut Geometriā & opticam, & nunc κατὰ γένος προ-  
τερον appellat eadem. CONCLUSIONIBVS. Cō-  
clusiones appellat res conclusas & demonstratas: sic superiore  
capite pro eodē dixit ἐκ τῶν ἀποδεδειγμένων, ex demonstratis.*

**N E Q V E** omnis utique vnicuique sciē-  
ti interrogatio interrogāda, neque omne  
interrogatum respondendum de vnoquo  
que, sed secundum scientiam definita. Si  
quis verò sic disputet cū Geometra, qua-  
tenus Geometra, manifestum quòd etiam  
bene, si quid ex iis demonstret: sin minus,  
non bene. Manifestum verò, quòd neque  
refutat Geometram, nisi secundum acci-

dens. Itaque non fuerit in geometricis de Geometria differendum: nescietur enim qui vitiose disputet. Similiter verò etiam in aliis scientiis.

*Syngenia rursus cantatur eadem, sed in coniugatis. Dicitur est prius, scientia quæuis habet syngeneas interrogationes. Nunc dicitur, sciens quæuis syngeneas habet interrogationes & responsiones, & si quis sic disputet in quavis arte, bene disputabit: si quis secus disputet, malè disputabit.* SECVNDVM ACCIDENS. Accidens heterogeneum dicit, ut antea. ITAQUE NON. Concluditur syngenia nomine Geometria, quod idem de cæteris disciplinis est intelligendum. Grammatica Grammaticè, Rhetorica Rhetoricè, Logica Logicè, Arithmetica Arithmeticè, Geometria Geometricè, Musica Musicè tractari debent, & cætera denique artes suis sibi que cognatis & syngeneis rationibus uti: Plato iubet in Rep. unius artis, unum artificem esse. Quod si Platonica lege fuerim (ut ferè sunt) artifices distincti, uelique sutor de texèdo, rector de suendo, sartor de pinsendo, pistior de sarciendo disputare, dicitur proterius, id non est artis & professionis tuæ. Sutor Apellis imaginem de crepida reprehendit. Apelles tulit, id enim faciebat ex arte: amictum cum etià reprehenderet, Ne sutor (inquit) ultra crepidam. Ergo Aristoteles concludit ex syngenia sua fines artium terminosque distinguendos esse, hancque syngeniam legem tanquam principem quædam & iudicem artium omnium constituit. Qua lege dices Grammatico Grammaticam in methodicam & historicam partienti, peccas, quia historicè ex poetarum, historiarum, astrologia, & reliquarum disciplinarum cognitione, non est artis tuæ germana & syngenea. Dices rhetori rhetoricam in quinque partes diuidentem, inuentionem, dispositionem, elocutionem, actionem, memoriã, peccas: inuentio enim dispositioque & memoria mentis sunt & rationis & propriæ logicorum: syngeneæ tuæ arti nõ sunt. Dices

logico, nominum, uerborū, orationis, quātitatis, in numero & magnitudine: substantia, qualitatis, in habitu & dispositione, patibili qualitate, potentia naturali & impotentia: multarumque aliarum rerum non syngenearum doctrinam sibi sumenti, peccas: hæc aliarum sunt artium, tua non sunt: usus communis est, doctrina suo generi subiecto tantum syngenea. Dices Geometrarum analogiam usurpanti, alienam derines: hæc doctrina est Arithmeticorum, tua non est. Dices Physico comune causarum explicationem sumenti, peccas: ista tibi syngenea non sunt: ad familiam Logicorum pertinent, ne tibi igitur aliena uendicato. Dices Metaphysico illi nescio cui, Physicas, Mathematicas, Logicas altercationes miscenti, peccas grauissimè omnium magister, syngeneum nihil habes: ista omnia aliena sunt: in his proprium nihil habes. Denique hac una τῆς Κυβερητικῆς, tam grau, tam imperatoria lege omnium artium fines regere & componere licebit.

Q V O N I A M verò Geometricæ sunt interrogationes, vtrum sunt etiam Ageometricæ? & in vnaquaque scientia quæ sunt secundum ignorantiam qualem Geometricæ sunt? & vtrum secundum ignorantiam syllogismus est, qui est ex oppositis syllogismus an paralogismus? Secundum Geometriam verò, aut ex alia arte, vt Musica interrogatio est, Ageometrica in Geometria. AEquidistantes autem concurrere putare, Geometricum est quodammodo, & Ageometricum alio modo. Duplex enim id est, vt arithmum & alterum quidem Ageometricum, quia nõ habeat

velut arrithmum: alterum verò quia peruerſè habeat, & ignorantia hæc ex talibus principiis contraria.

Disputatio ſequitur inutilis, & contra leges analyticas. Cognouimus quid eſſet ſyngenia, contrarium hinc agnoſcimus. In arte Grammatica dicendum non eſt, cum docueris ſyntaxin adiectiu & ſubſtantiu conuenire in genere, numero & caſu, cum inquam hoc docueris, non eſt dicendum quid ſit contra hanc legem non Grammaticum: ut dicas ſolaciſimum fore, ſi genere, item ſi numero, item ſi caſu, item ſi genere & numero, item ſi genere, numero, caſu partes diſcrepent. Rectum, eſt index ſui & obliqui: nec ad uſum artis refutatio contrariæ falſitatis attinet. Ac hic quaeritur, an ſit aliquid heterogeneum, & quocumque & negationum doctrina nobis inſtituitur. Ergo hic diſputatio eſt per contrariam heterogeniam: Geometrica interrogatio eſt, qua eſt Geometriæ cognata germana, ſyngenea: A geometrica eſt igitur, contra qua talis non eſt, eaque ignorantia duplici poteſt accedere. ἢ τῷ παντελῶς ἐννοια μὴ ἔχειν τὸ ἀεὶ ἰσχυροῦς, ἢ τῷ φανῶς ἔχειν, aut quia omnino nullam rei ſcientiam habeat, qui quaerit: aut uitioſam & prauam habeat, ait Themiftius. Illa ignorantia κατ' ἀπόφασιν, ſecundum negationem: hæc κατὰ διάθεσιν, ſecundum diſpoſitionem dicitur capite duodecimo huius. Et negationis ignorantia heterogenea eſt, ut ſi in Geometria Muſica quaſtio tractetur: διαθέσεως duplex modus attingitur, ſi falſum argumentum ſit, ſi captioſa & fallax argumentatio: illud appellatur hic ſyllogiſmus ex oppoſitis, id eſt falſis: falſa enim ueris opponuntur. Hoc appellatur ἀεὶ ἰσχυροῦς, id eſt, ἀσυλλογιστὸς ſυλλογιſμὸς, qui conſtantiſſimam ſyllogiſmi formam nō ſequitur. Itaque cum heterogeneum producitur, ignorantia negationis eſt: cum ex eadem arte falſum aut captioſum, diſpoſitionis. GEOMETRICA. Locus hic eſt mendoſus: ſententiã Philoponus apertius oſtendit, ἀεὶ ὡς περ' ἐστὶ γεωμετρικῆ

ἑρωτήματα, ὅπως ὅτι ἔ ἀγεωμέτρητα, ἔ ὅτι ἔ ἄλλων ὅμι-  
 βημάτων ὡς αὐτῶς. καὶ εἴ ἄρα εἰσὶ, ποῖα εἰσὶ τ' αὐτὰ, καὶ κατὰ  
 ποῖαν ἀνοιαν ἀγεωμέτρητα ἀγείν. utrum quomodo  
 sunt Geometrica interrogationes, sic sunt arithmetice? & in  
 alijs scientijs similiter: & si sunt, quales hæc sunt? & secundum quam  
 ignorantiam arithmetica sunt? Hæc Philoponus, quibus osten-  
 dit, ubi legitur in Græca litera, τίω ποῖα γεωμετρικά ὅμι-  
 βηματα, legendum esse ἀγεωμέτρητα. Sed arithmeticum  
 est in Geometria, musicum: & amusicum in Musica geometri-  
 cum. Quid ita (inquires?) quia inquam, heterogeneous est, etiam si  
 uerum, etiam si syllogismo constanti conclusum. Non enim satis  
 est esse uera & necessaria principia, nisi sint etiam syngena, &  
 hæc est ἀποφάσεως ἀνοια. Qui putat æquidistantes lineas con-  
 currere, geometricum quiddam & arithmeticum putat. Est  
 enim Geometria, lineas tales definire, & ea Geometria uerba  
 sunt, & ideo arithmeticum quodammodo, & idem tamen arith-  
 meticum est, quia legibus Geometriae & decretis contrarium,  
 quibus statuitur, æquidistantes in infinitum productas nunquam  
 concurrere. Hic error igitur, quia ex eadem arte falsum sumit, est  
 ἀποφάσεως.

IN disciplinis verò non est similiter pa-  
 ralogismus, quia medium est semper du-  
 plex. Etenim de hoc omni & hoc rursus  
 de alio dicitur omni. Attributum tamen  
 non dicitur omne. Hæc verò licet velut in-  
 telligentia videre. In concertationibus au-  
 tem latet, utrum omnis circulus figura.  
 Si verò scripseris, manifestum. Quid autè  
 carmina circulus? manifestum quòd non  
 sunt.

Digressio est ex ignorantia proposita occasione, quòd differat

inter se apodictica & dialectica, primum paralogismis illic ratio-  
 ribus propter certitudinem rerum, hinc frequentioribus propter  
 ἀοριστίας incertitudinem: in Geometria quid circulus sit, patet:  
 id enim definitum est. IN CONCERTATIONI-  
 BV S. Græcè est ἐν τῷ τοῖς λόγοις in contentionibus dialecti-  
 cis: sic enim appellat Aristoteles: & paulò post διαλόγους, quas  
 φιλονεκείας & διαλεκτικὰς σαυουσίας & μεθόδους ἐπὶ δια-  
 λέξεϊς interpretes appellant: sed in contentionibus latet, quia  
 circuli nomen ambiguum est, & significat tum figuram geome-  
 tricam, tum uersus sic compositos, ut finis primi sit initium secu-  
 di, & secundi finis initium tertij, & deinceps: aut ita confusos,  
 ut nihil intersit unde sumas initium sententiæ. Posterio-  
 rem expositionem Philoponus mauult: ego priorem. Figura uerò nomi-  
 nis eius est, quæ uocatur à Rhetoribus ἀναδίπλωσις, ut apud  
 Virgilium,

-sequitur pulcherrimus Astur

Astur equo fidens:

Ergo si contentiosus aliquis in Geometria disputet hoc modo,

Omnis circulus est figura:

Carmen quoddam circulus est:

Carmen igitur quoddam est figura.

3 Quatenus Geometra assumptionem planè negabis, quia tale ni-  
 hil habeas in Geometria, quatenus dialecticus homonymiam uer-  
 bi distingues.

NON oportet autem instantiã in ipsum  
 ferre, si sit propositio inductiua. Vt enim  
 neque propositio est, quæ nõ est in pluri-  
 bus: non enim erit in omnibus: ex vniuer-  
 salibus autem syllogismus, manifestum  
 quòd neque instãtia. Eadem utique pro-  
 positiones & instantiæ. Quam enim fert

instantiam, hæc fuerit propositio aut apodictica, aut dialectica.

*Sententia huius loci est, instantiam esse uniuersalem, quia*

*Omnis propositio uniuersalis est:*

*Instantia est propositio:*

*Uniuersales igitur.*

*At propositio syllogismi huius falsa est: sunt enim quædam propositiones in parte. Quinetiam conclusio ipsa falsa: nam uniuersali contradicitur specialiter, & quidem fortius, quàm uniuersaliter. Nec dici potest hic de instantia apodictica præcipue præcipi, cum dicatur instantiam apodicticam aut dialecticam esse. Postremum considera, & indica quorsum hæc tendunt. Interim seruales excusationes hinc non audio.*

**A C C I D I T** verò nonnullos asyllogisticè dicere, quia sumant utrisque consequentia, ut Cæneus facit, quod ignis in multiplici analogia. Etenim ignis celeriter generatur, ut ait, & hæc analogia. Sic verò non est syllogismus, sed si celerrimam analogia sequatur multiplex, & ignem celerrima in mutatione analogia. Quandoque enim non accidit concludere ex sumptis: quandoque verò accidit, sed non videtur.

*Hic aliqua est, licet obscura, cum superioribus coherens: de paralogismis dictum erat: nunc dicitur eos in secunda figura fieri ex duabus affirmationibus: quomodo peccabat Cæneus quidam sophista.*

*Quòd analogia fit multiplici, generatur celeriter:*



Ignis celeriter generatur:

Ignis igitur fit analogia multiplici.

At hac forma ἀσυμλογισῶς, & inconstanter ex duabus affirmationibus in secunda figura concluditur: at si conuertantur partes propositionis, attributæque subiiciantur, in prima figura rectè concludetur:

Quod celeriter generatur, fit multiplici analogia:

Ignis generatur celeriter:

Igitur fit multiplici analogia.

Litera mutilata est. ET HAEC ANALOGIA. Sententia est propositionis primi syllogismi hinc offusa:

Quod analogia fit multiplici, celeriter generatur:

Deinde (celerrimam) intellige generationem, ut propositio secundi syllogismi hinc eruatur. ANALOGIA. In hoc uerbo conclusio secundi syllogismi capienda est. Analogia uerò multiplicis metaphora & similitudine Caneus sophista nil aliud nisi celeritatem ostendere uoluit, propterea quòd ex omnibus analogiis & proportionibus facillimè multiplex augeatur, ut duplex ab unitate in hunc modum 1, 2, 4, 8, 16, 32, 64, 128, & deinceps. sic triplex, & reliquæ multiplices in aliis analogia generibus: non itè, ut Arithmetici docent. ALIQUANDO. Ex  
 3 duabus affirmationibus aliquando concluditur in secunda figura, si partes propositionum conuertantur, ut definitio definitum, subiectum proprium. Id tamè non fit syllogistica dispositio-  
 nis necessitate, sed rerum naturali coniunctione. In exemplo autè  
 4 multiplicis analogiæ Alexander à Philopono ueluti  $\mu\eta\ \pi\omicron\lambda\lambda\omega\ \epsilon\acute{\iota}\nu\ \mu\alpha\theta\eta\mu\alpha\tau\iota\kappa\omega\ \epsilon\chi\omega\nu$ , non ualde in mathematicis exercitiis arguitur, qui pro exemplo multiplicis analogiæ proposuerit duo ad tria, & ducenta ad trecenta. Hæc enim proportio non est multiplex, sed  $\delta\pi\mu\acute{o}\rho\iota\omicron\varsigma\ \eta\mu\acute{\iota}\omicron\lambda\iota\omicron\varsigma$ , superparticularis sesqui altera. Quo loco iudicare iam planè potes Alexandrum Aphrodisæum Aristotelicæ philosophiæ (quæ tota mathematicis exemplis informata est) imperitum & ignarum fuisse. Attamen hic  
 primus & præcipuus Aristotelicæ philosophiæ interpret habet

tur, qui confusionem aut induxit, aut certe confirmavit, qua logicam videmus esse confusam, qui mendosos, captiosos, falsos locos tectorio nescio quo inducere, quam quales erant, aperire maluit, qui in logicis libris interpretandis nusquam logica usum adhibuit. Ergo hunc ducem interpretandi & principem reliqui sum interpretes ferè secuti, nec in explicanda Aristotelis Logica, logicum philosophi iudiciũ, sed cæcum serui obsequium sibi adhibendum putauerunt.

S I V E R O' esset impossibile ex falsis verũ demonstrare, facile esset retexere. Cõuertetur enim ex necessitate: Esto enim  $\alpha$ , ens: hoc verò cum sit, hæc sũt, quæ noui quod sunt, vt  $\beta$ : Ex iis igitur demonstrabo, quod est illud. Cõuertũtur autẽ magis quæ sunt in disciplinis, quia nullum accidens recipiunt, quin etiam hoc differunt à concertationibus, sed definitiones.

Differentia & hic aliqua est, quòd analysis sit difficultior dialecticis, quàm in apodicticis: syllogismus hic quidam est,

Si non esset possibile ex falsis uerum demonstrare, facilis esset analysis:

Sed est possibile:

Non igitur facilis.

Propositio probatur, quòd tum conuerteretur syllogismi consequens cum antecedente, & quemadmodum si fuisset antecedens, esset consequens: ita si fuerit consequens, antecedens erit: at hæc antecedentis consequentis que conuersio magis est in apodicticis.

Sic enim  $\mu\alpha\delta\eta\mu\alpha\tau\alpha$  rursus hic accipio, quia omnes propositiones sunt definitionum, nullæ sunt accidentium, ut pleræque sunt in concertationibus & communibus disputationibus, eoque apo-

ut fm  
pro  
trouit nullæ acci-  
de- nes sunt  
m b. definitionum,  
con. nullæ sunt  
accidentium,  
ut pleræque  
sunt  
in concertationibus  
& communibus  
disputationibus,  
eoque apo-

dictica differt à dialectica. Hic δὲ λόγους appellat Aristoteles, quos paulò antè λόγους, id est, φιλονεικείας. Apodicticæ (inquit Aristoteles) sunt non accidentia, sed definitiones. Locus non factis accuratus est: definitionis enim nomine intelligit, quæ media apodictica, id est, prima & immediata sint: quæ definitiones integras perpetuò nō habent: & sic aliàs loquitur cū dicit, omnis demonstrationis medium esse definitionem.

AVGETVR neque per media, sed assumendo, vt  $\alpha$  de  $\beta$ , hoc de  $\gamma$ : rursus hoc de  $\delta$ , & hoc in infinitum: & in obliquū, vt  $\alpha$  etiam de  $\gamma$ , & de  $\epsilon$ , vt est numerus quotus, aut etiam infinitus: hoc autē in quo  $\alpha$ , impar numerus, quotus in quo  $\beta$ , numerus impar in quo  $\gamma$ . Est igitur  $\alpha$  de  $\gamma$ , atque est par quotus numerus in quo  $\delta$ : par numerus in quo  $\epsilon$ : est igitur  $\alpha$  de  $\epsilon$ .

3 Differentia rursus hic apodicticæ quædam & dialecticæ ponitur, uerbis ualde confusis: dialecticæ augetur per media, id est, cuiusque generis mediis & argumentis utitur. Sic enim media nunc appellantur, ut interpretibus placet, & res sic indicat: cū tamen aliàs omnis ratio fidēsque syllogismi, mediū dicatur. Apodictica uerò non utitur generis cuiuslibet mediis & argumentis, sed assumptionibus, aut lateribus augetur, id est, per directè superiora genera, aut obliquas, & quasi diceret, laterales generum differentias concluditur. Id enim est quod assumptionis & lateris uerbis hic tam obscure significatur, allusione quadam (optinor) ad categorias, in quibus sic differentia per latera disponuntur. Exemplum in terminis nullum ponitur de assumptione: ponitur autem de latere duplex, ut numerus dicitur de binario & ternario per obliquas differentias laterum:

Par est numerus:

Binarius est par:

Est igitur numerus.

Impar est numerus:

Ternarius est impar:

Est igitur numerus.

Intelligatur per  $\alpha$  numerus, genus nempe: per  $\gamma$  &  $\epsilon$ , species, ternarius & binarius: per  $\beta$ ,  $\delta$ , differentia impar & par: in litera uero ad illum locum, ut  $\alpha$ , de  $\gamma$  &  $\epsilon$  mendose  $\beta$  irrepserat pro  $\gamma$ , nos ex uaria Philoponi lectione reposuimus, sicuti sententia requirebat: id enim est quod concluditur. Est uero studiose considerandum, quod hic ait Aristoteles. Est enim magnum quod dicitur  $\mu\alpha\theta\eta\mu\alpha\tau\alpha$ , id est, disciplinas uel notas illas, arithmetice, Geometriam: uel ceteras omnes legibus analyticis factis progredi recta uia ex generali speciale assumendo, aut ex (ut ita dicam) laterali generis differentia idem concludendo: id enim in definitione & distributione absolute fit, in demonstratione quodammodo fit. Nec enim absolutam illam synagiam partibus omnibus demonstratio sequitur, sed a directa illa uia parte una digreditur.  $\pi\alpha\delta\eta\mu\alpha\ \kappa\epsilon\ \kappa\alpha\tau\prime\ \alpha\upsilon\tau\eta\ \sigma\upsilon\beta\epsilon\ \epsilon\upsilon\chi\omicron\varsigma$ , ut iam saepe dictum est, demonstratur: In aliaque categoria est accidens, accidentis que definitio, in alia subiectum genus. Hoc inquam preceptum spectandum est & animaduertendum: Est enim magnum & Aristotelice methode congruum: sed tamen huius loci exempla superioribus Aristotelis legibus non congruunt. Nec enim hic demonstratur  $\pi\alpha\delta\eta\mu\alpha\ \gamma\omicron\upsilon\tau\epsilon\ \kappa\epsilon\ \mu\epsilon\tau\epsilon\upsilon\varsigma$ , affectio subiecti generis, uerum genus de specie per differentiam concluditur: atque idem hic quod saepe iam Aristoteli contigit, Aristoteles bene precipit, Aristoteles suis preceptis non utitur bene. Quapropter, ut preceptum sit Aristotelicum, exempla certe Aristotelica esse non possunt. A generalibus & uniuersalibus ad specialia et singularia progredi preceptio uerissima est, & Aristotelice methode germanissima, secundum quam saepe iam dico, & doleo Geometriam descriptam non esse:

1 atque hac de re lubet huc addere, quod Nyphus interpres Aristote-  
 relis ex aliquo, opinor, ueterum interpretum uerè atque utiliter  
 admonet: Per quæ patet (inquit) quòd si libri Geometriæ essent  
 sic ordinati, ut demonstrationes crescere solent, faciles essent cog-  
 nitu: & quia libri Euclidis non hoc pacto fuerunt ordinati, ideo  
 non fuerunt faciles. Vnde si eum Aristotelis librum haberemus, <sup>aristotele ubi</sup>  
 quem in Mathematica scripsit, omnes facillè esse possent summi <sup>atq. at.</sup>  
 Mathematici. Ibi enim demonstrationes ordinauit, aut in pòst  
 assumendo, aut in latus. Hunc interpretem propterea citauit, ut  
 intelligeretur, quod de Geometria dixi, non subtiliter à me in-  
 uerū, sed ab alijs etiã animaduersum, nec Geometria reprehēden-  
 da caussa, sed illustrādã potius et instaurādã dico, ut è tā multīs  
 Aristoteles exciteretur unus aliquis, ut antea dixi, cuius industria  
 ad analyticas & Aristotelicas leges Geometria describeretur, quæ  
 contra leges easdē ab Aristotele nescio quibus sic est obscurata.

## CAPVT DECIMUM.

Definita adhuc est absoluta scientiæ cognitio ex caussa, pro-  
 pter quam res est, quoniam illius est caussa, & non contingit  
 aliter habere: propter caussam res est, quæ prima immediatãque  
 3 & natura prior est & notior: illius est caussa, quæ syngenea, &  
 catholica: necessaria, quæ de omni & semper: omnia enim adhuc  
 dicta nil aliud nominatim & de industria, quàm definitionē il-  
 lã aperuerunt. Atque hæc sic definita aut demōstratio, aut sciē-  
 tia, appellatur δῖον propter quid. Deinceps (excepto decimo quar-  
 to capite) de contrarijs, aut etiam subiectis rebus quæstiones inu-  
 tiles ad artium structuram disputantur. Aristoteles appellabit  
 ἰδέας τερεῖσματα, uelut inertes & incompósitos cantus, ut ci-  
 tharædorum præludia sunt. At omnia hæc quæ tam multis capi-  
 tibus consequuntur, τερεῖσματα uerè possumus appellare, ut è  
 4 rebus ipsis patebit. Summas igitur rerum tantùm conficiemus, ca-  
 pitãque percensebimus, non uerba (quod adhuc fecimus) singula  
 perpendemus. Decimo igitur capite, quoniam definita prius erat  
 scientia per caussam, propter quam res est, primam scilicet & im-

mediatam, opponitur contra hanc definitionis partem, cognitio  
 & scientia ex mediatis, appellaturque  $\delta\tau\iota$ , quia: & quid differat  
 ab illa perfecta & immediata demonstratione  $\delta\iota\omega\pi$  propter quid,  
 demonstratio hęc  $\delta\tau\iota$ , & mediata differitur. Capite primo se-  
 cundi libri quæstiones duas iisdem uerbis appellat Aristoteles  
 $\delta\tau\iota$  &  $\delta\iota\omega\pi$ , an propterea quod his demonstrationibus expo-  
 nantur, tu considerabis. Hic nulla demonstrationis noua species  
 est, sed contrarij cuiusdam quæstio est. Quicquid non demonstrat  
 $\delta\iota\omega\pi$ , demonstrat  $\delta\tau\iota$ , appellaturque demonstratio  $\delta\tau\iota$  ab inter-  
 pretibus  $\tau\epsilon\chi\mu\eta\pi\iota\omega\delta\eta\varsigma$  &  $\lambda\pi\acute{o}\delta\lambda\epsilon\gamma\iota\varsigma$ , coniecturalis demonstratio &  
 sola  $\delta\iota\omega\pi$  demonstratio est antè definita. Sed Aristotelem au-  
 diamus. Demonstratio  $\delta\tau\iota$  fit in eadē scientia duobus modis, si per  
 mediata doceas, ut non respirat paries, quia animal non est: in  
 Scythia non sunt tibicinae, quia nō sunt uites. Mediata enim illa  
 sunt, per quæ illa demōstratur, ubi notabis sine syllogismo demō-  
 strationes. Secundus est modus in eadem scientia, si per  $\alpha\mu\sigma\alpha$   
 $\alpha\nu\alpha\sigma\tau\iota\alpha$  immediata, quæ causæ nō sint, demonstretur, quia nihil  
 prohibet  $\alpha\nu\alpha\sigma\tau\iota\omega$  illud notius esse: ut

Quæ non scintillant, propè sunt:

Planeta non scintillant:

Propè sunt igitur.

Non enim quia non scintillant, propè sunt, sed contra, quia propè  
 sunt, non scintillant. Verùm fallimur hic: nec efficitur hoc ex im-  
 mediatis. Assumptio enim probari potest ex causâ, & notior  
 propositio nō est absolutè, sed nobis fortasse: uterque modus igitur  
 est ex mediatis. Differentia modus extremus est, cum subalternarū  
 scientiarum inferior superiori comparatur, quod inferioris demō-  
 stratio sit ex mediatis. Sic collata ad Arithmetica, Harmonica:  
 Geometria, Optica: Stereometria, Mechanica: Astrologiam,  
 Nautica  $\delta\tau\iota$  demōstrat: superiores contemplantur  $\epsilon\iota\delta\omicron\varsigma$  species  
 $\delta\sigma\iota\alpha\upsilon$   $\delta\tau\iota$   $\alpha\nu\epsilon\pi\iota\sigma\tau\epsilon\lambda\iota\alpha\upsilon$ , essentiam uerò propter non curan-  
 tiam despiciunt, & singularia quædam nesciunt, ait Aristoteles:  
 ubi  $\delta\sigma\iota\alpha\upsilon$  singularia dicit:  $\epsilon\iota\delta\omicron\varsigma$  communem notionem, ut Plato  
 sepe  $\gamma\epsilon\nu\omicron\varsigma$  &  $\epsilon\iota\delta\omicron\varsigma$  pro eodē: quomodo Porphyrius & Aristoteles

ut  
 non  
 res  
 ut  
 non  
 res

1 *hominem speciem singulorum hominū fortasse dicunt esse. Præter-*  
*ea repetit dictum primo capite, quòd genere cognito species pos-*  
*sit ignorari. Ergo totum tanti capitis discrimen in uno uerbo*  
*est. Quicquid demonstrat ex mediatis, demonstrat ὅτι siue ex*  
*necessarijs, siue ex probabilibus. Nihil enim definit Aristote-*  
*les: Themistius addit de suo syllogismum fore ὅτι qui non demò-*  
*strat ex immediata causa: quādo tamen habeat cætera alia quæ*  
*definita sum. At Themistij placitum illud est, Aristotelis præce-*  
 2 *ptum non est: nec id usquam Aristoteles ait, imò suis exemplis cõ-*  
*trarium docet: nec enim exempla quibus hic utitur, κατὰ παν-*  
*τός, καὶ αὐτὸ, καθόλου sum. At tamen si tibi lubet scientiam di-*  
*cere ὅτι, cuius argumentum quanuis non sit prima & notissima*  
*caussa, sit tamen κατὰ παντός, καὶ αὐτὸ, καθόλου, dicito sanè,*  
*cum definitur genus ex causa prima notissimæque, scientia est*  
*διότι: cum diuiditur per species, non diuiditur per causas, sed*  
*causata, scientiæque illa fuerit quidem κατὰ παντός, καὶ αὐ-*  
 3 *τὸ, καθόλου, at non ex prima causa, idèoque ὅτι. Quare si The-*  
*mistium sequare, aliquid hic emolumenti fuerit, sed Aristotelis, ut*  
*dixi, documentum illud non est: imò Aristoteli omnis demonstra-*  
*tio quæ non demonstrat ex causa, propter quam res est, quoniam*  
 4 *illius est causa, & non contingit aliter habere, est demonstratio*  
*ὅτι: illud duobus uerbis melius sexto capite definitum est, quòd*  
*διότι esset ἐξ αἰμέσων, ὅτι ἐξ ἐμμέσων. Quare totum hoc ca-*  
*pit quid aliud nobis quàm περιπέματα περιπέζει; Etenim ad*  
*scientiam parandam prorsus inutile est, quia nullum demonstrā-*  
*di certum genus docet, imò cõtra leges analyticas huc interposi-*  
*tum. Principiū enim describendum est in arte: quòd principium*  
*autem non sit, nō tradendum, definitiones, cæteraque principia*  
*tam clara debent esse, ut inde contraria manifesta sint, dixit an-*  
*tè Aristoteles. Ergo cum definita sit scientia ex causa, propter*  
 5 *quam res est, quoniam illius est causa, & non contingit aliter ha-*  
*bere, noli nobis tam longo capite molestus esse, ut nos doceas quos*  
*modis non sic sciatur.*

## I N . C A P V T V N D E C I M V M .

Vndecimo capite uidetur contrarij quæstio, item quadam tractari, licet id minus significetur. Definita est absoluta illa scientia ex uniuersalibus affirmationibus. (Id enim continet nota κατὰ παντός) quæ prima figura syllogismum uidelicet efficiam. Quæritur igitur hic de præstantia prima figura à cæteris, et probatur tribus rationibus prima figura omnium ἄριστων επιστημάτων scientificentissima: primò quia per eam ferè fiat scientia δίοτι, quæ est κυριωτάτη, secundo quia per eam solam eadem scientia inuestigetur, tertio quia cæteris figuris non eget, sed ea cætera. Prima et secunda ratio ualeret, si quæstio δίοτι syllogismo concluderetur, at id falsum est, ut antea monui, et secundo libro rursus suo tempore demonstrabo. Tertia ridicula est, ut in syllogismorum figuris, et è ueritate ipsa et Galeni auctoritate diximus, quia figura non est reducenda alia in aliam. Reliquo capite statuitur negationes immediatas esse quasdam, ut affirmationes. Aristoteles non seruat hic Aristotelis legem. Rectum est definitum: quid esset nempe ἀμεσος καὶ ἀφαισις immediata affirmatio: obliquū hinc poterat intelligi, quid esset ἀμεσος ἀποφαισις immediata negatio, si esset utile id intelligi. Ac inutile est: nam scientia τὸ ὄτι καὶ ἀφαισις ὄτι, eius quod quid est, affirmationis est, ut in hoc ipso capite ab Aristotele præcipitur, ne λόγιος hārum nugarum refutatio petatur: negatioque ad παράδειγμα scientiam inutilis est. Quare totum caput hoc ad institutum præsens est inutile, tantūque hic περιενομαζα περιπέζεται. Notabis tamen Ἐπιστήμης hic proponi, et Ἐπιστήμης dici, quæ etiam κατηγορία aliàs dicitur et Ἐπιστήμης, quæ sunt eiusdem Ἐπιστήμης.

## I N 12. E T 13. C A P I T A .

Duodecimo et decimotertio capite sapientia similis consequitur: scientia quid sit definitum est, quid sit inscientia quæritur. Contrariæ quæstiones agitatae prius sunt aduersus partes scientiæ.



1 ποιῆν τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορβύεαθ κατὰ τέχνῃω, ἀπειρία δὲ κα-  
 τὰ τύχῃω. O Cerepho, multa artes hominum sunt experientia  
 prudenter inuenta. Experientia siquidem efficit, ut artificioso, &  
 inexperientia ut temerè nostra uita progrediatur. Hanc magi-  
 stri Platonis sententiam discipulus Aristoteles primo capite ma-  
 ioris ἀλφα metaphysici citat & laudat, ἀποβάγει δὲ ὅτις ἡμῃ  
 2 ἐ τέχνῃ δια τῆς ἐμπειρίας τοῖς ἀνθρώποις. ἡ μὲν ἐμπειρία  
 τέχνῃω ἐποίησεν, ὡς φησὶ πῶλος ὀρθῶς λέγων, ἡ δὲ ἀπειρία  
 τυχῃω. Est uero scientia & ars hominibus per experientiam:  
 experientia siquidem artem genuit (inquit Polus rectè dicens) in-  
 3 experientia uerò temeritatē. Ergo tantum Platonis, tantum Aristo-  
 telis fundamentum, institutionum dialecticarum fundamentum  
 feci, animaduersionum Aristotelicarum fundamentum feci, om-  
 ninòque parentem non solum logicæ, sed omnis disciplinæ,  
 uerum, naturalè rque in ueris & naturalibus exemplis usum sta-  
 tum. Logicam dialecticis institutionibus sic institui, quia sic usus  
 postularet: Logicam Aristotelis multis locis reprehendi, quia  
 usui non conueniret: Aristotelem tanti principij autorem non  
 appellau, quia & Plato prius idem diceret: Aristotelei nostri  
 nouum dogma, nouamque Aristotelicæ philosophiæ ruinam pu-  
 4 tauerunt. Itaque hoc philosophiæ nostræ fundamentum in thea-  
 tris per dignas histrionibus suis fabulas traduxerunt: imò etiam  
 trium iudicium sententiis damnarunt, de quibus Audomarus Ta-  
 laus frater meus in Academia meminit. At sapientes hi iudices  
 Aristotelei Aristotelē nostro nomine dānauerunt. Quid enim di-  
 cit hīc Aristoteles? Omnis scientia (inquit) à sensibus orta est, non  
 quòd sensus tanquam magistri & doctores ullam scientiam do-  
 cuerint, sed quòd sensilium & singularium exemplorum (sic enim  
 προαιχῶς loquitur Aristoteles) per sensus inductione diligentes  
 ac studiosi homines artes omnes inuenerint. Sic pictores oculis co-  
 4 lores, musici auribus sonos, coqui lingua sapores, unguentarij na-  
 ribus odores, sic ceteri artifices cernendo, audiendo, obseruando  
 artificis sui res subiectas & propositas deprehenderunt. Gram-  
 matica & Rhetorica obseruatione purè loquentium & ornate

sensus defecerit, necesse est & scientiã quãdam deficere, quã impossibile sit accipere, si quidem discimus aut inductione, aut demonstratione. Est verò demõstratio ex vniuersalibus, inductio ex singularibus. Impossibile autem est vniuersalia cõtèmplari, nisi per inductionem: quoniam & quæ per abstractionem dicuntur, erũt per inductionem nota, ac si quis velit nota facere, quòd insunt vnicuique generi quædam, etsi non separabilia sint, quatenus vnumquodque tale. At inducere non habentes sensum impossibile est: Singulariũ enim sensus est. Non enim cõtìngit assumere ipsorum scientiam. Neque enim ex vniuersalibus sine inductione, neque per inductionem sine sensu.

Hoc caput superiorũ capitum longè dissimile est, & tam laudandum nobis, quàm illa sunt reprehensa, imò tam diligèter explicandum & illustrandum, quàm ab interpretibus ignauiter est spreum, nec, ut decuit, usurpatum. Est uerò prima nota quedam explanatio. Prima siquidem nota κατὰ παντός, præcipit, ut artium regulæ essent uniuersales & de omni: unde igitur & quomodo uniuersalia oriuntur, hoc capite præcipitur. Hoc Aristotelicum dogma est toties à nobis cantatum atque celebratum. Summum uniuersæ philosophiæ fundamentum, Platonis cum fundamentum. Id enim Polus in Gorgia Platonis ita posuit, ὡ χαρεφῶν, πολλαὶ τέχναι ἐν ἀνθρώποις εἰσὶν ὅτι τῷ ἐμπειριῶν ἐμπειρίας δὴρημένα. ἐμπειρία μὲν γάρ

1 *riâque efficitur. Nec uniuersale si sit ἀμεσον, potest nisi per inductionem partium explorari, ne illud quidem quod à sensilibus exemplis abductum dicitur, ut mathematica sunt. Nam si linea, aut triângulum, aut aliud commune & generale uelut explicare, necesse est ad sensilia exempla redeas: ac τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως λεγόμενα que per abstractionem dicuntur, intellige non solum Arithmetica uel Geometrica, sed quæuis generalia documenta: sic ἀμὲν dictum non οὐσίαν, sed εἶδος à mathematicis considerari. Ergo si quis uelit generalia, & unoquoque genere comprehensa nota facere, etiam si genera illa non separata sint, ut sensilia separantur, nec per se consistant, ut singularia indiuidua cōsistunt: attramen ad exempla sensuum reuocanda sunt. INDUCERE. Assumptionis & complexionis sententia est confusa:*

*Si sensus deficit: inductio deficit. Sensus enim singularium est, quorum est inductio.*

*Quare si sensus deficit, uniuersale deficit, ex eoque orta scientia.*

Hic Sorites retexitur deorsum uersus: scientia non accipitur sine uniuersali, nec uniuersale sine inductione, nec inductio sine sensu. Hæc igitur capitis huius sententia est, Capitis certè uerbis exigui, sententiæ pondere grauissimi, dignitate prorsus suspiciendæ atque admirandæ, quod si interpretes attendissent, & ad retexendam & examinandam Aristotelis philosophiam adhibuissent, quæ probamus, eadem comprobassent, quæ improbamus, eadem quoque improbassent. At ista philosophia Aristotelea fundamenta nullo philosophia loco adhibuerunt. Utinam sicuti academia Platonis uestibulo inscriptum fuisse ferunt, Οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσὶντω, nullus Geometriæ expertus accedito. Sic omnium Aristotelicarum scholarum uestibulo inscriptum illud esset, ἢ μὲν ἐμπερία τέχνη ἐποίησεν, ἢ δὲ ἀπειρία τὴν τέχνην, ut philosophiæ magister, nullū in philosophia præceptum, nisi à sensilibus exemplis & naturalibus inductū probaret, artis denique magister, usus esset. Ergo caput hoc Aristotelei nostri histriones et iudices legūto, Aristotelicæque philosophiæ caput nunc tandem perdiscuto.

dicentium facta est, & ex eorum singularibus exemplis uniuersalia Grammatica & Rhetorica praecepta facta sunt. Si logica nulla esset, hac uia quaerenda nobis esset. Logica illa naturalis, de qua primo libro animaduersionum dixi, spectanda esset, ἀτέχνας γὰρ ἀτέχνας μετέχουσι πάντων, ἢ ἀτέχνας ἢ διαλεκτικῶς, omnes enim sine arte id ipsum tenent, quod artificioso dialectica instituit, ut ibi plenius ex Aristotelis elenchis exposuimus. Ergo ad illū naturalis rationis usum respiciendū esset. Omnium hominum praestantium scripta, dicta, obseruanda essent: rationes quibus uterentur, generibus notanda & distinguenda. Hac esset inuentio. Dispositio singulorum argumentorum, in conclusionibus & syllogismis perspicienda, uidendumque quot essent species, in quas omnes eorum constantes & rata argumentationes caderent: qui simpliciter, qui coniuncte concluderetur, quot & qui singulis in generibus modi: tū collocatio rotius artis uel tractationis longioris intuenda, qua uia procederet, & ex multorum excellentium exemplorum inductione, leges syllogismi, leges ordinis & methodi instituenda essent: & hac logica dispositionis esset doctrina. Ista, ista (inquam) Aristotelica sensus inductio est, quā laudari, quam celebrari, & quam nondum nescio quibusnā sapientibus Aristoteleolis (quia Aristotelicā esse non dixeram) persuadere potui. At primus animaduersionum liber hanc questionem satis superque disceptauit. Sed ad literam redeamus, si sensus deficit, scientia quoque deficiet. Quid ita: quia si sensus deficit, deficiet inductio: si deficit inductio, deficiet uniuersale: si deficit uniuersale, deficiet scientia. Ergo de primo ad ultimum, ut scholae nostra loquitur, si sensus deficit, deficiet scientia. Hic Aristotelis est Sorites, quem etiam potes in hunc syllogismum concludere,

Si inductio deficit, deficiet uniuersale, ex eoque orta scientia:

Si sensus deficit, deficiet inductio:

Ergo si sensus deficit, deficiet uniuersale, ex eoque orta scientia.

<sup>b</sup> Propositio declaratur subiectis rebus. Inductio est singulariū, unde colligitur uniuersale, & ex uniuersalibus demonstratio, sciē-

pr p t'is rebus +

1 constituta esse, ut de physicorum principiorum infinitate res ad logicorum principiorum infinitatem perueniret. Talem Aristoteles ἀπειρίαν disquirat in medijs & argumentis, & in quatuor partes totum problema diuidit, ut dixi, quas mirifica ὑσερολογίᾳ disceptat, tertiam primo loco, primam, secundamque secundo. De quarta uerbum nullum.

## IN 16. CAPVT.

Ergo decimo sexto capite disserit in affirmationibus tertiam questionem:

2 Si positus duobus extremis infinita media dicatur esse, nullum, inquit, erit extremum:

At consequens ex hypothesi falsum est:

Quare & antecedens.

## IN 17. CAPVT.

Decimo septimo capite eadem questio per tres figuras disputatur: & in capitis extremo hunc in modum concluditur,

3 Finita sepius sumpta tandem prorsus absumuntur:

At duobus finibus hic omnia finita sunt:

Sepius igitur sumpta tandem prorsus absumuntur.

His enim ferè uerbis syllogismus est in litera: πεπερασμένα γὰρ εἰσὶν αἰόδοι, & ὃ πεπερασμένα, πεπερασμένους ἀνάγκη πεπεραθῆναι πάντα. Definita siquidem sunt uia: finita uerò finitè necessario omnia finita. Sed tamen his duobus capitibus tertia questio ita disceptatur, questio ridicula & irridenda: quod enim querit, id simul dissoluit, An uia duobus finibus finita, sit infinita. At inquam hoc ipsum quod queris, explicas  
4 & respondes, & duos eius fines ais esse. Baculum mihi proponis duobus finibus finitū, & queris an sit infinitus. Siccine uerò tā fatua questione simplicibus & imperitis discipulis illud? at pergamus.

Deinceps ex occasione τῆς συλλογιστικῆς, aut definiti principij  
ad uicesimū caput reuocatur altercatio tertij capitis, an sit illa  
demonstratio, demonstrationi s̄que immediata propositio. Immo  
repetitur discrimen dialecticæ & apodicticæ, quasi sit ἀμείωτον  
aliquid in utroque genere, sed quòd illic uideatur, hic reuera sit:  
quod erit apertius capite uicesimo sexto huius & decimoterio  
secundi: & κατηγορίας distinctio quæ ad ponitur, quòd alia κα-  
τηγορεῖται κατὰ συμβεβηκὸς dicantur secundum accidens, alia  
proprie, tanquam in hac quæstione quæretur de immediatis  
reuera talibus, & quæ proprie dicerentur. Infinitas uerò princi-  
piorum & causarum duplex in ἀλφα minore disputatur, altera  
εἰς ὄρθωρίαν, in rectitudinem: altera κατ' εἶδος secundum spe-  
ciem: illa, ut si cuiuslibet materia, forma, efficiens, finis: tunc sua a-  
lia esset materia, forma, efficiens, alius finis: hæc ut si non tantum  
causarū species essent quatuor, sed aliæ infinitæ: Aristoteles hic  
ὄρθωρίαν tantum disputat, ad eamque rem decimoquinto ca-  
pite quatuor problemata ponit, ἢ ἀπὸ τῆς ὑψίστου ὅτι τὸ ἀνω ἀ-  
πειρία τῶν μέσων, ἢ ἀπὸ τῆς πρώτου ὅτι τὸ κάτω, ἢ ἀπὸ τῆς  
ὑψίστου ἀκρων, ἢ τῶν ὄντων ἀνυκατηγορουμένων. Vtrum ab in-  
fimo sursum sit infinitas mediorum, an à primo deorsum, an de-  
finitis extremis, an cū de se mutuo dicuntur. Atqui hæc quæstio-  
nes ex Philæbi Platonici loco illo uidetur esse deductæ. Vbi Pla-  
to in artiū methodo & collocatione statuit πέρας τε & ἀπει-  
ρίαν, ut à summo intermedia omnia comprehendantur, ἀπειρία  
singularium relinquatur, ut uidelicet quod magister Plato sim-  
pliciter proposuerat, discipulus Aristoteles tam uerbose arguta-  
retur, quin etiam φιλολογωμετρίαν aliquam hinc suspicor fuisse.  
Magnitudinis partes diuisione sunt infinitæ, nec in minimas di-  
uidi possunt. Et Aristoteles in illo minore ἀλφα id attingit, cū  
ait causarum cognitionem diuisioni linearum esse dissimilem,  
uel è physicis altercationibus quæstio hæc deducta est: constat e-  
nim physicorum quorundam sententiis infinitas rerum principia

1 ἡ ἰσότης ἢ ἰσοπέδου, qualia nobis hic ipse περιήματα περιήσει, iam uidimus, & iam reliqua uideamus. Analytica quaestio- nis huius argumenta uideamus, quoniam Logica iam sunt expedita:

Quae per se insunt, finita sunt, siue attributa subiectis, ut primo & quarto modo: siue contra, subiecta at- tributis essentialia sunt, ut secundo tertioque, sicuti quarto capite monstratum est:

Ex his autem demonstrationes constant:

Demonstrationes igitur finita.

Hae analytica probatio est ex diuisione & partibus sumpta, quia partes demonstrationis sunt syngeneae, & per se, & tamen finita. Quare totum quod ex his constat, etiam finitum. Philoponus cum Alexandro ualde occupatus est in explicandis uerbis, λογικῶς & ἀναλυτικῶς, λογικόν, ait, hic dicitur non Dialecticum, non etiam apodicticum, sed communius quiddam: ἀναλυτικὸν uerò pro δποδκτικὸν dicitur. At hic uir diligens diligentia nimia labitur, nec logicum hic & analyticum hoc discrimen significans, sed idem prorsus, quod commune, proprium: generale, speciale: uniuersale, singulare. Demonstratio totum est: quae per se sunt, partes sunt demonstrationis: illic totum, hic partes adhibentur: atque illud argumentum logicum, hoc analyticum dicitur.

3 Quamobrem Philoponus labitur, neque tamen interpretibus ex hoc loco comminiscendum fuit, logica uocabulo totam organi logici doctrinam significari. Nihil enim minus spectauit Aristoteles, imò contrarium potius significaret, uel ex interpretatione Philoponi, qui ἀναλυτικὸν pro δποδκτικὸν interpretatur, ut λογικὸν & ἀναλυτικὸν ὀρρονᾶται: sicut δδλεκτικὸν & δποδκτικὸν, & λογικὸν idem significaret quod Dialecticum. Sic Topico primo πρῶτα λογικὴ dicitur ab Aristotele. Logica uerò nomen Aristoteles cum in organo logico, tum in opere Metaphysico frequenter usurpat pro dialectica. Sic in γάμμα dicitur λογικᾶς δυσχερείας, & in ζήτα, εἰπωμεν ἐνια λογικῶς: item ὡς εἶπεν λογικῶς, & in λάμβδα, λογικῶς ζητεῖν, quibus in locis si curiosior esse uoles, uidebis logica nomen sic accipi.

Decimo octavo capite prima secundaque questio, sed magis prima differitur λογικῶς primū, deinde ἀναλυτικῶς, ad est, ἢ τῶν κοινωτέρων ἢ πρὸς χρήσεων ἢ ἑπινοητικῶν, per communes rationes & subtiliores. Sic enim Themistius hac verba verè interpretatur, ut res ipsas consideranti patebit, imò Aristoteles ipse sic interpretatur, qui ἀναλυτικῶς διὰ τῶν ἑπινοητικῶν ait. Quæ sunt igitur logica & generales, communesque rationes, Definitiones, inquit Aristoteles, & demonstrationes finitæ sunt, quæ tamen sursum à definito & demonstrato tendentibus nobis occurrunt: non igitur uia sursum infinita. At quid nobis hic respōdes? Vbi est acumen tuum? Queritur hac tam multiplex questione, εἰ αἱ ἀποδείξεις ἂν ἀπείρως ἔρχονται, an demonstrationes in infinitum abeant, ut decimo quinto capite proponitur, & tamen pro argumento eam ipsam questionem sumis & as. Demonstrationes sunt finitæ. Quid igitur est ἀπείρως ἔξ ἀρχῆς petere quod in principio, & questionis nomen sine ulla fidei solutione sibi condonare, nisi hoc est? Hoc uerò capite κατηγορίας distinctio repetitur, quæ fuerat capite decimo quinto: sed tam confusè, ut Philoponus quatuor pertinacissimus Aristotelis defensor, tamen dicat hic, ἔχει δὲ τὴν ἀκατάλληλον ἢ λέξις. Habet uerò incongruum quiddam hæc oratio: ἡ τωτολογία tamen est legibus Aristotelis toties iam damnata: hic etiam ideae irridentur, τὰ γὰρ εἶδη χαίρετω, περιπέσματα γὰρ βεῖν, οὐδὲν ὡς τὸν λόγον βεῖν. Valeant uero species, præcognitiones siquidē prolusionesque sunt, etsi sint, nihil ad rationem faciunt. Hic Aristoteles Platonem, ut interpretibus placet, irridet eamquam Plato dixerit ideas αὐτοζώως, per se animantes, εἰςque ζωὴς αἰσιν substantiam, narésque & manus & pedes affixerit, non autem ad logicam rationem εἰδέας ἢ εἰδῶς, ideas & species notionem & rationem usurparit, ac non illam, quam accusat Aristoteles de ideis sententiam, in Parmenide refutarit, ut iam diximus. Ergo Aristoteles qui Platonis Logica deridet, & pte



At (inquam) in his analyticis pro subiecto genere demonstratio est:

Non est igitur disputandum, an sit, sed sumendum.

Hoc syllogismo, atque hoc iudicio Aristotelis principioque conuenio tanta quaestioni nullum esse in hac doctrina legitimum locum, nec quicquam hic esse Aristotelicum. At secundi physici capite primo, multò sapientius Aristoteles ait γελοῖον εἶναι, ridiculum esse, si quis demonstrare uelit naturam esse, cōsueque qui quidpiam tale attentent, μὴ δὲν νοεῖν, nihil intelligere: ita & legibus & factis Aristotelis hanc altercationem tot capitibus productam, intelligimus esse damnatam. At dices fortasse, non prorsus inutilem quaestionem hanc esse, etsi minus artificiose huc intertexta sit. Certè ut ingenuè fatear, non prorsus inutilem credo: sed longè alio utilitatis genere, quàm uideatur. Quintilianus monet exercitationis gratia non solum recta & laudabilia, sed etiam uiciosa exempla legenda esse, ut uirtutis comparatione reprehendamus & fugiamur. Ita si quis exercenda artificiosa methodi causa legere hanc quaestionem uelit, uidebit imprimis in analysi posteriori prorsus ei locum nullum esse, quia de subiecto artis genere differendum non sit: notabit in tribus primis partibus tum ὑσερολογίῳ, tum principij & quaestionis petitionem, tum perissologiam antea dictarum rerum: in quarta & postrema doctoris obliuionem, qui quatuor proponat, *tracta* de tribus tantum dicat, atque etiam fortasse uicia plura si diligenter inquisierit, animaduertet. Hæc inquam tanta, tamque prolixa quaestio erit utilitas, & hoc erit τερπέτισμα omnium τερπέτισμάτων quæ adhuc animaduersa sunt, leuissimum & inanissimum, quod non bona illa mater ἐμπειρία, sed argutiarum & ineptiarum omnium nutricula ἀπειρία peperit, & adhuc in nostris scholis aluit. Aristotelicis principijs cōsentaneum nihil erit: nihil ad informandas artes & scientias necessarium. In Arithmetica, aut Geometrica, aut cuiusvis artis præceptis hæc quaestio nequaquam tolerari possit, quanto minus in hac arte, quæ cæteris leges bene docendi præscribat? Nam propter quod unumquod-

Decimo nono capite reliquia quedā questionis eiusdē tractatur, non quicquid de pluribus dicitur, etiā dicitur per medium, quod sine medio est, indemonstrabile est, & demonstrationis suū χῆρον elementum: sic enim modò dicitur argumentum, quod antea medium & principium saepe dictū est. Ὡς γένηται hic interim repetitur. Reliquo capite perissologia est trium figurarum, quā sit habitus mediū in tribus figuris: perissologia inquam est, ut Philoponi confessione inutilis & inepta ταῦτα μὲν οὐκ ἐστὶν ἀδύνατα λεγόμενα μηδ' ἐν πλέον ἔχοντα ἢ ἐν τοῖς τελοῖς σχημασθέντων ῥημένων περὶ τῆς θέσεως ἢ τῶν τελῶν ὄρων, μὴ ὅ ἀναγκαῖος ἔνεκα ἢ εἰς ἀποδείξιν χρησιμευόντων ἐν ταῦτα παρεμβεβλημένα ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Hac igitur qua dicuntur, hic nil aliud habent, quā qua in tribus figuris dicta sunt de dispositione trium terminorum, neque cuiusquam necessarij gratia, quod ad demonstrationem conferat, hic proposita sunt, ut mihi quidem videtur. Hac interpret ille confitetur, licet alioqui mordicus Aristotelis multos errores tueatur. In huius autem capitis perissologia notabis, quòd dicatur, ἔτιωσ ἐν Συλλογισμῶ τὸ ἐν ἀποδείξει ἀναγκαῖος, ἐν ἀποδείξει ὅ ἢ ὅτις ἡμῶν ὁ νοῦς. Sic in syllogismo unū est propositio immediata: in demonstratione autem & scientia intellectus, quod postea dicitur apertius. Itaque sex capitibus 16, 17, 18, 19 problema uanisimum, An demonstratio ulla sit & problema, ut (dixi) contra leges analyticas sophisticè agnam est. Aristotelica lex est:

Quod genus artibus propositum & subiectum est, ponitur tanquam principium, non queritur an sit.

Nec enim Grammaticus querit an sit litera, dictio, oratio: nec Rhetor an sit ornatus in elocutione uel actione: nec Arithmeticus an sit numerus, nec Geometra an sit magnitudo, nec denique ulla ars genus rerum sibi subiectarum tanquam dubium discipulat, sed sumit, & id appellatum est principium capite octauo, & rursus appellabitur principium capite uicesimo quinto.

et d pr ut u  
 pp ceatuy p  
 rans: r r appela  
 r

cet Aristoteles singularium causas in uniuersalibus contineri, & quicquid inest alicui per se, id ei causam esse, sic definitiones facta ex genere & differentia causas rei complectuntur, & hunc locum iam antea citauimus, & aduersus imperitos proposuimus, ut intelligerent omnis scientia fontem ab Aristotele in uno causarum loco esse constitutum, & genera, differentias, & inde factas definitiones, nil aliud quam causarum signa & symbola esse. Ergo uniuersale uerè præstat singulari, quia ἀπλοῦτερον, uerè quia magis εἰς τὸ ἀπλοῦν ἢ τὸ πέρας ad simplex & finem, id est, quia est ἀπλοῦςτερον simplicius, cum sit uniuersale νοητὸν, singulare αἰσθητὸν: quia ὑπερκειμενικώτερον, quod uniuersale sciens sciat singulare, non contrà: quia ἀρχοειδέτερον principio uicinius. Duæ proximæ rationes superioris germanissima sunt, & ferè eadem, atque harum rationum cum sint nonnulla logica, ut Aristoteles loquitur, maximè certia est tertia, qui nouit uniuersale, nouit quodammodo & singulare, διωάμει potentia nempe: qui autè nouit singulare, non ideo nouit uniuersale οὐδὲ διωάμει οὐτὲ ἀνεργεία neque potentia, neque actus: & λογικὸν hic tur su appellat Aristoteles cōmune, ut pro διαλεχτικόν, sicut ἀμεα, usurpare uideatur. Hæc Aristotelis disputatio est, qua concludit demonstrationem uniuersalem esse βελίω, αἰρετωτέραν, ἀκριβέστεραν, χυριωτέραν, excellentiorem, præstabiliorem, accuratiorē, potiōrē singulari. Hus enim uerbis hic utitur: disputatio hæc nec tam obscura, nec tā molesta, quàm superior est, sed fac apertam, fac etiam bellam, quorsum tamen demonstratio uniuersalis cum singulari comparatur? Omnis scientia, omnisque demonstratio est uniuersalium: nulla singularium, ut dictum est prius, id enim significat nota κατὰ πάντας, id etiam est quod capite uicesimo quarto docebitur, nullam sensilium esse scientiam, nec indiuiduorum: aut si sit, ut affectionum cælestium, at tamen ut perpetuorum consideratur & uniuersalium: non ut singularium, de quibus loquitur hic Aristoteles: qui singularia φθαρτὰ caduca dicit esse, perindèque est ista quæstio tanquam in Grammatica quæreret, an in loquendo sermo Latinus laudabilior sit barba-

 175  
 17

I

 attam  
 10

que tale & illud magis, ut Aristoteles antea docuit.

IN CAPVT 20.

Capitibus proximis tribus quaestiones sequuntur, non tam quidem obscurae, sed ad artium & scientiarum structuram nihilo commodiores. De praestantia figura prima supra ceteras ex nota κατὰ τὸ αὐτὸς iam dictū est, & inutiliter, ut dixi: quia syllogismi usus in arte demonstranda nullus, ut dicitur postea: Anamen ex illa figura praestantia, quia dictum est eam figuram praestare, quia uniuersale, quia affirmatum concluderet: deinde quaestio deducitur de praestantia uniuersalis supra singulare, affirmatiōis supra negationem, & nota κατὰ τὸ αὐτὸς huc extenditur. Capite igitur uicesimo praestantia uniuersalis agitur, prolepsi que primò opponitur, quòd singulare praestet, quia magis & sciri & esse & minus fallere uideatur. At secus est, responder Aristoteles, quia uniuersale per se scitur, non autè singulare: quia uniuersale est ἀφθαρτον perpetuū, minimèque caducū, contra singulare: quia si quis error accidat, non uniuersalis culpā, sed peruersè audentis accidet. Quales uerò sint hae solutiones, facilius intelliges, si cum prima compares, quòd primo huius capite dicitur, singularia scire, esse ἀπλῶς ὁπίσασθαι simpliciter scire, cum secunda autem solutione si conferas qua dicuntur in categoriis de singularibus, quòd sine πρώτως, μάλισα κυρίωτατα, genera autem speciesq; minimè: cū tertia uerò si cōferas μένως ἀπορίμια, quòd dictū est generali sciētia instructū in singularibus labi posse, quòd decimo capite est repetitum: tum uerò coniunge qua docentur primo capite maioris ἀλφα metaphysici, quòd ars uniuersalis sit ὑμμιωτέρα & σοφωτέρα honorabilior & sapientior, experientia uerò singulorum certior & magis ὁπίτυχαιετῆρῶν re assequitur: cū enim hos locos compararis, tum iudicabis, qualis haec disputatio sit, & quàm apodictica. Sed tamen haec Aristoteli refutatio est: confirmatio deinde quadruplex additur, uniuersale praestat, quia αἰτιώτερον magis causa, quàm singulare. Hoc argumentum uerum est, & considerandum imprimis, quòd hic do

duae rationes, rationis primae sunt affines, & eadē ferè. Atque in hac præstantia idem mihi dicendum sit, quod in superiore. Omnis demonstratio scientiæque διότι est affirmationis, ut Aristoteles ipse ait capite undecimo. Cur igitur cum demonstracione non demonstratio comparatur? Cur ista nobis τεπέλισματα cantantur? Sophisticum est, ait Aristoteles quinto capite, generis affectionem in specie docere: at inquam uniuersale, singulare, affirmatum, negatum concludere, syllogismi generalis & communis est affectio: sophisticum igitur est in demonstracione, si syllogismi species sit, hæc omnia & quidem tam uerbosè proponere.

## IN 22. CAPVT.

Disceprata est præstantia, tum uniuersalis, tum affirmacionis supra singulare, supraque negacionem: sequitur uicesimo secundo capite comparatio demonstracionum negatarum, quod δὲχλινὸν ostensiuæ præster ducenti ad impossibile, sed initio differentia utriusque præponitur: cum antecedentibus propositione atque assumptione ueris, uerum consequens efficitur, δὲχλινὸν dicitur: ut,

Nullum β est α:

Omne γ est β:

Nullum γ est α.

Ad impossibile uerò si concludendum sit, quòd nullum β est α, quæ fuerat superioris propositio, sic agendum esse Aristoteles iubet:

β est α:

γ est β:

γ est α.

Certum uerò est consequens impossibile esse: quare antecedentis propositio non est uera, cum assumptio certa sit. Hanc differentiam Aristoteles, & præstantiam ex iisdem terminis statuit, quòd δειχλινὸν prober ex notioribus & prioribus antecedentibus consequens: ducens uerò ad impossibile, contra ex notioribus et absurdis consequentibus antecedens: at Aristotelē in eiusmodi differentia ἀπαξ-ξάπαντες οἱ ἐξηγηταὶ uniuersi interpretes reprehenderunt, ait

ro. Quid igitur hic, quæ nobis περιεσµαλα περιελεγειται;

## IN 21. CAPVT.

Capite uicesimo primo disputatur præstantia affirmatae demonstrationis supra negatam, tribus argumentis: primum est, Demonstrationum duarum (cæteris paribus) breuior, excellentior est:

Affirmata autem breuior est: quia solo genere affirmationum: negata autem duobus generibus, affirmationum nempe & negationum. Hoc argumentum diligenter est considerandum, quo uno περιεσµολογια duobus antea analytica methodi iudicis ab Aristotele damnata, uersimilè damnatur, infinitè reperuntur inuentionis loci toto logico organo, de genere, specie, definitione, contrariis & cæteris. Dic inquam semel id & accuratè, tantundem profeceris, ait Aristoteles: è duobus enim (cæteris paribus) quod breuius, melius. Regulam unam semel scriptam perinde repetere, meditari & exercere, decies, centies, millies (si uoles) licebit, ac si millies per scripta esset. Ad intelligendum Platonem, ad explicandum Aristotelem, ad utrunque uniuersum, inuentionis loci semel in Logica arte instituti tantundem proderunt: ac si millies essent confusi & iterati, imò longè magis proderunt, nam breuioribus & paucioribus expositam artem facilius edisces, facilius ad usum conseres, & Aristotelis argumentum præsens, id modò confirmat breuiora, meliora. Quare hanc legem iam toties à nobis allegatam, uel potius toties iam ab Aristotele propositam notemus & perpèdamus, περιεσµολογια & περιελεγειται antea damnauit Aristoteles in methodo: nunc rursus eandem damnat. Secundum proposita præstantia argumentum est, quòd affirmata demonstratio sit γνωριµωτέεα & πισωτέεα notior & probabilior, quia negatio per affirmationem proberetur, nõ contrà: in omni syllogismo negato, affirmatione opus est, non contrà in affirmato, negatione. Postrema ratio est quòd sit ἀρχοειδές εεεα principis & immediatis magis uicina, quæ

1 pueret, barbarus tamen esse à Philoponis suis non credebatur.  
 Ausus est aetate nostra de Rhetorica præcipere Nyphus, & ma-  
 gno, ut ipse gloriatur, stipendio conductus, homo tamen hominũ,  
 qui unquam ea de re scripserunt (ut opinor) insanissimus. Quale-  
 nam igitur argumentũ est? Aristoteles magister est artis logicæ: er-  
 go contra suam artem peccare non potest. Sed quid rem manife-  
 stissimam disputo? tribus rebus Grammatici, Rhetores, Logici, &  
 2 caterorum generum artifices efficiuntur, naturã, arte & exerci-  
 tatione, omniumque partium facillima & minima est ars, & ta-  
 men Philoponi credulitas huc peruenit, ut credat, si ars qualis-  
 3 cunque etiam adsit, naturam protinus & exercitationem adesse.  
 Primus ait, & solus logicas artes instituit. Quid tum? An iccirco  
 errare in usu non poterit? Nonne Aristoteles ipse primo &  
 nono capite docuit fieri posse, ut generales regulas teneas, in usu  
 tamen & exemplis fallare? Ergo si primus & solus logicas artes  
 tradidisset Aristoteles, non iccirco credendum fuit, Aristotelem in  
 artibus logicis offendere non posse: at falsum sibi Philoponus ar-  
 gumentum concedit: nec enim primus logicas artes docuit, cum  
 Zeno Socratem, Socrates Platonem, Plato Aristotelẽ, ut ex dia-  
 logis Platonis intelligi, & Aristotelis in metaphysicis confessione  
 3 potest, logicas artes docuerit. Sed pergamus de syllogismo ad im-  
 possibile, prioribus analyticis diximus: & τερτίσματα sunt in  
 hoc capite ineptissima: de negatiuis syllogismis comparatio insti-  
 tuitur, & quaeritur utro in genere demonstratio sit præstantior:  
 Neutro (inquam) quia demonstratio omnis est affirmationum, ut  
 iam diximus.

## IN 23. CAP.

Capite uigesimotertio τερτίσματα minus molesta sunt, sed  
 tamẽ τερτίσματα ταυτολογίας & περιαιολογίας triplicis sciẽ-  
 tia est ἀκριβέστερα accuratior quæ simul nouit δὲ ὅτι & ὅτι quã  
 quæ tantum nouit ὅτι: quæ non est de subiecto, id est, quæ & αὐτὰ  
 4 & νοητὰ immaterialia & intelligibilia contempletur, & quæ ex  
 paucioribus. At (inquam) ista ἀκριβέστερα ἴσδὲν argumentis tracta-  
 ta prius est, proque eodem, βέλπω, κυριώτερον, ἀκριβέστερον ac-  
 ceptum est, & ἀκριβείας nomine præstantiam similiter inquiri

Philoponus, quoniam contra suam prioris analyseos doctrinam, hanc differentiam statuat : debuit enim sumere ἀντιφατικὸν contradictorium conclusionis, sumpsit autem propositionis : deinde illud ipsum propositionis ἀντιφατικὸν infinitè sumpsit : quod si singulariter intelligat, ex singulari propositione maiore in prima figura concludet ἀσυλλογισῶς : si uniuersaliter, non sumit ἀντιφατικὸν ἀλλ' ἐναντίον contradictorium, sed cōtrarium: quod est ineptum ἔσ' ἄλογον : nec enim si contraria falsa est, oportet esse ueram contrariam, sed contradictoriam. Sic Aristoteles à suis accusatur. Philoponus defendere uult, sed interim dum alienam inscitiam tegere uult, ostēdit suam. Aut enim propositionē, β est α, οὐ παντὶ non omni ab Aristotele intelligi, ἔσ' apud Aristotelem ἕως ἀποπροδιορισίους ἰσοδυναμεῖν τῆς μερικῆς infinitas æquipollere particularibus, ἔσ' propositionē illam, γ est β, pro maiore sumptam. Quod si sit, syllogismus hic erit,

Omne γ est β:

Quoddam β est α:

Quoddam igitur γ est α.

Quo nihil ἀσυλλογισῶτερον fingi potest in prima figura. Lege Philoponi locum: est enim mendosus, ut apparet, ex uaria lectione, sed quicquid est, excusari tam manifestus error non potest. 3  
 Quauis Philoponus rhetoricè nescio quid hic moueat, quod uerisimile nō sit Aristotelem πρῶτον ἔσ' μόνον ἕως λογικῆς μεθόδους παρὰ δὲ δώδεκα, qui primus ἔσ' solus logicas artes instituerit, tā grauius lapsum esse. At (inquā) ista nimia in doctore logicae artis simplicitas ἔσ' credulitas est: peccatum est manifestū, peccatum non put. u, quia sit Aristotelis peccatum. Quamobrem (inquam) quia inquis logicas artes primus ἔσ' solus instituis, nec contra suas artes faceret. Quasi uerò sit impossibile, quenquam bene consulere, consiliis autem suis non bene uti. De Grammatica bene præcipit Alexander, barbarè tamen loquitur, nec bene suis præceptis utitur : quia tamen tanta erat eius apud nostros homines autoritas, quanta nunc est Aristotelis apud Philoponum, tot annos in academia Parisiensi floruit, ἔσ' quauis barbarissimè



Iatæ sunt antea vniuersaliter vniuersales? Dices specia-  
 lem contradictionem hîc intelligendam esse: vt, Omnis  
 homo est iustus, Aliquis homo nō est iustus: Cupio in-  
 quam, id intelligi, sed aliud intelligam, quàm erit sym-  
 bolis huius doctoris mihi significatum: Deinde cur in  
 singularibus dicitur? nōne disputatur etiã de illis vni-  
 uersalibus vniuersaliter? Nam id in sequentibus nomi-  
 natim erit: Postremò nōne futura quædam necessaria  
 sunt? Dices per singularia illa vniuersaliter vniuersalia  
 similiter significari, & per futurum, significari futurum  
 contingēs. Audio inquam: At tua ista interpretatio erit,  
 tua hæc erunt symbola: doctoris huius hæc interpreta-  
 tio non erit, symbola hæc non erunt: & ista docendi li-  
 centia, nihil tam peruersè dici poterit, quod non possis  
 rectè dictum profiteri: Dixeris bestiam, animal esse ra-  
 tionale: deinde redargutus dicas te nomine bestię, ho-  
 minem intelligere: At verò id nō est symbolis & signis  
 sensa mentis interpretari, sed auditorem fallere, quem,  
 aliud quàm verbis exprimis, velis intelligere. Ego si  
 isto interpretationis genere, si talibus symbolis vterer  
 in hoc tractando authore, excusarer credo, ac non vt fa-  
 tuus & malitiosus accusarer: Sed perge: dissimilitudinē  
 quandam contradictionis pro ratione temporū videtur  
 hic magister proponere, vt necesse sit præsentis & præ-  
 teriti affirmationem vel negationē iam veram esse, vel  
 falsam: futuri non item. Necessitatem hanc interpreto,  
 vt postea doctor ipse interpretatur, ex disiunctionis ne-  
 cessitate, quāuis partium nulla sit necessitas. vt, Necesse  
 est cras Naumachiam fore vel non fore: Disiunctio hæc  
 est necessaria, quamuis hæc enūtiatio, Naumachia cras  
 est, non est necessaria: Hæc item, Naumachia non erit  
 cras, necessaria non est, vt doctor ipse postea docebit:  
 Denique quamuis nominatim non exprimitur, tamen  
 videtur hic magister significare, vt ex cōclusionē capitis  
 coniciere licet, præteritę & præsentis rei contradictionē  
 altera parte iam verā esse, altera iam falsam: Diuinandū  
 enim est: tam disertę interpretationis interpres sensa

perspicimus. At capite decimo præposita est demonstratio δ' ἰσῆς  
 demonstrationi ὁ π: capite uicesimo dicta est uniuersalis demon-  
 stratio ἀκριβέσ ἐρα, quia simplicior esset. Capite uicesimo primo  
 dicta est item affirmatiua præstantior: quia ex paucioribus. Est  
 uerò in tertio τῆς ἀκριβείας argumento notandum, quod Ari-  
 storeles ait, quòdque antea citauis, Arithmetica, Geometria ἀκρι-  
 βέσ ἐρα εἶναι: attamen in tota Arithmetica, demonstratio syllo-  
 gistica, qualem nobis Aristoteles confingit, nulla est, & omnes  
 Arithmetica scientiæ proprietates sine syllogismo docentur. Vi-  
 debis idem præstantia argumētū maiore A metaphysico. Quid igitur  
 ista sibi perissologia uult? Altera est περὶ τῆς συσφύσεως  
 τῶν τοιολογία, unde una & diuersa scientia cognoscitur. at quoties  
 iam, quoties ista συσφύσα petitur & repetitur? & tamen quam  
 nusquam seruatur, quam nusquam attenditur. Eadem scientia est  
 quæ constat ex syngeneis, diuersa scientia est quæ constat ex he-  
 terogeneis. Tertia est τῶν τοιολογία, quomodo demonstrationes eius-  
 dem rei sunt plures, alia τῶν ποσοτάτων ἀναλαμβάνει assumendo, alia εἰς  
 τὸ πλάγιον in latus. Illud enim est supra dictum, quod mutatis  
 uerbis iteratur. Demonstrationis media modò sunt in recto ordi-  
 ne συσφύσα, ut genera sunt speciei, modò εἰς πλάγιον, ut differe-  
 rentia, sed id Themistius & Philoponus satis apertè. Atque ista  
 numerosa τερέπσματα nobis ab Aristotele cantantur, qui legi-  
 bus suis τῶν τοιολογίαν tribus iam seueris iudiciis damnauit, qui ta-  
 men exemplis suis toties usurpat. Notabis hoc capite οὐσίαν dici  
 pro ποσότητι, ut cum dicitur μόνος, καὶ εἰς ἑνὴν, οὐσία, unitas, pri-  
 etum, essentia, intellige, tanquàm res diceretur. Quauis ad Pytha-  
 goreos Philoponus hoc referat, qui numeros essentias faciebat, at  
 ut est in metaphysicis. At Aristoteles Pythagoream hinc opinionem  
 nullam attingit, sua ipse sensa dumtaxat exprimit: notabis in hoc  
 capite συσφύσα & τῶν συσφύσα coniugationem & coniugata  
 dici, quæ alibi κατηγορίαν, συσφύσειαν, & τῶν συσφύσειαν nominantur.

## IN 24. CAPVT.

Capite uicesimo quarto ἐναρτίως duplex est ex quarto ca-  
 pite deducta, dictum illic est scientiam esse ἐκ τῆς κατὰ μέρος,

- 1 nium syllogismorum, omniumque quaestionum inuentionem esse nō putauit, ut primo topico testatur, & nos ante diximus. Ideoque tot libris eam dispersam uidemus in categorijs, in interpretatione, in abundantia propositionum, in posterioribus analyticis, in topicis. Videtur igitur hic quaerere, an omnium syllogismorum argumenta, id est media, principia, elementa sint eadem, sitque communis eiusmodi, mediorum & principiorum quaedam doctrina, qua syllogismi omnes instituantur. Et certè sic media omnium syllogismorum eadem & communia essent, eorumque communis esset & una doctrina. Quicquid enim ad aliud probandum uel
- 2 explicandum afferri potest, locus generalibus decem continetur, Causarum, causatorum, subiectorum, adiunctorum, dissensanorum, comparatorum, nominum, distributionum, definitionum, testimoniorum, & eorum communis & eadem est doctrina, Logica nempe & Dialectica inuentio. Id igitur refellere si uoluit Aristoteles hoc loco, ut in primo topico uoluit, errat, & labitur sicut illic errauit, ac lapsus est: quemadmodum secundo animaduersionum libro docuimus. Imò Aristoteles ipse uidetur iam antea id ipsum refutasse, cum docuit Dialecticam  $\kappa\upsilon\pi\iota\delta\upsilon \tau\omicron \acute{\alpha}\nu\tau\omega\upsilon \acute{\epsilon}\nu\alpha\iota$ , eamque omnibus artibus, omnibusque quaestionibus cōmunē esse.
- 3 Nam si dialectica communis est omnibus quaestionibus & disputationibus, certè mediorum & principiorum doctrina qua inuentio est, & de Dialecticæ partibus altera, tota etiam communis erit, & Aristoteles in Metaphysicis tertio & quarto libro disputat, & docet unam esse artem qua principia omnium artium cōmunia habeat & consideret, & duodecimo confirmat principia omnium rerum esse  $\kappa\alpha\iota \acute{\alpha}\nu\alpha\lambda\omicron\gamma\iota\delta\upsilon$  eadem omnium. At iam docuimus doctrinam illam esse logicam. Quare si Aristoteles hanc sententiam refellere uoluit, uerum & Aristoteli quidem ipsi probatum refellere uoluit. Atque hic omnino  $\tau\epsilon\rho\pi\acute{\iota}\sigma\mu\alpha\tau\alpha$  sunt ad
- 4 scientias & artes construendum prorsus inania. Aristotelicum nihil est.

## IN 26. CAPUT.

Vigesimo sexto capite uocabula quaedā facultates animi significātia ex occasione τῆς βπισήμις proponuntur, ἄς, ἐπισήμις

telicū, nihil Aristotelis principijs consentaneū. IN 25. CAP. I

Capite uicesimo quinto ponitur quaestio περὶ τῆς κοινότητος τῶν ἀρχῶν, de communione principiorum, an omnia syllogismorum principia sint eadem: ad hanc quaestionem refellendam multa rationes afferuntur. Syllogismi partim falsi, partim ueri. At neque falsorū cū sint contraria plerunque ut iustitia & iniustitia, neq; uerorū, si sint heterogenea, principia sunt eadē: nec si cōmunia quaedā pricipia sunt, ut axiomata, ideo sunt omnia: genus enim subiectū (ex quo est assumptio) proprium est. Et principia si eadē esēt, esēt finita: at infinita sunt, ut cōclusiones: rū uerō alia necessaria sunt, alia contingētia: nec si dicantur in singulis sciētijis eadē, in uniuersis erūt eadē: at nō eadē esse inductio & analysis artium declarabit: nec si quaedā propositiones immediate sunt & syngenea, iccirco eadem omnium artium principia erunt. Haec tot Aristotelis argumenta sunt ad hanc quaestionem refellendum, quaestione uerō ancipitem & ambiguā. Aut enim querit an principia, id est, elementa, media, argumenta denique syllogismorum sint eadē summo quodam & communi genere, ut antea Dialectica dicta est κυρία πάντων, domina omnium & omnium artium communis: aut querit an sint eadem subiecto certa artium genere, ut Arithmetica inter se, Geometrica inter se sunt eadem: id est syngenea, ut dictum est prius: aut omnino querit, an eadem numero sint, ut schola nostra loquuntur. Postremo genere eadem non esse, certē satis comprobatur Aristoteles: sed id querere peridiculum uideatur. Si uerō nunc disputet, secundo genere non eadem omnium syllogismorum principia esse. Ταυτολογία fuerit inanis. Quid enim aliud syngenea tribus capitibus, septimo, octauo, nono differuit, quam propria scientiarum esse principia, non esse eadem, non communia? Superest igitur ut de primo ταυτολογίας identitatis, ut ita dicam, genere differere uideatur. Huius enim quaestionis suspicor istam hypothesin esse, quauis ea tamen non exprimatur. Aristoteles unam communem omnium quaestionum dispositionem in syllogismo putauit, & in prioribus analyticis semel tantum docuit: unam autem & eandem & communem om-

v eo  
 " y ma in  
 o. itis  
 put

v m et  
 my et

v m et

ma "

1 aminat per se & iudicat: nec tamen in eo tātū lucet (ut Aristoteles uidetur affirmare) sed usquequaque in sciētia, opinione, arte, prudentia, disceptatione, sapiētia. Huius luminis partem in argumentis inuētio Logica imitatur & planè assequitur: nulla enim est rationis species, quæ nō inuētionis decē locis, causis, causis, subiectis, adiunctis, dissentaneis, cōparatis, nomine, tributione, finitione, testimoniis cōprehendatur: partē in Syllogismi & methodi dispositione imitatur, sed nō assequitur: iudiciū enim propositio-  
 nis & assumptionis naturale tātū est, arte nihil adiuuatur. Methodus prudentiæ præceptis cōprehēdi nō potest: naturæ solertiæ, & usus prudentiæ dūtaxat innititur. Sed hæc satis, o vōs est principiorū et causarū, ait Arist. Meminerimus tamē quod o vōs in principiorū cognitione tantū ponitur, hominis esse placitū, cui libuit hoc licet generali & communi nomine, tamen ueluti proprio hic uti. Quod rursum fiet ultimo capite libri secundi: at si uerbi cōmunis & humanus usus uel in Aristotelis philosophia consideretur, Aristotelicū hic nihil erit. Quoties enim Aristoteles usum loquendi communem sequitur, tō vō nomine, illud quod dico, mentis commune lumen significat: cognitionem principiorum nomine tō vō significare scholasticum commentum est. Scientia uerò est necessariorum: opinio est contingentium: & est ἀ-  
 2 λέγαν incertum quiddam: δοξας ἐν τῷ ἐπιτηδόν, opinabile uerò & scibile idem potest esse: ut Epicuro omnia concursione fortuita atomorum conficienti, eclipsis Lunæ opinabilis erat: Hipparcho ex necessariis causis intelligenti, scibilis. Sic opinio et scientia ἀποληΐως τὸ πῶς, conceptionis modo non subiecto semper differunt, ut eadem de re opinio uera esse potest, & falsa. Interea notabis hīc ab Aristotele dici, quod antea capite decimo quinto obscurius indicatū est, Dialecticā propositionē esse ἀμειστον, ut apodicticam: ut illa uideatur talis, hæc reuera sit: quod  
 4 iterum capite decimo tertio secundi dicitur. Notabis item ἡσίδον καὶ εἶδος hic sic opponi, ut antea notauimus, pro singulari quod per se est, & communi quod est in singularibus. Quomodo loqui uidetur Aristoteles, cum uocat hominem Socratis & Platonis

δόξα, διάνοια, τέχνη, φρόνησις, σοφία, intellectus, scientia, opinio, disceptatio, ars, prudentia, sapientia. ὁ νῦν intellectus, non solum est necessarium, sed primorum & indemonstrabilium, ut iam dictum est. Philoponus alius nescio quid hic philosophatur, τὸν νοῦν εἶναι πᾶσι ἀκρῶτάτω τῆς ψυχῆς δυνάμει, altissimam animi facultatem, quod concedo καὶ ἴδιον θεῶν ἀπλῆς καὶ ἁπλῆς καλεμένης ἀπλῆς ὀρθολογίας, per quam fit diuinorum apprehensio per simplices (quæ dicuntur) notionum, & quod Aristoteles antea dixit, τῶν ὄντων ὅρασις intelligitur, ὅρασις dicitur θεῶν ἐκ νοητῶν εἶδη, diuinas & intelligibiles species. Quamobrem autem ὁ νοῦς diuinorum tantum, non etiam communiter omnium immediatorum, diuinorum, seu non diuinorum fuerit? Multo uero magnificentius est, quod idem Philoponus ibidem paulo post ait ἀρχὴν ἢ ὀρθολογίας τοιοῦτον νοῦν καλεῖ, διότι ἢ ἴδιον κοινῶν ἐνοειῶν λήψις καὶ ὁλως ἢ ἴδιον ἀμέσων θεωτάσεων γνώσις αὐτοῦ Συλλογισμοῦ ἡμῖν παρρηγομένη, ἐσχάτη ἕως ὅτου καὶ περιπέσιος ἐνέργεια τῶν νοῦν τοῦτου. Principium uero scientiæ talem intellectum uocat, quia communium notionum perceptio, & omnino immediatarum propositionum cognitio, quæ sine syllogismo in nobis est extrema quadam & obambulans intellectus huius est actio. Hic tam nobilis locus animaduertendus est. Lumen est in nobis diuinum ceterum & caeleste, quo tamen & mediata & immediata & necessaria & contingencia & fortuita & cetera denique omnia cognoscimus non solum artium principia, denique quod Aristoteles primo topico Aristotele isto longè præstantior ait, ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμοῖς, νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ, ut uisus in oculo, sic intellectus in animo, quomodo in libris de anima ὁ νοῦς ab eodem dicitur. Hoc Logicum & Dialecticum lumen est generale, commune, uniuersale. Sed ad Philoponum redeo. Intellectus (ait) hic, sine syllogismo immediatas propositiones cognoscit, & ceterum sine syllogismo cognoscit, iudicat, & perperdit. Idque naturale iudicium tantum est: artificij nihil habet: hoc definitiones, hoc distributiones, hoc sine syllogismo (ut dixi) demonstrationes, hoc denique unum iudicium omnes artium catholicè & methodicè descriptas institutiones ex-

P. RAMI VEROMANDVI ELO  
 quentiæ & philosophiæ professo-  
 ris regii, Aristotelicarū animad-  
 uersionum liber decimus.

IN 1. & 2. CAPITA.    z' p' reu

**S**ECVNDI libri doctrina tota est de caus-  
 sis, causatus, distributione, definitione, origine  
 uniuersalium & principiorum non propria  
 apodictici syllogismi, sed omnium questionū,  
 omnium syllogismorum, imò etiam non syllo-  
 gisticarum explicationum omnium communis,  
 non propria (inquam) syllogismi ex causis primis & notissimis  
 rem concludentis, quem Aristoteles demonstrationem facit. In  
 arte porro, quòd commune sit uniuersi generis, uni speciei attri-  
 buere, sophisticum Aristoteles appellat quinto capite superioris  
 libri. Quare quicquid erit in hoc libro commodi, non ad demon-  
 strationis ullam artem propriam referemus: sed ad communem  
 3 Logica artis inuentionem. De definitione uerò tam multa, quæ  
 differuntur in hoc libro, è Platone ferè sumpta sunt. Pythagoras  
 primus definitiones in numeris, deinde Democritus in physicis, po-  
 stremò Socrates in ethicis celebrauit. Atqui duo sunt, ἀπὸ τῶν ἀν-  
 ἀποδῶν Σοκράτης δικαίως τοὺς δὲ ἐπακτικοὺς λόγους ἐπὶ τὸ  
 ὀρίσασθαι καθόλου, quæ quis merito Socrati tribuat inductiones  
 & definitiones uniuersales (ait Aristoteles) capite quarto. μ.  
 metaphysici. Theophrastus porro & Alexander duos scien-  
 tia modos dixerunt esse, alterum definitionis, demonstrationis  
 4 alterum. Quod Aristoteles (ut iam dixi) docet in metaphysicis: &  
 de demonstratione superiore libro actum esse, de definitione agi  
 secundo: de duobus scientiæ modis per definitionem, quæ quæstio-  
 nem quid est: & demonstrationem, quæ quæstionem propter quid,

speciem. Hoc extremo capite distributio & explicatio *ἁλωίας*, *τέχνης*, *φρονήσεως*, *σοφίας*, partim ad *Physicā*, partim ad *Ethicā* remittitur: in *physicis* tamen *ἴς* de rebus nihil dicitur. Itaque *Philoponus* per *φυσικῶ θεωρίαν* insinuat nobis *Metaphysicā* *τιῶ* *περὶ τῶ ὄντων διαλεγομένων*, quæ de entibus disserit, ait. Sic *Aristotelem* excusat, & uerbum cum uerbo commutat, propterea quòd in *Metaphysicis* de sapientia dicatur. Est uerò (ut *Philoponus* idem ait) sapientia idem omnino, quòd scientia: aut si quis accuratius distinguere uoluerit, τὸ ἀκρότατον τῆ νοῦ, intellectus extremum & uelut ipsius absolutio. Hæc uerò sapientia, qua diuinas & intelligibiles species agnoscimus, *σοφία* dicta, & quasi *σάφεια* declaratio, quia per eam diuina nobis manifesta sunt: at *περὶ τῆς ἁλωίας*, nusquã nec in *Ethicis*, nec in *Physicis*, nec in *Metaphysicis*: hanc uerò *Philoponus* nobis interpretatur *ὑπολογιστικῶ ἀγωγῶ*, ut initio citauit. Et genus efficit omnis disputationis opinabilis, *Dialecticæ*, *apodicticæ*: denique quãdoque aliud ex alio explicatur seu definitione, seu distributione, seu quauis explanationis specie, *διάλωια* dicitur, & *ἁλωιτικὸν*, quòd ita cognoscitur. Quare *Philoponum* primo capite errare docui, qui *ἁλωιτικὸν* opponeret *ἀσθητικῶ*. Est uerò in hoc uerbo mirabilis *Aristotelis ὁμωνυμία*, ut antea dixi. Extremo capite definitur *ἀχίνοια*, *δυσοχία* τις ἐν ἀσκέπῳ χρόνῳ τῆ μέσου, coniectiua medij in tempore non meditata, id est, causa & rationis extemporalis inuentio, uel *δύρεσις* *ταχέια* τῆ μέσου, inuentio subita medij, ut *Themistius* ait: Latine dicitur acumen, solertia, sagacitas, ingenium: *ἴς* enim tropis aliquando in eam sententiam uelimus, sed ex omnibus acumen maxime *Græcum* illud exprimit, & *ἀχίνοιας*, acutos dicimus, qui celeriter causam propositæ rei concipiunt. Huius & superioris capitis *τερεπίσματα* minus molesta sunt, quàm superiora, ad parandã tamen scientiã, quòd *analyseos* posterioris est propositum, inuicilia *τερεπίσματα* sunt, *Aristotelicã ἐμπρίαν* ad instruẽdas artes & scientias necessariã, nullã habet, *scholasticã* & inertẽ *ἀσθητικã* dũtaxat habet.

Animaduersionũ *Aristotelicarũ* libri noni finis.



damus. Duobus igitur primis capitibus agitur de quaestione sine  
 & generibus ac differentiis. Finis omnis quaestionis est inuētio me-  
 dy, id est cognitio, ut Eustratus recte interpretatur:  $\tau\alpha \zeta\eta\tau\acute{o}\nu\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\alpha$   
 $\epsilon\acute{\iota}\ \delta\epsilon\tau\iota\ \iota\sigma\alpha\ \tau\acute{o}\nu\ \alpha\pi\theta\mu\acute{o}\nu\ \delta\sigma\alpha\omega\epsilon\rho\ \delta\tau\iota\ \epsilon\acute{\iota}\ \delta\iota\alpha\ \tau\acute{o}\nu\ \alpha\mu\epsilon\tau\alpha$ . Qua quaeruntur,  
 equalia numero sunt iis quae scimus. Haec propositio est ex eodem  
 fine, quia quaestionis finis est scientia, ideo quaesita quot numero  
 sunt, totidem si cognoueris, scita erunt: propositio tamen est Ari-  
 stotelis doctrinae non congrua, definientis scientiam ex causa pri-  
 ma necessaria uniuersali: multa enim quaeruntur, ut fortuita, sen-  
 silia, quorum nulla talis scientia est. Genera quaestionum Ari-  
 stoteles quatuor facit:  $\epsilon\acute{\iota}\ \delta\epsilon\tau\iota$ ,  $\tau\acute{\iota}\ \delta\epsilon\tau\iota$ ,  $\delta\tau\iota\ \epsilon\acute{\iota}\ \delta\iota\alpha$ ,  $\tau\acute{\iota}\ \delta\epsilon\tau\iota$ , an est, quid  
 est, quia est, propter quid est: ut, an est luna? quid est luna? an lu-  
 na deficit? propter quid luna deficit? Duae primae simplices sunt,  
 duae postremae compositae. Prima secundam, tertia quartam an-  
 tecedit, antecedentēque sine consequentibus cognoscuntur, non  
 contrā. Prima & tertia, secunda & quarta eadem, quoniam eo-  
 dem argumento tractantur, modoque tantum quaestionis diffe-  
 runt, quod altera sit simplex, altera composita. Haec duorum ca-  
 pitum Aristotelica doctrina est. Genera porro quaestionū si apo-  
 dictica quaerantur, quoniam iis libris  $\alpha\pi\acute{o}\delta\epsilon\iota\chi\tau\iota\varsigma$  sola proponitur,  
 eaque sic ab Aristotele definitur, ut explicet  $\delta\iota\alpha\ \tau\acute{\iota}$ , certē unicum  
 ē quatuor iis erit apodicticū,  $\delta\iota\alpha\ \tau\acute{\iota}$ : nec quaestio an est, erit apo-  
 dictica, quia non quaerit accidens de subiecto, quae sola demon-  
 strationis materia est, sed subiectum simpliciter quaerit, ut Ari-  
 stoteles hic ait, λέγω δὲ τὸ μὲν ἀπλῶς τὸ ὑποκείμενον, ὃς σελήνην, ἢ γῆν, ἢ ἥλιον, ἢ τρίγωνον: dico uerō simpliciter quidem  
 subiectum, ut lunam, aut terrā, aut solē, aut triāgulum: & subie-  
 ctum tanquā principium ponitur in artibus, ut Aristoteles antea  
 docuit: non disputatur quare quaestio (an est) non est apodictica:  
 Nec iisdem rationibus quaestio, quid est, quia nō quaerit accidens  
 de subiecto, sed definitionem de definito. Quaestio, quia est, si  
 quaerit accidens de subiecto, uidebitur fortassis apodictica  
 esse. At Aristoteles capite decimo libri superioris distinxit ὅτι &  
 διότι, & cum factis, subiectis, adiunctis, & quibuslibet argumen-

explicat : Theophrastum & Alexandrum hic non reprehendo :  
 demonstrationis nomen pro syllogismi specie cum Aristotele acci-  
 piunt , non probo : totumque syllogistica demonstrationis docu-  
 mentum ut commentitium , ut non Aristotelicum reuicio , quam-  
 obrem paulò post dicam . Est uerò notāda Philoponi, Eustrati,  
 & reliquorum contra Theophrastum & Alexandrum dissensio,  
 quòd secundi huius libri scopus non sit definitio : & quāuis de  
 definitione præcipiatur, præcipi tamē per accidens, quia defini-  
 tioni accidat esse medium demonstrationis. Aristotelis studium  
 aliquod interpretes hi uidelicet, senserūt, syllogismo demonstratio-  
 nem, demonstrationi definitionem subiicientis. At tamen homines  
 hi tam acuti ad parandam scientiam principem locum defini-  
 tioni concedunt : ἀπὸν κῦρος ἔχει totum principatum habet  
 definitio (aiunt) definitio per se scientiam parit, demonstratio si-  
 ne definitione non parit . Et quid (inquam) cū Aristoteles de  
 scientia, scientiæque generibus & modis præcipiat, quomodo per  
 accidens de principe scientiæ instrumento præcipit ? Ergo poste-  
 riorum secundus liber Platoniam definiēdi doctrinam sibi pro-  
 ponit, si Theophrastum & Alexandrum, imò Aristotelem ipsum  
 in Metaphysicis sequimur. Sed tamē Aristoteles definitionem in  
 demonstracionis speciem traducere uoluit, nec interpretes fortassis  
 hic omnino labūtur. Hic multa commenta τῶν ἐπι τῆς ἀναλυτικῆς  
 prætereo, de quibus alibi dici commodius fuit : Artes omnes de-  
 finitionibus, diuisionibus, causarum reddicionibus & explicatio-  
 nibus, & exemplis tractantur. Aristoteles quæstionis simplicis,  
 quid est, explicationem, definitionem appellauit : quæstionis com-  
 posita propter quid est, explicationem, quāuis definitio esset,  
 definitionem dicere noluit, demonstrationem dixit : & quāuis  
 quæstiones quid est, & propter quid est, faciat easdem, earum ta-  
 mē explicationes easdē facere noluit, duas distinxit, ut definitio  
 definirēt essentiā τῷ γῶ : demonstratio de subiecto demonstraret  
 accidens τῷ συλλογισμῶ : & ex hoc commento multas in hac ar-  
 te tenebras genuit, ad quas discutiendas magno adiumento nobis  
 erant duo proxima capita, quorum sententiam diligenter auer-

consentire. Si uerò qualibet quaestionum genera partiti uoluit  
 Aristoteles, grauius offendit: nec enim hæc sola sum. Queritur e-  
 num quale? quantū? quid agit? ubi est? quādo ueniet? & infinita;  
 alia. Quamobrem uide qualis hæc partitio sit: De quaestionibus  
 apodicticis uidetur loqui, quatuor genera exponit: at tria non  
 sunt apodictica, aut si genera quaestionum in uniuersum partiti  
 uoluit, omisit plura quam comprehendit. Quare partitio hæc  
 nihil habet Aristotelicum. Est autē obscurus his capitibus, locis  
 aliquot, dictionis genere, εἰς ἀριθμὸν ἔστι μέρους, in numerum  
 & in parte dicit pro compositis, & opponit ἀπλῶς simpliciter,  
 quia uidelicet numerus & pars compositionis simbola sunt &  
 ὅτι pro eis confundit, ut sæpe postea in hoc libro. Et cū probat  
 Aristoteles finem quaestionis esse mediū inuentionē, lubricè loqui-  
 tur, cū ait in quaestione, an est, & quia est, quæri an sit mediū,  
 & in quaestione quid est, & propter quid est, quæri quid sit &  
 propter quid sit mediū: at id non agitur: sed quaeritur mediū  
 quod explicet, an est, quid est, quia est, propter quid est, et ἀτιον  
 causam appellat omne mediū, id est, argumentum: quo loco se  
 ridiculos interpretes indicant, dum disputant in simplici qua-  
 estione non esse mediū, quia duo extrema quaestionis non sunt, ut  
 tertium sit mediū. At propositionis omnis & quaestionis extre-  
 ma duo sunt, subiectum & attributum: & mediū metaphoricè  
 capitur pro argumento, ut alibi dixi: ut λόγος, τῆς ἰσ, ratio & att  
 fides propriè sit idem quod mediū metaphoricè hic significat,  
 uno loco pro τῆ ἐναι, usurpat τὸ οὐσίαν: locus est præterea  
 quod sensu percipiatur uniuersale, contrarius ei qui est uigesimo  
 quarto capite primi. Qualis locus est rursus ultimo capite huius,  
 sed in his diutius immoramur. Aristoteles definit demonstratiōnē,  
 quæ explicet διότι aut διὰ τὶ quod idem est. De quaestionibus  
 multa præcipiuntur ab Aristotele, duobus totis capitibus, an est,  
 quid est, quia est, quāobrem est. Itē in Topicis problemata quatuor  
 exponuntur sub quaestione quia est (ut Græcis interpretibus qui-  
 busdā placet) cōprehensa, de accidente, genere, proprio, finitione:  
 ad quæ topica tota relata sunt. In Rhetoricis uerò & Aristoteles

ris ueris explicari possit sine causis, sic exposita  $\delta\omega\delta\delta\epsilon\tau$  non  
 effecerit: si dixeris ex causa legitima explicari posse, id Aristo-  
 telis superiori doctrina repugnare dicam: deinde si possit, ut  
 Aristotelis hoc libro posse uidebitur, antamē nec sic quidē demō-  
 strationem effici concedam: nec  $\delta\pi\sigma\eta\mu\epsilon\iota$  scientia dicitur ab  
 Aristotele cognitio principij & mediij, sed quæstionis exposita, ut  
 ex quæstionis non mediij modo scientia modus meriedus sit. Qua-  
 stione igitur exposita & expleta, scimus, quod quærebamus:  
 quærebamus autem in illa quæstione  $\delta\tau\iota$  promiscuē & genera-  
 liter, an accidens subiecto inesset. Itaque si uerē id constat & que  
 conclusum est, scimus accidens subiecto inesse: non quærebamus  
 propter quid est: nec uerō propter quid uerum sit animaduerti-  
 mus: quanuis eodem argumento utraque quæstio possit exponi, ut  
 secundo & nono capitibus intelligetur. Quare cū demōstratio  
 explicationē  $\delta\lambda\alpha$   $\pi\iota$  scientiāq; polliceatur, quod nō efficitur qua-  
 stione, quia, quæstio, quia, demōstratiua & apodictica non est.  
 Vnica superest igitur quæstio  $\delta\lambda\alpha$   $\pi\iota$  quæ sit apodictica, nec ta-  
 men rectē definita, quod quærat propter quid accidens subie-  
 cto in sit: potest enim quæri simpliciter  $\delta\lambda\alpha$   $\pi\iota$  oixia propter quid  
 domus est? ut Aristoteles ipse postea quærit: potest genus de specie,  
 ut, Propter quid homo est animal? quare si quæstiones apodicti-  
 cas Aristoteles partiri uoluit, uitiosē partitus est, quatuor gene-  
 ra pro uno posuit, neque tamen id ipsum rectē definiuit. Et Ari-  
 stoteles in generibus causarum, cū docet ex iis singulis demō-  
 strari, nūquā proponit aut quærit  $\delta\lambda\alpha$ , sed  $\delta\lambda\alpha$   $\pi\iota$ : & interpretes  
 cū uiderēt ab Aristotele in iis libris de quæstionis  $\delta\lambda\alpha$  & qua-  
 stionis  $\delta\lambda\alpha$   $\pi\iota$  mediis, tam multa dici: de quæstionis autē eī  $\delta\lambda\alpha$   
 mediis nihil dici, quæsiuerūt, quid esset causa, quam obrē quatuor  
 quæstiones Aristoteles proponeret, duas dūtaxat instrueret, quarū  
 etiā alterā apodicticā esse negaret: cui dubitationi Nyphus dū re-  
 spondere uult, ineptiā suā indicat: respondet enim cōtra Aristotelis  
 doctrinā, quæstionem, an est ad quæstionē, quid est: & quæstionē,  
 quia est ad quæstionē, propter quid est reduci. Cū Aristoteles an-  
 tea doceat, an est, & quia est: quid est, & propter quid inter se

1 Syllogistica, ut amea dixi, demonstrationē in demonstratiua qua-  
 estione retineo & laudo: at syllogismum demonstratiuum, aut  
 demonstrationem syllogisticam ex Aristotelis principis nullam  
 comperio. Ergo questionem hanc ex his duobus, & alia deinde  
 sequentibus huius libri capitibus doceo, tam absurdum esse syllo-  
 gisticam fingi demonstrationem, qualem Aristoteles proponit,  
 quam ignem frigidum aut glaciem calidam. Quo modo (inquies)  
 rem tam nouam, & quidem ex Aristotelis doctrina conficies?  
 Animaduerte, inquam: quatuor questionum genera facit Aristo-  
 teles, duas antecedentes, consequentes duas, an est, antecedit, quid  
 2 est, sequitur: quia est antecedit, propter quid est sequitur, nec con-  
 sequentes explicantur, nisi constiterit antecedentes esse: Hęc Ari-  
 stotelis doctrina est in his capitibus, & rursus erit nono capite.  
 Harū porrò questionū una est apodictica (ut dixi) δία τι, quam  
 syllogismo non posse concludi iam disputo, nec syllogistico iudi-  
 cio estimari, sed intellectu iudicari: quid est eclipsis lunæ? est  
 primario luminis à luna propter obiectā terrā: syllogismus hic in  
 Aristotelis litera nullus est, neque omnino esse potest, ut Aristo-  
 teles quinque proximis capitibus amplissimè confirmabit: hoc  
 iudicium νοητικὸν intellectiuum simplicius est syllogistico, multo-  
 3 que præstantius & excellentius, & tanto quidem excellentius,  
 quanto ὀνοῦς τῆς ὁπτισημῆς intellectus scientia præstantior est.  
 Quæstio igitur quid est, syllogismum respuit, omni que syllogismi  
 conclusionem clariorem & illustriorem explicationem habet: ab-  
 surdūque sit dicere questionis, quid est, explicationem syllogi-  
 sticam esse, uel definiuium syllogismum statuere, tanquam defi-  
 nitio perfecta questionem quid est, explicans syllogismo defi-  
 nitum suum cōcluderet. Consideret iterum dicam) questionem quid  
 est, νοητικὸν esse, non συλλογιστικὸν, his Aristotelicis fundamen-  
 tis positis, dico questionem quamobrem est, item νοητικὸν esse,  
 4 non συλλογιστικὸν. Propter quid luna deficit? quia priuatur lu-  
 mine à terra inuermposita: hoc exemplū in litera Aristotelis est νοη-  
 τικῶς iudicatum, πὸ συλλογιστικῶς conclusum. Ergo, testimonio  
 Aristotelis, demonstratio sine syllogismo fieri potest: nec uerò syl-

Et Aristotelem secuti Græci ac Latini Rhetores, dici non potest  
 quàm multa quæstionum nomine commenti sunt. Atqui has omnes  
 quæstionum distributiones inutiles esse dico. Quid ita? causam  
 Et argumentum ab Aristotele ex his capitibus accipio. Quis est  
 finis quæstionis: inuentio mediæ (ait Aristoteles) Et scientia, idè  
 que quæstionis Et scientiæ genera facit eadem. At (inquam) ad  
 finem quæstionis assequendum nihil te quæstionum harum par-  
 titio adiuuat: propositæ quæstionis partes uideantur, earum caus-  
 sa, facta, ceteraque argumenta inueniantur, inuenta quæstioni  
 accommodentur, quæstio cognoscitur, Et indicatur, etiamsi non  
 consideraueris ex quo genere quæstio illa sit, an est, quid est, quia  
 est, quamobrem est. Ad finem (inquam) quæstionis assequendum  
 ista quæstionis partitio nihil attinet: inutilis igitur est. Quæstio  
 consideranda tibi tua est, ex quo genere sit harum quæstionum  
 consideranda tibi non est: non alia est, uel in his duobus analy-  
 ticus inuentio, primæ quæstionis, alia secundæ, alia tertiæ, alia  
 quartæ: imò Aristoteles ipse docet, eodem argumento quæstionem  
 quid est, Et propter quid est exponi, nempe definitione: nec in  
 prioribus analyticis alias figuras syllogismorum, aliis quæstionibus  
 accommodauit. Denique sermone Grammatico, ornatu Rhetorico  
 hoc Et illo modo quæsitæ res exponamus, ad Grammatici tamen  
 sermonis artē, ad Rhetorici tamē ornatus artē, quæstionum species  
 ita diuidere nihil attinet: sic in differēdo quæuis alio, atque alio  
 modo quæsitæ res disceptentur: at tamen ad differēdi artē,  
 ad dialecticæ uel inuentionis uel dispositionis artē nil modus  
 quæstionis attinet: sed hac de re satis. Hic primus est horum capitum  
 fructus, quod doceo ex Aristotelis doctrina, quæstionum partitio-  
 nem in Logica arte inutilem esse: Secundus est fructus multo maior: de  
 demonstratiuo syllogismo tota duo hæc analytica perstreperunt. At  
 demonstrationis syllogismum nihil esse, maxima etiam Aristotelis  
 exemplorum ἐπαγωγῆς, ἰσοπία, ἐμπερίεια iam antea superiore li-  
 bro probauit, Et hic præterea non solum nihil esse, sed nihil esse  
 posse ostendo, ut syllogistica demonstratio non modò deducta non  
 sit ex usu, sed ne deduci quidem ullo modo possit: syllogismum in

1 to quæstiones omnes, & an est, & quid, & quia est, & propter quid est, explicari possunt. Probare enim potes quæstionem (an homo sit) per eandem definitionem,

Animal rationale est:

Homo est animal rationale:

Igitur homo est.

Explicare potes quæstionem, quid est homo, eodem argumento, cum querenti, quid est homo, respondebis, est animal rationale: potes eiusdem generis argumento quæstiones reliquas expedire, an homo est capax disciplinæ? dices ex maioris extremi definitione,

Quicquid naturalem ingenij ac rationis facultatem habet ad disciplinam capiendum, capax est disciplina:

Homo habet:

Capax igitur est disciplina.

Potes, si queratur quamobrem sit capax disciplina, eandem definitionem, aut aliam perfectiorem si habes, respondere, quia naturalem ingenij ac rationis facultatem habet ad disciplinas capiendum. Ergo (inquam) quatuor Aristotelis quæstiones eodem argumenti genere ut definitione, possunt exponi. Quid igitur? nihilne inter quæstiones intererit, si nihil inter argumenta intersit? Cum ex definitione per integrum syllogismum explicabis quæstionem, An homo est, explicabisne simul eodem syllogismo quæstionem, quid est? Minimè dices: nec enim quæstio, quid est, syllogistica est, tota est  $\nu\omicron\pi\kappa\eta$ : Cum ex definitione explicabis quæstionem, quid est, explicabisne simul quæstionem, quia est? Nequaquã. Quæstiones enim genere differunt: & illa est  $\nu\omicron\pi\kappa\eta$ , hæc verò etiam  $\kappa\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\varsigma\iota\kappa\eta$ : & quantum idem lumen argumenti in quæstionibus omnibus adhibeatur, non est tamen eadem quæstio, quæ illuminatur: nec eiusdem rei scientia & cognitio conficitur.

2 Solis eodem lumine calum uides & terram, calum tamen qui uides, non ideo terram uides: argumenti immediati cognitio appellatur  $\delta$   $\nu\omicron\upsilon\varsigma$  ab Aristotele: explicata inde rei cogniteo scientia: & ut res, quæ queritur, sic rei quæsitæ & explicatæ cogni-

logismo concludi potest, ut questioni illi, quamobrem est, respon-  
deatur. Et hoc argumentum est, quod priore libro pollicitus sum.  
Demonstrationem antea probavi infinitis & probatis exemplis  
à syllogismo separari, & demonstrationis essentiam nullam è syl-  
logismo pendere. Quòd autem demonstratio, & questionis, quid  
est, explicatio, syllogismo concludi non posset, huc reteci, idèoque  
probandum hic iam suscipio, ut syllogistica demonstrationis com-  
mentum uanum prorsus & inane, Aristorelicisque principiis,  
alienum tandem aliquando planè cognoscatur. Ergo hoc argu-  
mentum intelligi maxime & considerari uolo, dico, in qua, expli-  
cationem questionis, quamobrem est, syllogisticam non esse, nec  
syllogismo concludi posse, ac si tentes syllogismo concludere, qua-  
estione  $\delta\tau\iota$  concludes, non questionem  $\delta\iota\alpha\ \delta\iota$ , idque ex præsen-  
Aristorelis doctrina confirmo. Non queris quid est, nisi constite-  
rit an est: ita non queris, propter quid est, nisi constiterit, quia  
est, ut Aristoteles docuit. Fac igitur tibi syllogismo iam conclusio cõ-  
stare, an luna deficiat, & questione reliquam esse, propter quid  
deficiat: si ex lunaris eclipseos definitione syllogismum concludere  
ris, hoc aut meliore, si fieri potest, modo,

Cùm luna priuatur lumine propter interpositam ter-  
ram, ea tum deficit:

Priuatur lumine propter interpositam terram:

Luna igitur deficit.

Concludis hic questionem  $\delta\tau\iota$ , non  $\delta\iota\alpha\ \delta\iota$ . Etenim quod in logi-  
co organo tam sæpe dicitur, questio syllogismi & conclusio ra-  
tione tantum differunt, re sunt eadè: denique quod cõcluditur, id  
prius quærebatur. Concluditur autem hoc syllogismo (luna igitur  
deficit) questio itaque fuerat, an luna deficiat? qua est questio  
 $\delta\tau\iota$  non  $\delta\iota\alpha\ \delta\iota$ , & questio quidem qua iam posita, & confessæ  
nobis habebatur: ita rem conclusam nobis concludis & actam  
rursus agis. Nec dici potest tum questionem quamobrem est, syllo-  
gismo concludi, cùm argumentum definitio, vel causa, propter  
quam res est, propria & necessaria fuerit. Etenim (ut Aristoteles  
nono huius docebit, & est omnino uerum) definitionis argumen-



- 1 dēti methodo collocare, ut cōuersus discētis animus res propositas protinus intelligat, ut conuersus oculus positos in bono lumine colores repēre cerneret. Hæc noua & miranda uidebūtur ijs qui tenebris scholasticis oecacati nūquā disputationū suarū usum & fructū quasiuerūt: ijs uerò qui sinē philosophiæ requirent, qui principia Aristotelica ἀσθησι, ἐπισωλυσι, ἰσπισι, ἐμπερισι sequētur, qui uidebunt Grammaticam totam, Arithmeticam totā sine syllogismis institui, hæc non solū uera, sed etiam (ut spero) pericunda erunt. Geometriam uerò (de qua iam multa dixi) tum demum facilem habebimus, & puerilibus studijsabilem & accommodatam, cum breue illud & apertum ex causis νοτιχὸν lumine recuperarit. Sed de his fortasse nimium multa. Concludo, quod institueram, magna & Aristotelicis principijs alienissima ambitione syllogismo demonstrationem & explicationem questionis, quamobrem est, ab Aristotele subiectam esse: nec in questione, quamobrem est, magis syllogismum requiri, quàm in questione quid est, glaciēque calidam, & ignem frigidum non absurdus appellari, quàm syllogismum demonstratiuum: & hunc secundum fructum ex ijs duobus capitibus percipio.

3 IN 3. CAPVT.

- Octo capita deinceps de definitione ita tractata sunt, ut de confusione obscuritate certatum esse credas. Quæstiones confusæ & obscuræ adhuc multæ fuerunt, nulla tamen confusior fuit, nulla obscurior. Est autem hic imprimis magnus Aristotelis labor & sudor, ut μετεμύρφωσι definitionis illam quam superiore libro tentauit) confirmet. Plato ad instituendas artes definitionē & distributionem, causa redditionē proposuit, syllogistica demonstrationu non meminit, nec meminisse poterat, cum nihil habeat à definitionis explicatione diuersum. Aristoteles Platonem derisit, distributionem labefactare studuit, definitionem demonstrationi subijcere uoluit, ut demonstratio syllogistica uelut artium singularum magistra sola coleretur. At demonstratio syllo-

rio diuersa est: nec argumēti apodictici & principij, sed quæstio-  
 nis inde facta cognitio, scientia nunc dicitur. Itaque scientia spe-  
 cies ex quæstionis specie metiēda est. Quærebas an est, id que uero  
 argumento, & quod quærebas, explicante, nosti? Nosti quæstionē  
 an est, non quid est. Quærebas quid est, id que argumento uero, &  
 quod quærebas, explicante, nosti? Nosti quæstionem quid est, non  
 an est. Quærebas an hoc accidens illi subiecto inest: id que legiti-  
 mo & congruo argumento nosti? Nosti quæstionem quia est, non  
 quæstionē propter quid est. Quærebas propter quid hoc accidem  
 illi subiecto inest, id que argumento quæstioni respondeme nosti?  
 Nosti quæstionē propter quid, non quia. Quamobrem qua ratione  
 respōdes, si definitionis argumētū in syllogismo sit, ideo quæstio-  
 nis quamobrem res est, explicationem haberit? Sic enim explicatio  
 quæstionis an est, explicatio esset reliquarum quæstionum: Sic  
 item definitio, definitum definiens in syllogismum ueniret: Ar  
 respuit, ut Aristoteles docebit, & idem argumentum ab Ari-  
 stotele septimo capite de duabus primis quæstionibus tracta-  
 tur, ut eo loco commodius intelligetur. Quare quæstio di-  
 ca non est syllogismi: διανοήσεως breuioris est, ut sunt omnes quæ-  
 stiones, ad quas ita, uel non, respōderi non potest, Quid est? quo-  
 duplex est? quale est? quantum est? quid agit? ubi est? & eiusmodi. 3  
 Quod si non respondeatur αὐτόπιστον, ἀμετρον, ἀναπόδεικτον,  
 per se probabile, immediatum, indemonstrabile quærenti, proximus  
 ex priori quæstione & respōsione fit quæstio alia, ut si quis quæ-  
 rat, Quid est homo? si respōdes, Animal bipes, mansuetum, & quæ-  
 renti respōsio tua non probetur, aut etiam falsa uideatur, proxi-  
 mus existet quæstio ὅτι, an homo sit animal bipes, mansuetum: qua  
 syllogistica est: nec magis in composita quæstione quamobrem  
 est, quam in simplici quid est, respōsio definitionis est syllogisti-  
 ca: at utrobique definitio respondetur. Denique cum artium ma-  
 teries tota debeat esse κατὰ τὸ αὐτὸς, καὶ αὐτὸ, καθόλου, ut pri-  
 mo libro dictum est, doctoris officium non est syllogismo uerum  
 discipulo probare, sed res illas necessarias, syngeneas, primò ca-  
 tholicas in definitionum, distributionum, demonstrationum cui-

- 1 *essentia est definiti. quod demonstratio demonstrat, est accidens subiecti. Tertium est argumentum, unius quatenus unum, scientia una est. Ergo quod scitur definitione, nescitur demonstratione: et contra. Hoc argumentum consenit cum priore. Quartum, definitio est principium demonstrationis: In quinto argumento repetitur secundum et quartum, quod definitio sit τῆς οὐσίας, quam demonstratio supponit. Sextum argumentum, Demonstratio demonstrat aliquid de aliquo: in definitione nil κατηγορεῖται attribuitur. At primo argumento dicebatur ἀπὸ τοῦ ἕ ὅτι κατηγορεῖται, omne quid est categoricum. Septimum argumentum, Definitio declarat τὸ πᾶσι ὅτι quid est, demonstratio declarat ὅτι, quia est hoc de hoc, aut non est. Nomine ὅτι intelligit Aristoteles confuse questionem, an est, et quia est, quam utramque questionem syllogisticam esse ait postea capite septimo huius. Hæc tertii capitis disputatio est, Differunt definitio et demonstratio maximè subiectis et propositis rebus. definitio itaque non demonstratur. Interea que tamen hinc colliges, quid definitio sit, nempe quod declarat quid est. quæ tertia quæstio fuerat, et definitionem rebus essentialibus effici, non accidentibus, quæ quarta fuerat quæstio, quorum est definitio. Sed imprimis Aristotelicam definitionis*
- 3 *et demonstrationis differentiam hic notabis, quam initio posuimus. Est enim mirificè hoc capite proposita, ut permirum sit Græcos interpretes in catholici definitione, ubi genus et differentiam de specie demonstrabilem faciunt, tam Aristotelicæ disciplinæ expertes fuisse. Etenim tam manifestè loquitur hic Aristoteles definitionem τῆς οὐσίας εἶναι, demonstrationem δὲ Συμπεληκότων. Quin epilogo capitis huius id totum evidentiſimè cōstituit, φανερόν ἄρα ὅτι οὔτε οὐδ' ὁ ὁρισμὸς, τοῦτου πάντως ἀπὸ διζίς, οὔτε οὐ ἀπὸ διζίς, τοῦτου πάντως ὁρισμὸς, ὡς τε ὅλως τὸ αὐτὸ οὐδ' ἐνὸς ἐνδ' ἔχεται ἀμφω ἔχεν. Manifestum igitur (ait)*
- 4 *quod neque cuius est definitio, huius omnino est demonstratio: Neque cuius est demonstratio, huius omnino est definitio: Itaque omnino nullius eiusdem accidit utramque esse. Sic Aristoteles loquitur, Definitio definit essentiam definiti, demonstratio demon-*

gistica nulla est, & demonstratio quæ uera sit, nihil habet à de-  
 finitione diuersum, sed tamen Aristoteles tam obscuram quæstio-  
 nem distinguamus. In initio quadripartita diuisio est, ὡς τὸ ἔχει  
 δεικνύται, ἢ ὁ τρόπος τῆς ἀναγωγῆς, ἢ ὅτιν ὁρισμὸς, & ἕτεροι;  
 quomodo quid est demonstratur? quis modus subductionis? quid  
 est definitio? & quoru? Quinque proximis capitibus prima pars  
 disputatur, octauo & nono secunda, decimo tertia & quarta: tam-  
 etsi disputatio primæ partis, aliquid est quartæ & tertiæ. In  
 hac quæstione legem Academia sequemur: de puncto in punctum,  
 de capitulo in capitulum (ut iubet & loquitur) breuiter agemus.  
 Prima pars (ut dixi) quinque capitibus proximis differitur. Defi-  
 nitio neque demonstratur, neque demonstrat: quòd non demonstre-  
 tur, quatuor capita primæ sunt: quòd nō demonstrat, quintum est.  
 Tercio itaque capite primæ partis inficiatio differitur, quòd de-  
 finitio non demonstratur, quia differant inter se definitio & de-  
 monstratio. Primum argumentum est, quòd omnis definitio sit  
 uniuersalis & affirmata, non autem omnis syllogismus, quia in  
 secunda figura negatus, in tertia singularis. Quid hinc uerò con-  
 cludes? Syllogismum definitionem nō esse. At id non quærebatur,  
 & argumentum contrarium est illud octauo capite primi, quòd  
 ὅρος οὔτε ὡς ὅλον, οὔτε ὡς ἐν μέρει, οὔτε εἶναι ἢ μὴ εἶναι λέγει,  
 definitio neque ut totum, neque ut pars, neque esse, aut non esse  
 dicit, imò dicetur sexto capitis huius argumento, in definitione  
 nil κατηγορεῖσθαι. Distinctiones interpretum hic laborabunt:  
 homonimiam tamen non probo. Fallacia enim est (ut ait Aristo-  
 oteles) εὐμque sophisticum illud est, cū agitur de specie syllogi-  
 smi, demonstratione, quam fingit Aristoteles, syllogismum, id est  
 genus ponere: syllogismus (ais) non omnis uniuersalis & affirma-  
 tus: at hic non de syllogismo, sed de demonstratione agitur. Quam  
 est igitur illud catholicum? secundum argumentum est, Definitio  
 est, τῆς οὐσίας essentialis, non autem συμβεβηκότων accidentalium,  
 demonstratio contra, accidentalium, non essentialis: quòd uerum esto:  
 atque hoc est definitionis & demonstrationis, Aristotelicum discri-  
 men, quòd antea sæpius citauimus. Quòd enim definitio cōplectitur,

strationis à magistro proposita imperfectum est, minus extremum homo, minus animal bipes, medium nullum ponitur: absolute tamen exemplum si potes eiusmodi,

Omne animal rationale, est animal bipes, in eo quid est:

Omnis homo est animal rationale, in eo quid est:

Omnis igitur homo est animal bipes, in eo quid est.

Hæc demonstratio (inquit Aristoteles) λαμβάνει ὃ δεῖ δεῖξαι, quia tam ignotum est illud (quid est) in propositione utraque, quam fuerit in problemate. Ergo demonstrari non potest definitio de suo definito. Hæc Aristotelis disputatio est, sed tamen quid ad tuam istam demonstrationem quatuor hypotheses, cum quarta sola requiratur? imò si doctrina in prioribus analyticis uera est, ne requiratur quidem. docetur enim illic ἐπαναδιπλούμενον ad solam maiorem addendum esse: si ad minorem addatur, id esse ψεῦδος & οὐ σωεπὸν, falsum nec perceptibile. Quod certè uerū est: nūm cum problema sit, An homo sit animal bipes, in eo quod quid est: ipsum quid est, maioris extremi pars est, non minoris. Ergo in sola maiore debet esse, non in minore. Atque hic quantum Aristotelicum nihil est, ex his tamen quæquiliis colliges legem definitionis ex tertia hypothesi, quod definitio propria sit, & conuertatur cum definito.

## IN 5. CAPVT.

Quinto capite continuatur disputatio primi membri, definitio non demonstratur, quia differt à demonstratione, tertium caput ait: definitio non demonstratur, syllogismo duplicatè quid est, quia principium peteretur, quartum caput ait: definitio non demonstratur diuisione, quia principium peteretur, quintum caput nūc ait: quòd autem definitio diuisione non demonstratur, ratio est, quia diuisio sit ἀσυνλόγιστος, nec ex antecedentibus concludatur necessario, si que similis inductioni συμπερασμα ἐρωτῶντι conclusionem petenti. Ac quantum χρῆσις διαπέσεως usus diuisio-

strat accidens subiecti, nec unquam idem definitio definit, quod demonstratio demonstrat. Ergo Aristoteles hic significat omnem generis, d.fferentia, species tractationem esse ὀριστικῶν, aut certe διαρετικῶν, quia τῆ διαρέσει paulò post quinto capite essentiam tribuet item Aristoteles: tractationem uerò καθήκτων, καθῶν, Συμβεβηκότων ἢ κατ' αὐτὰ esse ἀποδεικτικῶν. Atque hoc definitionis & demonstrationis discrimen, ostendit Aristotelis placitum, non tradit ex Aristotelis principijs ἰσοπίας & ἐμπερίας obseruatum documemum. Placuit Aristoteli, cum quaeritur cur accidens subiecto inest, quaestiois eius ex accidentis ipsius definitione explicationem esse demonstrationem. At si quaeritur, non compositè, sed simpliciter, cur homo est, cur domus est, uel compositè genus de specie, ut cur homo est animal, quidnā causse dicit Aristoteles, quamobrem harum quaestionum explicatio non sit demonstratio? Ergo totum Aristotelica demonstrationis inuenium commentitium est, nec quicquam prater inane nomen habet: nullam inuentionis topicæ, nullam dispositionis analytical scientificam partem propriam continet.

#### I N 4. C A P V T.

Quarto capite disputatur idem. Definitio non demonstratur syllogismo duplicante. Vna ratio est summa, quod hac demonstratio λαμβάνει ὃ δεῖ δεῖξαι sumit quod oporteat demonstrare, & quod erat in quaestione, & principio petit. Obscurissimum caput est, in quo diuinare mihi uidentur interpretes, quid Aristoteles sibi uelit Sed tamen summam faciamus. Non demonstratur (ait Aristoteles) definitio de suo definito, ut quid est: quam ad rem hypotheses sumit quatuor. Syllogismus aliquid de aliquo demonstrat per medium. Definitio propria est, & cum definito conuertitur. Si definitio de suo definito demonstraretur, omnes in tali demonstratione termini conuertentur. Postremo necesse est id ipsum quid est, in maiore & minore propositione duplicari. Quae si fuerint omnia, petetur ὃ ἐξ ἀρχῆς. Exemplum demon-

esse νοητικὸν δῖκο, μὴ συλλογιστικόν. Notabis uerò in hoc capite, quòd adhuc capite decimo quarto huius dicitur & reperetur, quomodo definitio colligitur diuisione essentiali, & ultimis differentias persequente.

## IN 6. CAPVT.

Sexto capite continuatur quæstio duobus argumentis, altero ex definitionis definitione, altero ex contrarij definitione Primo igitur disseritur, utrum πὲρ τῆ ὄντι κατὰ οὐσίαν definitio essentialis possit monstrari de suo definito, si ἐξ ὑποθέσεως statuatur definitionis definitionem esse τὸ ὅτι τῶ ὄντι ἰδίων, quod constat ex propriis essentialibus rei, & talis syllogismus fiat,

Quod constat ex rei propriis essentialibus, est eius definitio:

Animal rationale constat ex hominis propriis essentialibus:

Animal igitur rationale est hominis definitio.

Hic syllogismus (inquit Aristoteles) εἰληφε τὸ πὲρ τῶ εἶναι, sumpsit, quod erat esse, id est, petiuit principium, & in assumptione sibi concedit quòd quærebatur. At hoc Aristotelis argumentum uerum forrasse non uideatur. Nam si quæras an animal genus sit hominis, probabis ex Logica generis definitione, si uicissim, an homo sit species animalis, probabis ex Logica speciei definitione. Ita si dubites an animal rationale, sit definitio hominis, explicabis ex Logica definitionis definitione, hoc modo nempe,

Ratio breuiter & propriè hominis explicans naturam, definitio hominis est:

Animal rationale talis ratio est:

Definitio igitur est hominis.

Ergo Aristotelis sententia hîc uera quidem est, quòd definitio non demonstratur de definito per definitionis definitionem: nec enim id est accidens & materies ἀπὸ δεικτικῆ: Ratio tamè sententia nò est uera: nec enim hic sophisma est ex petitione principij, quale

nis ualeat ad definitionis partes colligendum, possuntque uitia  
 diuisionis uitari (quid enim prohibet nihil ἢ προσθεῖναι ἢ ἀφαι-  
 λῆναι, ἢ ὑπερβῆναι τῆς οὐσίας, aut addere, aut auferre, aut  
 superare essentiae? sed contra diuisionis uirtutes tenere ἐλα-  
 βάνην τὰ ἐν τῷ ὅτι πάντα, ἐπὶ ἐφεξῆς τῆ διαίρεσει ποιῆν  
 αὐτοῦ μείον τὸ πρῶτον, καὶ μὴδ' ἐν παραλείπειν, τοῦτο δὲ ἀνα-  
 γκαῖον, εἰ ἅπαν εἰς πλὴν διαίρεσιν ἐμπίπτει, ἐμὴδ' ἐλλείπειν.  
 τοῦτο δὲ ἀναγκαῖον, ἅπτερον γὰρ εἶδει δεῖ εἶναι, ac sumere qua  
 sumi, in eo quod quid est, omnia, & deinceps diuidere, quod pri-  
 mum petebatur: & nihil omittere. Id enim necessarium est, si to-  
 tum in diuisionem cadit: & nihil omittere: hoc uero necessarium:  
 indiuiduum enim esse specie oportet. Quauis (inquam) diui-  
 sione definitio colligi possit, diuisione minime uitiosa, sed certa  
 totam rei essentiam, ad ultimam differentiam persequente: atta-  
 men diuisio syllogismo non concludit: neque ideo demonstratio  
 est: & ut in conclusione sine argumento facta, quaeritur, Quare  
 ita ἐν τοῖς διαπεριχοῖς ὅποις in diuisiuis definitionibus quaeri  
 potest: & denique si concluderet, demonstratio tamen non esset.  
 Hac quinti capitis doctrina est, qua disputat Aristoteles defini-  
 tionem diuisione non demonstrari. Atque ut uera quaestio sit, ar-  
 gumenta tamen Aristotelis non satis uera uel apta sum: induc-  
 tio principium petit, & diuisio principium petit, ait hic Aristo-  
 teles, & captiosa utraque est. Atqui inductio principiorum o-  
 mnium est origo: quomodo igitur sophistica? Atqui diuisio defi-  
 nitionem ex suis partibus constituit: quomodo igitur captiosa?  
 Atqui licet hic Aristoteles irrideat diuisionem quod petit, non  
 doceat: attamen capite decimo quarto huius, & decimo sexto di-  
 uisionem mirifice laudabit, & in ea negabit esse αἴτιμα petitio-  
 nem, quia ex immediatis fiat, quia denique necessario argumen-  
 to utatur. Ergo Aristotelis argumenta quaestionem non conclu-  
 dum Diuisio est ἀσυνλόγιστος, diuisio non est syllogismus (ait Ari-  
 stoteles) ergo non est demonstratio: imò totum contra est: si syllo-  
 gismus esset, demonstratio non esset. Sed tamen syllogismus non  
 est, Est: & ut definitionis, sic distributionis essentialis iudicium



1 digito definitio demonstret: hic enim actiuo uerbo utitur Aristoteles, cum passiue dixisset antea non demonstrari: non syllogismo, quia nil ex antecedentibus necessario: non inductione, non sensu, non digito, quia non ex uniuersalibus, ut inductio, sensus, digitus est, demonstrat. Deinde logicus non apodicticus ut Aristoteles loquitur, argumentis ex quaestionum differentia agitur. Antecedens est, quaestio an est, & quia est: consequens est, quid est, & propter quid est, & ignotis antecedentibus consequentes explicari non possunt. Aristoteles ex hac hypothese disputat, quod definitio non demonstrat syllogisticè quid est,

2 Si demonstrat definitio quid est, demonstraret etiam an est, quia definitio & demonstratio declararet idem:

Secundū est absurdū. Aliud enim est quid est, aliud an est: definitio enim unū quiddā definit, & rursum unum quiddam demonstratio demonstrat. Quomodo igitur, ait Eustratius, una & eadem ratione δύο δεῖξαι κατὰ γένος ἀλλήλων διαφορᾶ, duo demonstrabit genere inter se differentia?

Primum itaque etiam absurdum.

3 Nec simul eadem ratione licet duas quaestiones genere differētes ostendere. Tum uerò necesse est demonstrari ἅπαν ὅτι ἐστίν, omne quod est, omnisque demonstratio erit ὅτι ἐστίν. Quare non erit π' ὅτι. Nec certè (ut constabit inductione definitionum) definitio cum responderetur quaestioni quid est, demonstrat an est. Atque omnino si definitio demonstraret quid est, certè aut quid res, aut quid nomen sit, demonstraret: nō autem quid res sit demonstrat, ut iam patuit: demonstrat igitur quid nomen significat. Quod malde absurdum sit. Sic enim definitio esset non οὐσιῶν καὶ μὴ ὄντων, non essentialium & non entium. Possunt enim significari nominibus quæ non sunt, & omnis sermo esset definitio, ut Ilias definitio esset. At nominum significationes scientiæ minimè demonstrant. His argumentis Aristoteles concludit definitionem & syllogismum, nec idem esse, nec eiusdem esse, definitionemque neque demonstrare quid est, neque monstrare quicquam. Hæc di-

uocatur ab Aristotele in Elenchis, cum ex Logicis legibus & regu-  
 lus probamus definitiones, diuisiones, explicationes factas. Logi-  
 ca dicta est primo libro posteriorum κρυπία πᾶντων, & quod  
 eius principia omnium questionum & disputationum communia  
 essent. At enim definitionem propositam ex Logicis definiendi  
 legibus examinas & probas, communibus illis principijs uteris,  
 neque principium petis. Secundum argumentum sequitur, quod  
 definitio non demonstratur ex definitione contrarij, ut si quera-  
 tur an bonum sit, quod est indiuisibile, & id uelut ἐξ ἀποδείξεως  
 ita demonstrare,

Si malum est, quod est diuisibile, & contrariorum con-  
 traria definitio, bonum est, quod est diuisibile:

Nam bonum malo, diuisibile indiuisibili contrarium.

Sed primum:

Secundum igitur.

Hic syllogismus λαβὼν τὸ ἴδιον εἶναι δείχνουσι, sumens quod erat  
 esse demonstrat (ut Aristoteles ait) & ideo Aristoteli non proba-  
 tur, quia principium petat. Aristotelis sententia hic ite uera est,  
 sententia ratio nō uera. Nec enim ex contrarijs probatio sophisti-  
 ca est, nec principium petit, quantum demonstratio non sit, nec  
 quicquid non est demonstratio, sophisma est. Aristoteles de con-  
 trarijs in categorijs & topicis non temerè tam multa præcipit,  
 nec contrariorum usum sophisticum & capiosum putauit. Qua-  
 re quod diuisio, quod inductio, quod definitionis, quod contrarij  
 definitio, petere gratis principium & questionem dicatur, id  
 accuratius considerandum censeo. Obseruabis autem hoc capite  
 syllogismum connexum primi modi, & quandam eius licet ob-  
 scuriorem notationem.

## IN 7. CAPVT.

Septimo capite continuatur instituta questio, statuiturque  
 initio quod neque syllogismo, neque inductione, neque sensu, neque

1 fuerat, & modò dum secūda quæritur, & sic abs te concluditur, relaberis in primam, & telam contextam iterum cõtexis. Argumento Aristotelis, & iudicio uior in quæstione, quia est, & propter quid est? illa amecedit, hæc sequitur: nec ista differitur, nisi prius illa constiterit, & quæstiones sunt genere differemes. Dic igitur demonstratiõnem, id est, explicatiõnem quæstionis propter quid est accidens in subiecto per syllogismum concludere, Aristotelis uestigia & argumentationem sequar.

2 Si quæstio propter quid est, syllogismo concludatur, simul eadem ratione, quia est, & propter quid est, explicabitur:

Secundum absurdum est: aliud enim est, quia est, aliud est propter quid est, quæstionésque differentes cùm fuerint uel eodẽ argumento expositæ, differentem tamen scientiã pariunt. At hic præcedentem quæstionẽ concludes, non concludes præsentẽ: scientiam quam iam didici, rursus docebis, non docebis autem quam requiro. Quamobrem quòd demonstratiõnem syllogisticam esse nego, id ne mirũ esto. Aristoteles enim si nõ uerbo, re ipsa tamen id negat, quoniam argumentum meum, Aristotelis argumentum est. Est præterea diligenter attendendum, quod ait Aristoteles, demonstratiõnem esse τὸ ὄν, demonstratiõnem syllogisticam uidelicet, quam cogitat. Etenim quæstio, quia est seu simplex, seu composita, syllogistica sanè est, & demonstratiõnem iccirco ait, esse quæstionis quia est, quia quæstionis illius syllogismum uideat esse. At ut quæstionis quid est, sic quæstionis quamobrem est, syllogismus esse nullo modo potest, ob eam causam quam Aristoteles ipse nobis attulit. Si demonstratio syllogistica, esset quæstionis εἰς τὸ πῶς, esset simul quæstionis ὄν, differentium nempe quæstionum, quod est impossibile. Ergo demonstratiõnem syllogisticam non esse, documentum Aristotelicum est, syllogisticam esse, non est Aristotelicum: & hoc argumentum est, quod libro superiore promiseram, demonstratiõnem syllogisticam, non modò ex usu non esse deductam, sed ne deduci quidem posse. Prima pars posita quæstionis adhuc disceptata est, quo modo definitio, neque

spūatio studiose consideranda est, quòd Aristoteles ait quæstio-  
 nem *ὄτι ἐστίν*, an est (opinor) & quia significans, syllogistica de-  
 monstrations esse: quid est, syllogistica demonstrations non esse,  
 & quæstiones differentes simul eadem ratione explicari non pos-  
 se. Hic (inquam) Aristotelis iudicium imprimis considerandum.  
 Quæstiones diuersæ sunt? explicata igitur diuersam scientiam  
 pariunt, & quanuis eadem ratione separatim possint exponi, ta-  
 men simul diuersis quæstionibus & intentionibus satisfieri non  
 potest. Nec (licet ex eodem argumento) tamen diuersarum qua-  
 stionum non diuersa scientia simul effici potest. Idem fit in di-  
 uersis quæstionibus argumentum, tamen ad eundem finem non  
 adhibetur, nec eandem scientiã parit. Videris duobus oculis cor-  
 uum, uisisti nigrum: uideris iisdem cygnum, album uisisti: non  
 igitur quia uidendi facultas & causa est eadem, iccirco est uisus  
 effectus idem. Aristoteles è quatuor quæstionibus, an est, & quia  
 est, syllogisticas ait esse, quod uerum est, quid est, syllogistica ne-  
 gat esse, quod uerum est, de quæstione propter quid est, nihil hic  
 expressit, ratio tamẽ eadem est cum definitione. Explicatio quid  
 est & definitio non demonstrat syllogismo, quia (inquit Aristo-  
 oteles) eadem ratione simul demonstraret, an est, & quid est, quid  
 est re uera, quia est, ex hypothesi: quia demonstratio est *ὄτι ἐστίν*  
*ἐστίν*: At quæstiones (ait) diuersæ sunt, & genere differentes: aliud-  
 que est querere, an est homo, aliud quid est homo: & illa qua-  
 stione prius cognita, hæc secundo loco queritur. Imò uerò si no-  
 ueris definitionem, eamque syllogismo uoles includere, concludes  
 priorem quæstionem iam tamen confessam & positam, ut, Quid  
 est homo? si respondeas, Animal rationale, & ex quæstione hac, &  
 eius responsione syllogismum ita concludes,

Animal rationale est:

Homo est animal rationale:

Homo igitur est.

Quia tua conclusio est (homo igitur est) quæstio tibi fuerat, an  
 homo est: nã syllogismo cõcluditur, quod prius quærebatur: At id  
 non quærebatur, sed quæstio illa præcesserat, & conclusa antea

ex essentiali causa, non eadem ratione, & simul cognovit, quid est: illud enim esset incommodum, quod Aristoteles prius allegavit, sed πρὸς τὸ π' ἔστι ad quid est, cognoscendum adiuvatur. Alterum vero est, quod ἀποδείξις ἔ λογικὸς συλλογισμὸς hic opponuntur: ubi λογικὸς verbum communiter & generaliter accipi non potest, ut comprehendat apodicticum, dialecticum, sophisticum, ut interpretes quidam totum organum logicam nominant, sed pro δῆλον ἀποδείξις aperte sumitur, quia ἀποδεικτικὸν ἔ λογικὸν opponuntur.

## IN 9. CAPVT.

Noni capituli quaestio obscurior est: est tamen adhuc secunda partis, an possit definitio in demonstrationem induci, si non, ut demonstraretur de definito, aut demonstrat definitum, certe ut eliciatur & elucescat ex antecedentis quaestionis demonstratione. Ergo reuocatur quaestionum partitio, quod antecedant alia, alia consequantur: & antecedentes cognita conferant ad consequentium cognitionem, aut non conferant. Nam si cognoueris an est, aut quia est per accidens, haec cognitio nihil ad explicandum quid est, aut propter quid est, ualebit: si per essentiam explicentur antecedentes, haec explicatio ad consequentium explanationem adiuuabit: non quod unius quaestionis explicatio sit alterius explicatio, ut uidetur Aristoteles dicere, cum ait, οὐιοτε ἢ καὶ ἀμα δὴ λαμβανεται, aliquando etiam simul manifesta sunt, sed quod sic affecti sumus ad consequentes agnoscendum, ut antecedentes noverimus, ut manifeste loquitur, cum ait, ὡς εὖ ἔχομεν ὅτι ἔστι, οὕτως ἔχομεν ἔ πρὸς τὸ π' ἔστι. Itaque ut habemus, an est, sic habemus, ad quid est, ubi ὅτι ἀπὸ εἰ sumitur. Ergo Aristoteli placeat definitionem perfectam, & explanationem quaestionis quid est, elucescere demonstratione prioris uidelicet, & antecedentis quaestionis, si ratio sit eius immediata: secus accideret illud absurdum, quod ipse capite septimo attulit, ut eadem ratione duae quaestiones, an est, & quid est, exponantur. Hic locus est ualde consi-

derandus : aliud est ὁ νοῦς in libris, aliud est ἡ ὁπίστημι, ut iam  
 dixi : intellectus est medij & argumenti, quo eodem positis qua-  
 estiones multas & uarias & differentes probare, ὁπίστημι est  
 quaestio: & ex genere quaestiois, scientia genus idem ac diuer-  
 sum sumendum est : nec quia ὁ νοῦς idem est, ideo ἡ ὁπίστημι est  
 eadem. Fallit, inquam, id quod tamen acutius consideratum mi-  
 nimè falleret: tā multa de quaestioibus Aristoteles praecipit, ana-  
 men non satis accuratè praecipit, quòd quaestiois non item medij  
 similitudo, aut differentia, scientiam & cognitionem similem, aut  
 differentem faceret. Praterca docet hic Aristoteles imperfectam  
 definitionem syllogismo concludi posse, at tamen non apodictico: &  
 omninòque definitionis perfectae neque syllogismum, neque de-  
 monstrationem esse. Hoc uerò capite locus unus notandus est, ex  
 qua quaestiois parte medium sumendum sit, de maiore nomina-  
 tum sensit Aristoteles, de minore etiam uidetur: τὸ πρῶτον δὲ ὅτι ἡ  
 λόγος τῆς ἐτέρου ἄκρου, οἷον ἐν τῆς τῆς, α. Hoc uerò est ratio alte-  
 rius extremi, ut in his quae sunt, α: manifestè sensit hic medium  
 demonstrationis de maiore sumendum : uidetur & paulò post de  
 minore extremo deducere, cum ait, ἀν δὲ πάλιν τοῦτου ἀλλο-  
 μέσον εἴη, ἢ ἀπὸ ἀλλοίων λόγων, & uerò tursus huius  
 aliud medium fuerit, ex reliquis erit rationibus : eadem quaestio  
 tursus, sed apertius, erit decimo septimo capite.

## I N I O. C A P V T.

Decimo capite tertia & quarta pars summa quaestiois ex-  
 ponitur, quid est definitio, & quorum, quae ex antecedentibus eli-  
 ci quidem poterant : sed hic consultò id agitur. Confusior est  
 hic Aristotelis doctrina, partitio praecedit, definitio sequitur:  
 methodū Aristotelicā adhibeamus, natura priora praeparamus.

Quid est definitio? λόγος τῆς π' ὅτι ratio explicans quid est. Quae  
 sunt eius genera? Duo: altera ὀνομαστικῆς tanquam diceres (no-  
 minalis) quae declarat quid significet nomen, altera rei. Illa est  
 una ἑωδὲ σμω coniunctione, ut Iliis est, de quo exemplo simi-

1 *liter in E* φιλοῦ metaphysico, oratio una, uerbis nempe coniu-  
 ctis copulata: hæc una est unitate essentiæ, ad quam sine illa no-  
 minali peruenire non possumus, quanuis non multum adiuuante  
 si sit ex accidentibus. Definitio rei duplex est, ἀμεσος immedia-  
 ta, quæ & principium est & thesis, quam & esse & quid est, sup-  
 ponere oporteat, aut alio modo notam facere: altera ἐμμεσος  
 mediata, cuius altera causa est, & quæ demonstrari possit, ut  
 dictum est: illa uocatur hic δὲ π̄: hæc appellerur ἔπ, ut priore  
 libro scientia διόπ̄ & ὄπ̄. ὄρισμὸς δὲ π̄ ἢ erit ὄπ̄ ἀποδείξις  
 τῆς π̄ ὅτι τῆ θέσει δὲ φέρων τῆς ἀποδείξεως, ueluti demonstra-  
 2 tio ipsius quid est, positione differens à demonstratione: differt  
 enim querere quid est? & propter quid est? ut quid est tonitru-  
 est sonus ignis in nubibus extincti, propter quid tonat? quia ex-  
 tinguitur ignis in nubibus. Hoc discrimine, his exemplis Aristo-  
 teles distinguit definitionem δὲ π̄ à demonstratione δὲ π̄.  
 Itaque (ait) ὁ αὐτὸς λόγος ἄλλον τρόπον λέγεται, & ὡδὶ μὲν  
 ἀποδείξις σωεχῆς, ὡδὲ ὃ ὄρισμὸς, eadem ratio alio modo di-  
 citur, & sic demonstratio continua, sic definitio. Hic quid signi-  
 ficet σωεχῆς, Alexander, Philoponus, & ceteri ferè interpretes  
 frustra laborant, tandemque definitio triplex statuitur, una con-  
 3 clusio demonstrationis, imperfecta scilicet & mediata: secunda  
 thesis & principium demonstrationis, perfecta nempe, cum ui-  
 delicet sola spectatur: eadem cum suo definito coniuncta illa &  
 ipsa germanissima demonstrationis est, & appellatur συλλογισ-  
 μὸς τῆς π̄ ὅτι π̄ ὅτι διαφέρων τῆς ἀποδείξεως syllogismus  
 ipsius quid est, casu differens à demonstratione. Explicauit su-  
 perioris libri capite septimo, hunc eundem locum, & Philoponi  
 uanum laborem tum proposui. Ex hoc uero capite inuelligis quid  
 definitio, quæ definitionis genera speciesque sint: Item quorum sit,  
 & quorum non sit, quod ὀνοματῶδης sit omnium, & quæ sunt,  
 4 & quæ non sunt: & quæ rei est, sit essentiæ nunc mediata, nunc  
 immediata. Tandemque extrema parte eius capitis conclusio est,  
 tam proluxa, tamque obscuræ quadrupartitæ quæstionis, cuius  
 summam (si lubet) animo repere. Definitio neque demonstratur,

neque demonstrat. Non demonstratur, quia definitio & demonstratio differunt, tertium caput est : non demonstratur syllogismo duplante, non diuisione, non definitionis, aut contrarij definitione, quia peteretur principium : quartum, quintum, sextum capita fuerunt. Non demonstrat, quia simul duas quaestiones, an est, & quid est, demonstraret, seprimum caput est : & haec prima pars est : secūda succedit τὴς ὁ πρόπος τῆς ἀναγωγῆς : imperfecta definitio demonstratur quidem, sed logicè & perfecta, ex demonstratione precedentis quaestionis elucescit : octauum & nonum caput est. Quid est definitio, & quorum est? tertia nempe & quarta pars, est in hoc decimo capite. Verumenimvero compara quaestionis huius partes duas, primam & secundā, cum illa superioris libri quaestione περὶ τῆς τῶν ἀρχῶν ἀπειρίας, & statue utram altercationem ὅτις ημονικῶτ ἔραν sentias. Primo libro magnifica illa uerba iactata sunt, principia sunt ἀμεσα, ἀναπόδῃλα, ἀτομα, ἀδιάρητα, πρῶτα, γνωριμῶτα, definitio uerò est principium, quod & hic rursus dicitur : Quamobrem igitur de principio altercamur? & tam multis capitibus altercamur? Opere uerò pretium sit Aristotelis studium in altercatione hac considerare, definitionem transfigurare cupientis, & quacunque ratione syllogisticae demonstrationi subiicere contendentis. Definitio uel non sine demonstratione est, uel etiam demonstratio est, ait : definitio imperfecta conclusio est demonstrationis : perfecta, est uel principium mediūmque demonstrationis, uel instar demonstrationis thesi differens, ac syllogismus τὴς π' ὅτι πῶσαι differens : Ἐ ὡδὶ μὲν ἀπόδειξις σωεχῆς, ὡδὶ ἡ ὀρισμός. Quid symbolis illis θέσει, πῶσαι, σωεχῆς, ὡδὶ significetur, interpretes non intelligunt, ut iam proposui, & uereor ne ipse subtilius hic aliquid, quàm Aristoteles ipse uoluerit, cogitarim, interpretationem tamen deduxi ex ipsa Aristotelis doctrina, de meo nihil addidi. Et si coniectura non mala locus hic ullus est, suspicor Aristotelem studio quodam omnes logicæ partes ad syllogismum suum traducendi, magis quàm iudicio hac effudisse: tam prolixa altercatio non solidum rei constituta



1 iudicium, sed incertum controuersæ opinionis desiderium demonstrat, Aristoteles syllogismo demonstrationem, demonstrationi definitionem subiicere contendit, coactus à ueritate aliud agit ac dicit. Definitio (ut dixi) demonstratioque syllogismus restant, Aristoteles id uidit in definitione, & confessus est, eiusdem ueritatis affinitas in demonstratione & explicatione questionis propter quid est, idem requirebat: Aristoteles igitur questionis quid est, & propter quid est, item definitionis & demonstrationis ista germanitate commotus, cum demonstrationem syllogismum facere uellet, & questionis quid est, explicatio palam repugnaret, 2 definitionem quoque syllogismum quendam facere uoluit, & certe demonstrationem ac syllogismum appellauit. Hæc igitur conclusio angebat Aristotelem: si demonstratio syllogismus est, definitio quoque erit: quia una questio est, ut ipse affirmauit secundo capite. At definitio syllogismus non est, ut ipsemet affirmauit capite septimo. Quare neque demonstratio syllogismus erit: Aduersus assumptionem illam, (At definitio syllogismus nõ est) accurrat: Imò uerò (inquit) definitio est, tum syllogismus, nepe τὸ τί ἦστί, tum demonstratio θεῶν & πῶς differens, & demonstratio sic cōtinua, definitio sic. Quibus uerbis si scire uoles quid significare uoluerit Aristoteles, reuocādus ipse tibi sit ab inferis, ut sententiã suã clarius exponat: nullũ enim uel inuentionis, uel dispositionis (quæ logicæ uirtutes solæ sunt) signũ, nullum symbolum hac oratione continetur. Quid igitur hinc aliud suspicari possumus, quàm hominis anxietatem huc euasisse, ut uerbis & oratione conturbaret, quod ratione & argumento probare nullo modo posset? Quare hæc anigmata definitio διὰ τί est instar demonstrationis θεῶν differens à demonstratione: Est eadem συλλογισμὸς τὸ τί ἦστί πῶς differens à demonstratione: Demonstratio est sic cōtinua, definitio sic: Hæc (inquã) anigmata nobis indicabũt solitudinẽ Aristotelis, difficilia uel impossibilia potius affectãtis.

## IN II. 12. 13. CAPITA.

Tribus proximis capitibus agitur de caussarum generibus, &

quòd singula sint apodictica, & quæ sit earum cum suis effectis  
 antecessoris uel consecutionis differentia. Capite itaque undeci-  
 mo caussarum genera quatuor non appellantur ab Aristotele suis  
 nominibus, ὑλική, ποιητική, ἰδιική, τελική, ut appellantur ab in-  
 terpretibus, materialis, efficiens, formalis, finalis, sed obscure de-  
 scribuntur, αἰτίαι ἡ πέντε αἰτίαι, μία μὲν τὸ πρῶτον εἶναι, μία δὲ τὸ  
 πῶτον ὄντων ἀνάγκη τῶν εἶναι, ἕτερε δὲ ἢ ἂν ὁ πρῶτον ὄντων  
 τετάρτη ἡ τὰ πῶτος ἕνεκα. Causa porro quatuor, una quidem  
 ipsum quid erat esse: altera uerò quum quibusdam positus ne-  
 cesse est hoc esse: tertia autem quæ aliquid primum mouerit:  
 quarta quæ alicuius est gratia. Partitionem hanc laudo, &  
 quatuor genera caussarum ad Logicam inuentionem refero, &  
 ad propositum nobis compendium accommodo. Partium uerò  
 definitiones non perinde laudo: forma est, quid est esse, id uerum  
 esse uideo, quia per formam unaquæque res est, id quod est: ma-  
 teria qua definitionis parte significetur, diuinandum est. In-  
 terpretes, ut Philoponus, per ὕλων ὄντων materiam, per ἀνα-  
 κή τῶντο formam uolunt intelligi. Quam sententiam uidetur Ari-  
 stoteles paulò post approbare, cum ait Ὅτι γὰρ οὗ ὄντος, ἑὸς  
 ἀνάγκη εἶναι: hoc enim cum sit, hoc necesse est esse: & po-  
 stea cum uocabit materiam, necessitatem & secundo physico sic  
 iterum uocat. At cum materia constituerit, formam nihil esse ne-  
 cesse est, neque materia est ὁμόλογος ἢ ὁμόχρονος, generatione  
 aut tempore eadem, sed antecedit, ut uerè Aristoteles ipse po-  
 stea capite duodecimo definit. Quare considerabis, qualis ista  
 definitio sit: interpretibus uerba hic non desunt, sed uerba quibus  
 res non subest. Materia dicitur causa, sine qua forma non sit,  
 ideoque δεῖ τὴν ὑπόθεσιν τῆς εἰδούς, per hypothesis formam di-  
 cetur necessaria: idque de physicis Aristotelis citabitur: secundo  
 enim physico, & primo de partibus animalium id dicitur. At ista  
 ratione efficiens necessaria sit: nec certè multò diligentior effi-  
 cientis definitio est. Sunt enim multa causa & adiuuantes &  
 conseruantes, quæ primò non mouent, quo modo etiam in Physicis  
 appellatur forma efficiens, non quia primum mouet it & genit-

A' g' f' e' l' e' at un  
 fa' u' n' u' m' i' b'  
 u' p' e' l' ta' ut  
 o' n' i' a' e' a' r' n' o' m' i' n' e'  
 u' m' t'

c' a'  
 o' r' a'  
 u' e' n' t' e'  
 d' e' p' r' o' p' t' i' o'  
 m'

d' e' r' t' u' n' a' m' t'  
 m' a' t' r' i' a'

p' u' e' r' e' t'  
 f' f' i' c' i' e' n' s'  
 m' o' u' e' n' t'  
 j'

t' u' t'

rit, sed quia conseruet & tueatur. Finis facilius hic intelligitur, cuius gratia aliquid fit. Quare partitio laudanda quidem est, ut dixi, sed partium duarum definitio non laudanda. Videbis autē secundi physici capite tertio caussarum species & definitiones sū consimiles. Omnes uerò caussas Aristoteles affirmat demonstrationis esse media, & ex ijs demonstrari posse:  $\omega\alpha\sigma\alpha\iota\ \alpha\upsilon\tau\alpha\iota\ \delta\iota\alpha\ \tau\ \mu\acute{\epsilon}\sigma\sigma\ \delta\epsilon\iota\kappa\upsilon\omega\tau\alpha\iota$ , omnes hæ per medium demonstrantur, uel potius per medium demonstrant, id est, media sunt demonstrationum: sic enim interpretes. Si demonstratio per caussam declaratio quæstionis propter quid est, declaratio inquam, sine syllogismo diceretur, id uerum fortasse fuerit ex omnibus caussis demonstrari: Si demonstratio omnis syllogismo conclusa intelligatur, id falsum, imò uerò, ut Aristoteles ipse docebit paulò post, impossibile: etenim ex materia & efficiente nihil necessario cõcludi docebit capite huius duodecimo. Ergo hic etiã Aristotelis iudicio nõ omnis demõstratio syllogismus est. Vide minoris  $\alpha$ , metaphysici capite septimo eandē Aristotelis doctrinã,  $\varphi\ \delta\iota\alpha\ \tau\ \pi$  per omne caussarũ genus explicetur. Demõstrationũ p caussas exēpla desiniceps sequitur. Exēplũ Aristotelica demõstrationis: p materiã est,

Dimidius duorum rectorum angulus est rectus:

Angulus in semicirculo est dimidius duorum rectorum:

Rectus igitur. Huius quæstionis ratio  $\Sigma\upsilon\tau\alpha$  metaphysico aliter ponitur,  $\delta\iota\alpha\ \tau\ \epsilon\upsilon\ \eta\ \mu\iota\kappa\upsilon\kappa\lambda\iota\omega\ \delta\omicron\rho\theta\eta\ \kappa\alpha\theta\omicron\lambda\eta\varsigma$

$\delta\iota\omicron\tau\ \epsilon\ \alpha\upsilon\ \iota\sigma\alpha\iota\ \alpha\ \tau\ \rho\epsilon\iota\varsigma\ \eta\ \tau\epsilon\ \beta\alpha\sigma\iota\varsigma$ , duo  $\epsilon\ \eta\ \epsilon\kappa\ \mu\acute{\epsilon}\sigma\sigma\ \delta\omicron\tau\ \tau\ \alpha\beta\epsilon\iota\sigma\alpha\ \delta\omicron\rho\theta\eta$ . Cur in semicirculo rectus est omnino? Quia tres sunt æquales: & basis, dua: & ex medio erecta recta. Plenius quæ ex tricesima prima propositione tertij Elementorũ Euclidis intelliges. At uerò argumentum & mediũ hoc, materia recti quomodo erit? Nec enim dimidiũ duorũ hominum, hominis materia est, nec dimidium duorũ binariorum, binary materia est: multoque uerius Aristoteles ipse in  $\Lambda\ \alpha$  minore metaphysico  $\alpha\chi\ \rho\iota\theta\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\ \tau\ \omega\ \mu\alpha\theta\eta\mu\alpha\tau\ \iota\kappa\eta\ \nu\epsilon\ \rho\sigma\alpha\ \tau\ \alpha\upsilon\tau\ \mu\ \epsilon\upsilon\ \tau\ \omicron\iota\varsigma\ \mu\eta\ \epsilon\ \chi\ \upsilon\sigma\iota\ \nu\ \upsilon\lambda\omega$ , in non habentibus materiam: ergo per materiam hæc demonstratio non est, neque ex materia omnino est ulla mathematica de-

monstratio, & quanuis hic ex argumento uero syllogismus est, demonstratio tamen non est, quia ex causa prima & notissima scientiam questionis propter quid est, non explicat, & considera qua causa sit hominis, dimidium duorum hominum, & dimidium duorum, cuiusnam causa symbolum sit. Homo est, igitur animal rationale est, necessarium est argumentum: ex causa tamen non est, ita si syllogismus hic necessario concludat, non ideo demonstrat ex causa, nec omnino quia syllogismus est, demonstrat questionem  $\delta\iota\alpha\ \tau\iota$ , sed  $\delta\tau\iota$ , nec ideo demonstratio est. Imò uerò concludi per materiã suam materiã nihil potest, ut iam citari ex Aristotelis autoritate. Efficiens causa exemplum licet inuolutum, tamen aptius est: sic autem potest redigi,

Qui laceßiuit, bellum sustinet:

Atheniense laceßiuere Medos:

Bellum itaque Medorum sustinent.

At non hoc exemplum est apodicticum, non  $\kappa\alpha\tau\alpha\ \tau\omega\ \alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ , non  $\kappa\alpha\tau\alpha\ \alpha\upsilon\tau\omicron\iota$ , non  $\kappa\alpha\theta\acute{o}\lambda\omicron\varsigma$ , & ex hoc causa genere cum simul cum effectu non fuerit, concludi necessario nil potest, dicit Aristoteles. Demonstrationis per finem exempla hic Mathematica nulla sunt, quia per hanc causam in mathematicis nulla sit demonstratio, ut Aristoteles in Metaphysicis secundo capite  $\beta\eta\tau\alpha$ , sed duo physica sunt,  $\delta\iota\alpha\ \tau\iota\ \pi\epsilon\pi\iota\pi\alpha\tau\epsilon\iota$ ;  $\delta\omega\omega\varsigma\ \upsilon\gamma\iota\alpha\mu\upsilon\varsigma$ ;  $\delta\iota\alpha\ \tau\iota\ \upsilon\iota\upsilon\iota\alpha\ \acute{\epsilon}\sigma\iota\upsilon$ ;  $\delta\omega\omega\varsigma\ \zeta\omega\eta\tau\alpha\ \tau\alpha\ \sigma\kappa\acute{\epsilon}\upsilon\eta$ , propter quid inambulat? ut sanus sit: Propter quid domus est? ut supellex conseruetur. Hæc exempla sine syllogismo demonstrant, ut Aristoteles nobis proponit: & secundi physici capite tertio & septimo ab Aristotele repetita similiter sine syllogismo demonstrant, & tot Aristotelis re simonij demonstratio iam syllogismus nullus est. Quin etiam primum dum uult includere syllogismo, mirum est quãdã confinet, quod antea monui, demonstrationem syllogismo concludi non posse. Etenim dum uult syllogismum facere, non concludit ex illa finis responsione propositam questionem  $\delta\iota\alpha\ \tau\iota$ , sed propositum finem,  $\pi\acute{\alpha}\theta\eta\mu\epsilon\alpha$  questionis efficit, & efficiens argumento, ut interpretes monent, concludit hoc modo. Commutemus enim  $\tau\omicron\upsilon\varsigma$

1 λόγος, ut Aristoteles hic præcipit, & interpretes ex eius præcep-  
profaciunt:

Cibus non fluitans in ore uentriculi, salubris est:

Inambulatio post cænam id efficit:

Salubris igitur.

Hic sanitas, finis, nempe post cænam inambulandi, non est me-  
dium & argumentum quæstionis δὲ ἤ, ut erat tamen respon-  
sum, sed maius extremum: medium uerò ipsum sanitatis efficiens  
est, aut ὡς περ λόγος (ut Aristoteles ait) ueluti definitio, non finis.  
Non enim sani esse uolumus, ut non fluiet cibus, sed contrâ. Hic  
interpretes quantumlibet laborent, nunquam tamen hæc expli-  
2 cabunt. Themistius Aristotelis exemplum prudens omisit, Philo-  
ponus, Eustratius, & author innominatus excusare ualde cupiūt.  
Exemplum uerò non est κατὰ πάντας, non καθόλου: ergo nõ de-  
monstrat: hoc tamen non arguo, sed demonstrationem syllogismo  
concludi posse nego, & dum Aristoteles id efficere conatur, non  
solùm quæstionem aliam concludit, sed alio quàm proposuit, ar-  
gumeto. Sed hoc rursus paulò post. Aristoteles reliquo capite  
ualde obscurus, & sententijs etiam ualde concessus. Primùm γένε-  
3 σις interponitur, & ὁμοιογία, generatio & congenitura, quasi  
diceret, causarum cum suis causatis. Efficiens & finis non sunt  
3 suis causatis ὁμοιογοί, ut hic Aristoteles ostendit, paulò post de  
materia dicit idem. Efficiens tempore prior est effectu, finis po-  
sterior: tum ponitur eandem rem in physicis monstrari καὶ ἐξ ἀνάγκης  
& ἐνεκα τοῦ βίου, & ex necessitate, & cuius gratia, id est, ex  
materia (ut interpretes aiūt) & fine. Exempla hæc sunt quatuor: Pro-  
pter quid transit per lucernā lumen? quia subtiliorū partium per  
maiores poros: tum ne offendamus. Hic demonstratio duplex est,  
altera ex materia, altera ex fine, utraque sine syllogismo. Tum  
propter quid tonat? quia ignis extinguitur. Item ut apud inferos  
4 dånati cõtremiscãt. Vtraque rursus demonstratio sine syllogismo,  
prior per materiã parum explicata est, ac si uolueris ex materia  
materiaiũ concludere, nil efficies: nec enim syllogismo concludi  
potest ex materia materiãtum, sicut Aristoteles ipse capite duo-

δ aristotele uult  
demonstrat u  
g sicut uult dicitur  
pōtius qd pua  
reuelu et s  
ay propo  
uult

ff. iem et f. ne  
pnt  
pe  
vos

decimo huius paulò post affirmabit. In Physicis demonstratio  
 frequens est ex fine & necessitate, id est forma & materia, quia  
 finis (ut Aristoteles docet secundi physici capite septimo) & for-  
 ma conueniunt in unum,  $\Theta \mu \epsilon \nu \gamma \alpha \rho \acute{\alpha} \beta \epsilon \tau \iota \kappa \eta \tau \circ \delta \epsilon \nu \epsilon \kappa \alpha \epsilon \nu \delta \epsilon \iota$ .  
 & hic materiam rursus Aristoteles appellat necessitatis nomine,  
 atque hac occasione necessitatis, Aristoteles diuidit efficientem  
 causam uariè, primò ex necessitatis ratione, quòd ea sit duplex:  
 altera  $\kappa \alpha \tau \alpha \phi \upsilon \sigma \iota \nu \kappa \eta \tau \iota \omega \delta \rho \mu \omega$ , secundum naturalem propen-  
 sionem: altera, uiolenta. Lapis deorsum fertur naturaliter, sursum  
 uiolenter: utrobique necessitas, illic naturalis, hic uiolenta. Atta-  
 men hac necessitatis causa materia nò est, sed illic est grauitas,  
 hic impulsio proiectis sursum. Alia diuisio causa efficiens se-  
 quitur.  $\epsilon \nu \delta \epsilon \tau \circ \iota \varsigma \delta \alpha \tau \circ \delta \iota \nu \omega \iota \alpha \varsigma$ , in ijs uerò quæ consilio & ratio-  
 ne aguntur, alia quidem nunquam  $\delta \alpha \tau \circ \tau \circ \alpha \upsilon \tau \omicron \mu \alpha \tau \omicron \nu$ , à casu  
 sunt, neque à necessitate, ut domus, statua: Alia uerò sunt à fortu-  
 na, ut sanitas agrotantium, ut salus nauigantium, casu & fortu-  
 na potest adiuuari: in ijs præsertim quæ hoc uel illo modo eueni-  
 re possunt. Fortuna tamen consilio non agit, sed finis bonus in  
 natura aut arte spectatur. Notabis hic igitur causas efficiens  
 tum naturaliter, tum uiolenter, tum consilio, tum fortuna & ca-  
 su. Deinceps reuocatur  $\gamma \epsilon \nu \epsilon \sigma \iota \varsigma \Theta \delta \mu \omicron \rho \omicron \nu \iota \alpha$  causarum, quæ  
 causa sunt simul cum causatis, quæ non. Quæ porro sunt  $\delta \mu \omicron$ -  
 $\gamma \omicron \nu \omicron \iota$  congenita, cum his omni tempore causatum suum coniun-  
 ctum est, præteriti que causati causa præterita, præsentis præsen-  
 futuri futura. Propter quid fuit eclipsis? quia terra interposita  
 est: propter quid fit? quia interponitur: propter quid fiet? quia  
 interponetur. Hic syllogismus nullus est, et questionum propter quid  
 demonstrationes tã multæ. Alterum est de crystallo exëplum mirè cõ-  
 tortum, ut syllogismo cõcludatur. Quid est crystallus? aqua cõgelata  
 ait Aristoteles. De hoc exëplo uide Aristotelè secundo capite  $\text{E} \text{P} \text{I}$   
 Metaphysici. Hic Aristotelici syllogismi termini instituentur, quos  
 eosdè receseo, aqua minor, summa caloris defectio, medius, cõgela-  
 ta, maior: syllogismum absolue, quæ Aristoteles non absoluit, sic erit,  
 Quod calore penitus destituitur, cõgelascit:

f ma rou  
 } Vm

ae  
 + off rir  
 + at ab  
 + ab  
 + et fortuna

Aqua penitus calore destituitur:

Aqua igitur congelascit.

Et tum animaduerte, quid hic syllogismus de proposito crystallo, quem aquam congelatam definieras, demonstret. Eiusmodi uerò sunt ἀπὸ ὁμοίωνα, id est, causæ cōgenita, qualis una est forma perpetuò, quanuis nec exempla, nec uerba Aristotelis eam nobis nominatim definiant: definitiones enim quædam eius exempla sunt: in causis uerò quæ non simul fiunt, nec sunt ὁμοίωνα, ἀπὸ ἕτερον γεγονότος ὁμοιογισµός, ab eo quod tempore posterius sit, syllogismus fit: ex causato causâ, quanuis tempore prior concluditur. ἀπὸ ἡ ἄποστέρη οὐκ ἔστιν, à priorè uerò nō est. Causas non ὁμοίονες Themistius efficientes, Philoponus & Eustratius etiam materiales faciunt: Aristoteles ipse antea (ut notaui) finem fecit suo causato non ὁμοίωνα, sed posteriorem. Quapropter ex quatuor causis sola forma est ὁμοίωνα: materia, efficiens, & finis non ὁμοίωνα, sed materia & efficiens priores tempore, finis posterior. Est uerò locus hic singulariter nobis considerandus, Causæ quæ non sunt simul cum finis causatis, sed antecedunt, non possunt syllogismo sua causata concludere: materia & efficiens sunt tempore priores suis causatis: Non possunt igitur (inquam) sua causata syllogismo concludere: uerèque Aristoteles hic ait à posteriori syllogismum fieri, non à priori. Fallit igitur Aristoteles, cū docet ex omni genere causâ demonstrationes fieri, si demonstrationes uelit syllogisticas esse, cū materia & efficiens materiaturum & effectum syllogismo concludere non possint. Nec audienda uana nescio quæ distinctio, quòd causatum sit causæ finis, & ideo quando concludetur ex materiato effectoque opere materia & efficiens, concludetur ex fine materia & efficiens: sic enim forma ex formato tanquam fine demonstraretur, sic demonstratio ὄν, esset demonstratio δῖον: sic idem esset eadem naturâ prius & posterius, quod tertio capite superioris libri ab Aristotele derisum est, & rursus ab eodem, decimo septimo capite huius merito reprehensum. Hanc uerò tam argutam distinctionem Nyphus, sicut aliàs in philosophia Aristotelis cō-

mentus est, qui si talibus ligamentis apertis Aristotelica Philo-  
 sophia plagas obuelauerit, protinus consanuisse existimat. Pro-  
 pterea partitio hac teneatur: caussarum alia sunt ὁμόνοιοι, que  
 suis caussatis assidue coniunguntur, tumque syllogismo conclu-  
 ditur ex caussa caussarum: imò etià ex caussato caussa syllogisticè  
 concluditur, qualis ex caussis una semper est forma: alia non sem-  
 per ὁμόνοιοι, & tum ex eo quod tempore posterius sit, prius tan-  
 tum syllogismo concluditur, ut ex materia & efficiente non ne-  
 cessario materiaturum & effectum, sed contrà: non ex quibuslibet  
 ad finem tendentibus finis concluditur, sed contrà ex fine que  
 tendunt ad finem: ita ex forma & fine syllogismo tantum conclu-  
 di potest: ex materia & efficiente non potest. Atque hoc argumè-  
 tum secundum est aduersus demonstrationem syllogisticam, quod  
 ex usu deduci non possit,

Nullus syllogismus fit ex materia & efficiente:

Demonstratio fit ex materia & efficiente:

Demonstratio igitur non est syllogismus.

Vt iam planè pateat syllogistica demonstrationis dogma fictum  
 & somniarum esse, non ex usu artium omnium parente obserua-  
 tum & deductum: denique Aristotelicum non esse. Interea qua-  
 sio mouetur, quòd non sit in caussatis, sicut in magnitudinibus;  
 Ἐπιπέδου continuity, nec factio factum, utem factio id quod fit  
 continuum, idque similitudine Geometrica peragitur: facta sunt  
 πέρατα ἑ ἀτομα, extrema & indiuidua. Quemadmodum igitur  
 εἰρημῶν, puncta punctis continua non sunt, sic neque factis fa-  
 cta: utraque enim ἀδιάρετα indiuisibilia. Quod autem fit, sic  
 habet ad factum, ὡς περ γεωμῆτις πρὸς εἰρημῶν, ut linea ad pun-  
 ctum. Nam quod fit διαρετόν, diuisibile est, quod factum est  
 ἀδιάρετον: atque ut in linea puncta, sic in eo quod fit, facta sunt  
 infinita. Sed hanc questionem Aristoteles ipse alienam esse pro-  
 ficetur, & ad Physicam remittit, μάλλον δὲ φανερώς ἐν τοῖς κα-  
 θόλοις περὶ κινήσεως ἢ ἐν τοῖς περὶ τούτων, Magis uerò  
 perspicuè in his que uniuersaliter de motu, de ijs dicendum: Eius-  
 modi uerò sexto Physicæ auscultationis disceptantur. Deinceps



1 *γενεσταις* instituta, quòd in non ὁμογούοις concludatur à posteriori prius. Exemplum est unum de materia in Sorite quatuor graduum, in quibus progressio γενέσεως est, λίθοι, θεμέλια, ἑῖχοι, οἰκία, lapides, fundamenta, parietes, domus. At ubi syllogismi consecutio spectatur, contrà fit: & ex posteriore prius concluditur: Sorites Aristorelis in hunc syllogismum redit,

Si paries est, fundamentum quoque est, & si utrumque, secti sunt lapides:

Si domus est, paries est, & fundamentum est:

Si igitur domus est, secti sunt lapides.

2 Hoc exēplo concludit Aristoteles ex posteriori factò prius esse, id est, si domus est, sectos lapides esse: & rursus hanc hypothēsim probat ex posteriori factò, pariete & fundamento. Contrà si coneris ex causis causata concludere, non poteris: Nec enim quia lapides, iccirco fundamentum: nec quia fundamentum, iccirco paries: nec quia paries, iccirco domus. Hoc exemplo considerandum est (quod dixi) ex materia syllogismum fieri non posse, nec ideo syllogismum apodicticum esse ex materia, quem putavit Aristoteles. Proximum caput decimum tertium versatur rursus in materialibus causis: quæ physicis in rebus & caducis mutuas & reciprocas rationes habent, ut ex terra fit aqua, ex aqua fit aer, ex aere fit ignis: & contrà, ex igne aer, unde aqua, ex qua terra gignitur. Hanc consecutionem κύκλω γενέσει Aristoteles appellat, & exemplum quatuor gradibus sic instituit. Ex pluuia uapor, ex uapore nubes, ex nube pluuia. Ex hoc circulo cum unumquodlibet est, alterum est, & contrà uicissim, ait Aristoteles: ubi tamen nihil est κατὰ πάντας, nihil καθόλου. Atque has demonstrationes physicas quoniam sumuntur ex materia, memento syllogismos esse non posse. Reliquo capite statuitur (quod bis iam statutum est decimo quinto & uicesimo sexto capite primi) demonstrationes demonstratarum rerum similes esse, earumque medià quadā ἀμεσά, sed alia reuera esse ἀμεσά, alia uideri: & ἀμεσά aliud apodicticum, aliud dialecticum esse. Hactenus de causis actum est & causatis, quorum doctrina non apodictici syllo-

gismi propria est; sed omnis questionis, omnis explanationis etiam  
 nō syllogistica communis. At (inquit Aristoteles) sophisticum est,  
 non catholicum, quod generale sit, attribuire speciei. Quare so-  
 phisticè facit Aristoteles qui doctrinam omnis questionis, omnis  
 syllogismi, omnis etiam non syllogistica explanationis communem,  
 uni syllogismi speciei (quam fingit) attribuat: Gigantis enim ue-  
 stem pumilioni accommodat: Ergo doctrinam caussarum ad ge-  
 neralem logicæ inuentionis artem refero: demonstrationi propria  
 non subicio. Definiendi doctrina & quæ iam confusa est, in pro-  
 lixa octo capitum questione, & quæ deinceps sequitur sophisti-  
 cè item, non catholicè hîc instituitur. Communis enim est omniū  
 questionum, nec ulla questio est quæ rei definitione explicari nō  
 possit, ut iam patuit.

### IN 14. CAPVT.

Sed tamen de causis & caussaris actum est, quorum symbola  
 tum particularia sunt in distributionis loco, genera differentie,  
 species totū, partes: tum integra & uniuersa, ut definitio & de-  
 finitum. Ergo cū dicitur institutiones artium esse ex definitio-  
 nibus, distributionibus, nō aliud dicitur, quàm ex causis & caus-  
 saris, quia definitiones & distributiones caussarum & caussa-  
 torum symbola sunt. Sed quod agitur, hîc agamus, quod definitur,  
 speciale est aut generale. Ergo Aristoteles leges primò defini-  
 de speciei: deinde definiendi generis instituit: ad definiendam ita-  
 que speciem primò leges duæ ab Aristotele statuuntur. τῶς δὲ  
 θεωρεῖν τὰ ἐν τῷ ὄντι κατηγορούμενα, quomodo oporteat ue-  
 nari & indagare quæ in quid est, dicuntur. Prima lex est ἡ δὲ  
 ὑπαρχόντων αἰεὶ ἐκάστῳ ἐνιαὶ ἐπεχτείνει ὅτι πλεον οὐ μὲν τι  
 ἔξω τῶ γένους. Eorum quæ unicuique semper insunt, quedam cō-  
 muniōra sunt, non tamen genere superiora. Hæc igitur est primā  
 lex, Communia necessaria quarantur, non tamen genere commu-  
 niōra, quæ lege proximum genus, & communes differentie com-  
 prehendantur, ut in homine definiendo philosophus ethnicus erat

animal, item rationale, tum mortale, comprehenduntur, dixi, non  
 distinguuntur, et videtur potius Aristoteles exemplis, quibus uti-  
 tur in litera, de genere nihil cogitare. Secunda lex est τὰ δὴ ἑπι-  
 αὐτὰ ληπτόν μέχρι τούτου, ἕως τῶσαῦτα ληφθῆ πρώτων ὧν ἕ-  
 κασον μὲν ὅτι πλέον ὑπάρξει, ἀπαντα δὲ μὴ ὅτι πλέον, talia  
 sanè sumenda sunt hæcenus, ut tot imprimis sumpra sint, quæ li-  
 cet singula latius pateant, uniuersa tamen non pateant. Hæc se-  
 cunda lex iubet uniuersalia tot assumi, quæ singula, quam  
 species definienda, communiora sunt, coniuncta tamen sint pro-  
 pria: ταῦτῳ γὰρ ἀνάγκη οὐσίαν εἶναι τῶ πράγματος, hanc  
 enim necesse est essentiam esse rei: quia uniuersalia illa et neces-  
 saria ipsum quid est, ostendunt: et ita coniuncta propriè similiter  
 ostendunt. Hæc definiendæ species sunt leges, et hæc legum sunt ra-  
 tiones: clarius uerò breuiusque fuerat præcipere ad definiendam  
 speciem, sumendum esse proximum genus, et differentis tot ex-  
 plendum, donec totum ex genere differentis compositum, speciei  
 proprium esset, ἢ γὰρ γένος, ἢ διαφορά ἂν εἴη: aut enim genus,  
 aut differentia fueris, dicet paulò post Aristoteles in hoc ipso ca-  
 pitulo. Generis definiendi ratio quæ sequitur, confusior et obscu-  
 rior est, tum propter mendum quod inesse suspicor, tum propter  
 diuisionis utilitates interpositas. Summa uerò est doctrinæ pro-  
 positæ initio et tandem repetitæ, ad genus definiendum, diuise  
 et definitæ species considerandæ sunt, et ex earum communione  
 et similitudine propria affectio differentiæque generis educen-  
 da, tres leges hic Aristoteles facit, χρὴ δὲ ὅταν ὅλον ἢ πᾶν  
 τὸν πᾶν πᾶς, διελείν τὸ γένος εἰς τὰ ἀτομα τὰ εἶδη τὰ πρώτα.  
 Cum uerò totum aliquid explicabit quispiam, genus in prima spe-  
 cie indiuidua diuidere conueniet: εἶδ' οὕτως ἐκείνων ὀρισμοῦς  
 πειραχ λαμβάνειν: deinde sic eorum definitiones subducendæ:  
 μετὰ τούτο λαμβάνοντα πὶ τὸ γένος, οἷον πότερον τῶ πᾶσων ἢ  
 τῶ ποιῶν, τὰ ἴδια πᾶθη θεωρεῖν διὰ τῶ κοινῶν πρώτων. Post-  
 ea ut sumas genus aliquod, ut qualitatisue sit, an quantitatis, pro-  
 prias eius affectiones ex communibus primis considerabis: τῶς γὰρ  
 συνθεμένοις ἐκ τ' ἀτόμων τὰ συμβαίοντα ἐκ τ' ὀρισμῶν ἔσται

accipi  
 ret +

prox  
 genus et tot  
 d fca tui exp natura  
 dicit totum y candi  
 fca tui comp  
 tui prop iust f

coms definiendy  
 t defi: ta p  
 us confid  
 huy commuio  
 tndim

affectio

δὴ λα. Ex indiuiduis enim compositorum affectiones è definitio-  
 nibus erunt manifesta. Postrema lex uideretur mendosa, & tamen  
 qualiscunque sit, indicat quod tandem dicetur aperte & mani-  
 feste, ex communibus partium affectionibus, proprias totius affe-  
 ctiones inuestigandas esse: interponitur longa digressione diui-  
 sionis utilitas. Triplex ad definitionis partes colligendum, dispo-  
 nendum, complendum. Diuisiones secundum differentias uiles sunt  
 ad sic progrediendum, quemadmodum tamen demonstrant, dictū  
 est antea. Vriles uerò fuerint solum sic τὸ πρὸς τὸ συλλογιστὸν τὸ  
 πῶς ἔστιν ad concludendum quid est? quo modo definitio dicta est  
 prius συλλογισμὸς τῆς ἑστῆς ἐξ ἀποδείξεως. Atque uidebitur ni-  
 que nihil concludere, sed omnia procinus petere, tanquam acce-  
 perit ab initio sine diuisione. Hic Platonē diuisionis præcepto-  
 rem & laudatorem uellicari intelligimus, & hæc prima diuisionis  
 utilitas est, ad definitionis partes colligendum. At non demon-  
 strat, sed petit (ait Aristoteles) Hic etiam nunc diuisione labefacta-  
 tur, quæ nihil doceat, nihil prober, sed questionem gratis petat,  
 promissam explanationem & debitam non persoluat. Sic antea  
 capite huius quinto diuisione damnata est, quod peteret, non dem-  
 straret. At paulò post contrarium dicitur, quod diuisione non pe-  
 tat, sed uerè doceat. Hic uerò nomine διαρπείσεως significatur,  
 non solum distributio totius in partes, sed partium similiter en-  
 ductio ad commune conficiendum. Atque ut diuisione & differe-  
 rentia generis, species: sic inductione specierum & similitudinis,  
 genus definitur: sed illa diuisionis prima est utilitas, secunda est,  
 quod refert in definitione πῶς τὸ πρῶτον ἔστιν ἕρπον, quid prius sit  
 & posterius: quod diuisione monstrabit, quæ primò sumit genus,  
 tum differentias priores prius diuidit. Hæc utilitas obscurius ex-  
 ponitur: tertia est utilitas, ut nihil relinquatur, diuisione effici.  
 Prolepsis deinceps aduersus Speusippum Aristotelis condiscipula-  
 rum (ut interpretes aiunt) diuisiones tollentem, quia impossibiles  
 essent, quia sophistica essent.

Si quis (aiebat) diuidere uelit, omnia erunt ei tenenda,  
 omnesque & differentia & species cognoscenda, se-

cus quid diuidat, nesciet:

At hoc impossibile:

Illud igitur.

Huius syllogismi propositioni Aristoteles resistit, satisque putat esse diuidenti genus in oppositas partes absolute diuidere, & ex eius partibus assumere, quod ad propositum definiendum satis erit: ut si quis diuidat animal, non necesse illi sit omnes animalium species, leonum, equorum, piscium, auium, omnesque differentias eorum nosse, sed satis est animal & rationale & mortale. Sic enim ἔξει τὸν λόγον τῆς οὐσίας habebit rationem essentialiæ. Secundus Speusippi syllogismus uidetur fuisse,

Sophistica esse, & captiosa quæ peterent:

Diuisionem petere:

Sophisticam itaque esse.

Huius syllogismi assumptioni Aristoteles occurrit contrario argumento,

Si sint in diuisione opposita immediata, οὐκ αἴτημα non petitio est:

At primum est: quia necesse est quiduis in horum altero esse, sic Aristoteles. Sic enim disputat: Necessarium (inquit) ergo non petit, sed probat & docet:

Secundum igitur.

Hic notabis mirum Aristotelis ingenium: in primo priorum capite tricesimo secundo, & huius capite quinto: quin paulò ante in hoc ipso capite diuisio contra Platonem reprehensa est, quia peteret, non probaret, non doceret: Nunc uerò contra condiscipulum Speusippum eadem defenditur, principiumque non petere confirmatur, quia ex oppositis immediatis fiat. Sic eadem res, mutata tantum calumniæ persona, ex eodem facto & uituperatur & laudatur. Hic locus considerandus est ad iudicandum de superioribus illis locis, in quibus diuisio tractata est. Diuisione sic defensa, triplex utilitas iam posita per inanem τωπολογίαν repetitur, ad definitionem diuisione constituendam, τριῶν δὲ σοχά-  
ζου τρία spectanda sunt: ut attributa sint essentialia, ut ordine

collocata, ut cōpleta. Primum patebit ex topicis locis de genere: 1  
 secundum, si natura priora precedant: tertium, si genus diuisum  
 & differentiis aggregatum τὸ σωόλου μὴ δὲ φέρεται εἰς αὐτὸ  
 το quod definitur, specie non differat, id est, proprium sit: id enim  
 est, non differre specie: pro eo quod in topicis, idem numero dici-  
 tur: illic enim idem dicitur numero definitio & definitum. Atque  
 hac explicatio ex præseni Aristotelis loco ducitur, cum ait in eo  
 quod specie non differat οὐτε πλέον προκεταται, οὐτε ἀπολείπει  
 οὐδ' ἄν, neque plus proponitur, neque quicquam deficit. Atque hac  
 de tribus diuisionis utilitatibus tam longa adhuc digressio fuit.  
 Repetitur deinceps proposita primum ratio definiendi generis, 2  
 quomodo generis definitio ex cōmunione & similitudine specierum  
 subducatur, imò quomodo si duo genera sint, quæ putabatur unum,  
 id intelligatur. Res hinc multò est clarior, quàm fuit antea: inquire-  
 dum uerò est & intuedum in similia, minimèque differentia: pri-  
 mum quid uniuersa contineant idem: deinde rursus in aliis, quæ  
 sint in eodem quidem cum illis genere, sibiipsis inter se eadem spe-  
 cie, à cæteris diuersa. Cum uerò in his sumptum fuerit aliquid om-  
 nino idem, & in aliis similiter, in assumptis rursus consideran-  
 dum, an sit idem, donec ad unam rationem uentum sit, οὗτος γὰρ  
 ἔσται τὸ ἀεὶ γινώσκοντος ὁ εἰσμός, hæc enim erit rei definitio. Hæc  
 Aristotelis oratio iam manifesta est, & aperte docet, quod antea  
 obscuratum fuerat: nēpe ut species generis dissimilitudine, sic ge-  
 nus speciei similitudine defini: huncque & generis & speciei  
 circulum esse. Sed additur præterea, quòd si non ad unam ratio-  
 nem, sed duas aut plures itur, constat non unum quidpiam sum-  
 rum, quod quæritur, sed plura: si nō fuerit una cōmunitio, unaque  
 similitudo specierum, genus unum non erit. Hoc tanquam corollari-  
 um proposita doctrina accessit. Sed exemplis præter morem, Ari-  
 stoteles magnificus hinc utitur. Scire uis quid sit μεγαλοψυχία,  
 magnanimitas? subducito species hominum magnanimorum, quid  
 habem simile contemplare: Alcibiades magnanimus fuit, item  
 Achilles & Ajax: quibus omnibus commune est iniuriæ non pa-  
 ti. Alcibiades Atheniensibus (à quibus absens propter Siciliens-

sem cladem damnatus erat) bellum fecit: Achilles ob raptam Bryseidem, iratus Graecis implorantibus auxilium negavit: Ajax ab Ulysse uictus in armorum iudicio, seipsum interjecit. At id rursus in magnanimis aliis consideretur. Lysander & Socrates magnanimi sunt habiti, quia secundis rebus uel aduersis nihilo sum mutati. His duobus sumptis, considera quid insit idē, constantia animi dico, in quauis fortuna: & iniuriarum impatientia: ac si nihil insit, duae species erunt magnanimitatis. Quare partium communio me docuit, non unum genus esse, quod definire uolebam, & quid esset unumquodque: quia communitio non una: at definitio uniuersalis esse debet, nec enim medicus praeciperet de cuiusdam oculi, sed de omnis aut certae speciei sanitate. Ex hac proxima ratione definiendi generis concludit Aristoteles facilius esse definire speciem, quam genus, quia ὁμωνυμία, quae faciūt ē duobus unum, magis lateant in genere, quam in specie. Itaque metaphoras uelut harum ambiguitatum umbras, in definiendis rebus adhibendas esse non putat, et δὲ μὴ διαλέγεσθαι δὲ μεταφοραῖς, δὴ ἄλλο ὅτι οὐδ' ἐπιζέεσθαι οὔτε μεταφοραῖς, οὔτε ὅσα λέγεται μεταφοραῖς, si uerò nō disputare metaphoras oporteat, certē neque metaphoris, neque ullis per metaphoras enuntiatis definiendum. Metaphoras Aristoteles appellat hic (opinor) ut in Rhetoricis ad Theodectem nominantur, omnes tropos & modificationes uerborum: & διαλέεσθαι pro dialecticē, & probabiliter uidetur usurpare, tanquam ex minori maius concluderet: probabilis disputatio metaphoras & tropos non admittit, quanto minus definitio? Sic metaphora damnata est, sic sexti topici capite secundo rursus damnabitur. Est tamen considerandum, propria uerba, & cum rebus ipsis nata interdum modificatis obsecratoria esse, & ideo quam ob causam metaphora damnatur, ob eandem fuerit experenda: deinde necessaria frequenter omnino est, cum bona pars rerum translatis quidem, & mutatis uerbis exprimitur, propriis autem careat: & paulò post proximo capite ὁμοιωμάτων & ἀναλογίας Aristoteles concedit. Ac metaphora per analogiam & similitudinem praecipuē conuertitur. Sed

hactenus de diuisione: cuius tanta utilitas, in definiendo summo-  
pere obseruanda, tot definitiones in organo logico desunt, tam  
multae uitiosae sunt, licebit hinc constituere & restituere. Et nos  
quantum his legibus usi & adiuti simus, animaduersionum uin-  
ginti libri declarant: in quibus maxima disputatio est de omnis  
aut uitiosis definitionibus explendis aut restituendis.

## IN 16. CAPVT.

Diuisionis utilitas permagna ad definiendum seu genus, seu  
speciem proposita est, ea tamē adhuc augetur capite decimo sex-  
to, & ad demonstrationem cuiusuis problematis accommoda-  
tur, ut definitiones, ut demonstrationes una diuisio suppediet,  
ὡς ὃ τὸ ἐχθρὸν ἔπιπροβλήματα, ἐκλέγειν δὲ τὰς ἀναπλάς,  
καὶ τὰς διαρέσεις: ad problemata uerò & quaestiones obrinen-  
dū & disceptandū, sectiones & partitiones adhibēda sunt. Ἐτα  
ὃ ἐκλέγειν ἰσοπιθέμενον τὸ γένος τὸ κοινὸν ἀπ' ἅντων, Sic uerò  
subiectum genus commune omnium assumendum est, ut si de ani-  
malibus agatur, quae insunt omni animali consideranda: tum  
facta communis generis diuisione, similiter in primas species in-  
tuendum: quod illi toti coniunctum consequensque sit: ut si sit  
aui ea species, quae sunt omni aui consequentia, & sit semper  
proxima. Ἠλὸν γὰρ ὅ π' ἐξομεν ἢ δὲ λέγειν τὸ ἀπὸ τῆς ὑπαρχῆς  
τὰ ἐπόμενα τοῖς ἰσὸν τὸ κοινόν, Tum enim possumus dicere pro-  
pter quid sub commune subiectis insint consequentia, ut propter  
quid homini aut equo hoc uel illud inest. Hic locus uerò diligen-  
tius considerandus, & attentius legendus est, ubi Aristoteles il-  
lo superiore Aristotele Platonis reprehensore longē equior &  
uerior est. Diuisio primo Analytico, item capite huius quinto &  
rursus decimo quarto, ut sophisma quoddam, reprehensa est &  
agitata, quia precario sumeret quaestionem & uelut emendica-  
ret. At ab hac captione fraude non solum ab Aristotele ipso uin-  
dicata est, cum negauit in ea esse ἀτημέα, sed ad definiendum  
tanquam dux certissima delecta. Imò uerò etiam nunc ad demō-



strandum, & propter quid est explicandum deligitur. Hic (inquam) locus attendendus & animaduertendus est. Hic præterea præcipit Aristoteles, si fortè usitata nomina diuidendis rebus defuerint, ut res tamen communis nihilominus consideretur, eiusque consequentia perinde uideantur, noménque imponatur: sic ὁνομαστοποιῶν hic interpretes intellexerunt. Est præterea (inquit) & alia ratio, ut κατὰ τὸ ἀνάλογον assumatur. Hic Aristoteles ἀναλογικῶν permittit in demonstratione, quam tamen paulò antè metaphora nomine damnauerat. Atque hæctenus de diuisione tam multa primò in Platonis calumniam, quòd nihil probaret, nihil doceret, sed ἔξ ἀρχῆς peteret ac postularet. Deinde, in summam rei ipsius ueritatem & gloriam, quòd una diuisio in omnes omnis doctrinæ ac scientiæ partes sese mirificè iactaret: quòd definitiones una tum generis, tum speciei suppeditaret: quòd demonstrationibus mediæ & argumenta præstaret: problemata propter quid est, una suis facultatibus sustentaret. Reliquo capite docetur, problemata eadem esse, quæ medium habent idem, ut quæ per ἀντιπείραξιν probantur: ut cur in hyeme facilius coequimus, dormientes crassius spiramus, & putei calidi? Arque hæc problemata duobus modis eadem sunt, aut genere, aut quia medio medium subiectum sit. Genere, ut propter quid resonat echo? propter quid imago apparet in speculo? propter quid iris in nube uersicolor cernitur? ἀνάκλασις repercussio in omnibus respondetur, uocis, speciei uisibilis, luminis. Secundo modo eadem sunt: Propter quid Nilus desinente mense copiosior fluit? quia mensis desinens χυμειώτερος hybernior: Propter quid hybernior? quia luna deficit. Hæc enim sic habent τὸρὸς ἀλλήλα.

## IN 17. CAPVT.

Decimoseptimo capite uaria de causis & causatis rursus tractantur. Primò igitur reuocatur ἡ ὁμολογία ἀιπῶν & ἀιπαπῶν, & queritur an simul sint causa causatæque: ex iisque sit reciproca demonstratio, ut in ijs duobus syllogismis apparet:

Q.iii.

Γὰν πλατύφυλλον φυλλοροεῖ·

Γὰσα ἀμπελος πλατύφυλλος·

Γὰσα ἀμπελος φυλλοροεῖ·

Ἄπαν φυλλοροεῖν πλατύφυλλον·

Γὰσα ἀμπελος φυλλοροεῖ·

Γὰσα ἀμπελος πλατύφυλλος·

Omne latifolium defrondescit:

Omnis uitis est latifolia:

Omnis uitis defrondescit:

Omne defrondescens est latifolium:

Omnis uitis defrondescit:

Omnis uitis est latifolia.

Πλατύφυλλον καὶ φυλλοροεῖν hic uidentur esse reciproca causa, & reciprocas demonstrationes facere. At secus est: causa enim prior est, & demonstrat διὰ τὴν: effectus posterior, & demonstrat ὅτι: & tamen etiam illud quod demonstrat, διὰ τὴν, nihil habet proprium, & quod ὅτι dicitur, uerum non est: multis enim arboribus folia decidunt, quae lata non sunt. Denique τωτολογία hic est inanis: nihil enim dicitur hic quod non dictum sit prius. Secunda pars sequitur. Eiusdem causati in diuersis subiectis possunt esse multiplices causae. Nec si est causatum, oportet omnem causam esse: hic exemplum nullum est, nisi abecedarium. Tertia pars repetitur è quarto capite primi ex nota πρώτου καθόλου, si problema catholicum primò est, medium catholicum similiter erit & cum extremis aequale & antistrophum. Quarta est obscurissima: Eorundem causatorum causam non contingit diuersam esse, si per se demonstratur: si non demonstratur per se, contingit. Hic Aristoteles ait medium esse rationem extremi: utrius, nominatim non definit: sicuti neque nono huius capite definierat, sed tantum ait, si ὁμώνυμα sint extrema, ὁμώνυμον esse medium, si ea non sint, hoc non esse. Interpretes diuisant ab Aristotele dici medium esse definitionem maioris extremi, quod dicit quinta parte: at hic non dicit. Quinta parte reuocatur tertia de conuersione partium in demonstratione per se, quod affectio cum subiecto uniuers-

hoc s̄ ḡ s̄ ū q̄ r̄ m̄ c̄  
 ē d̄ ad d̄ ē  
 d̄ . s̄ m̄ ō r̄ r̄ ī .  
 d̄ . m̄ .

sa. rior s̄ et d̄  
 s̄ r̄ ā t̄ . ō l̄ ī . ē f̄ f̄ ē t̄  
 . d̄ ā n̄ . t̄ r̄ ā t̄ . ō l̄ ī .

secunda pars capitis

tert.

Quarta.

a. inta.

1 salī & primo conuertatur, non conuertatur cum particularibus  
 subiectis, & quod cum eodem subiecto medium similiter habet.  
 ἐστὶ δὲ τὸ μέσον λόγος τῶ ἀπὸ τοῦ ἀκροῦ. Est uerò medium, defi-  
 nitionis primi extremi. Hic locus demum palam exprimit, quod ca-  
 pite nono, quod capitis huius parte quarta obscurius positū est,  
 definitionem maioris extremi pro medio demonstrationis assu-  
 mendam, & additur, διὸ πᾶσαι αἱ ὁρισῆμαι δι' ὁρισμὸς γί-  
 νοῦνται. Itaque omnes scientiæ per definitionem fiunt. Omnes scie-  
 tiæ (inquit Aristoteles) per definitionem fiunt, tanquam medium  
 uidelicet syllogistica demonstrationis. At nulla scientia quæstio-  
 nis propter quid est, syllogismo concluditur, ut iam dixi: & tamē  
 nihilo minus per definitionem res demonstratur & scitur. Dein-  
 ceptis partibus secundæ exempla ponuntur, quod causæ eiusdem in  
 diuersis tamen subiectis causæ diuersæ sint, ut μακρόποδα εἶναι &  
 μὴ τετραπόδα, τὸ μὴ ἔχειν χολῶν. & ἵππια τὸ ἐνεῖναι, &  
 ut longæua sint quidem quadrupedes, quia bile carent: aues uerò,  
 quia sicca. Interea uerò definitur apertius τὸ καθόλου, quàm de-  
 finitum erat quarto capite primi, τὸ ὅτι γὰρ λέγω καθόλου, ὃ μὴ  
 ἀντιστέφει. πρῶτον δὲ καθόλου ὡς ἕκαστον μὲν μὴ ἀντιστέφει,  
 ἀπαντα δὲ ἀντιστέφει, καὶ μὴ ἀνεκτείνεαι. Hoc enim dico uni-  
 uersale, quod nō conuertitur. Primum autem uniuersale, cum quo  
 non singula quidem, sed uniuersa conuertuntur, neque superant.  
 Sexta & extrema parte capitis statuitur, si inter affectionem &  
 subiectum plures causæ sint, eam potiorem esse, quæ subiecto uici-  
 nior sit, ut si quæretur an homo sit substantia, potior causa erit  
 animal quàm corpus, quia per animal substantia homini inest,  
 non per corpus. At id est superiori quintæ partis doctrina con-  
 trarium, quia dictum est medium maioris extremi definitionem  
 esse. Nec Aristotelis ratio hic uera est. Non enim homini substā-  
 tia potius inest ratione animalis, quàm ratione corporis. Superi-  
 4 riora enim & uniuersaliora sunt ἀπὸ τῶν ἄλλων, ut Aristoteles ipse  
 superioris libri capite uicesimo docuit. Atque omnino quæstio  
 ista ridicula est: nec enim unquam fiet talis demonstratio, quia  
 propositio mediata erit: & per interpositum aliud mediū pro-  
 q.iiii.

definitio maioris extremi  
 pro medio  
 demonstratio  
 syllogismo  
 concluditur  
 ut iam dixi  
 tamē  
 nihilominus  
 per definitionem  
 res demonstratur  
 & scitur  
 Deinceps  
 partibus  
 secundæ  
 exempla  
 ponuntur  
 quod causæ  
 eiusdem  
 in diuersis  
 tamen  
 subiectis  
 causæ  
 diuersæ  
 sint  
 ut μακρόποδα  
 εἶναι  
 &  
 μὴ τετραπόδα  
 τὸ μὴ ἔχειν  
 χολῶν  
 &  
 ἵππια  
 τὸ ἐνεῖναι  
 &  
 ut longæua  
 sint  
 quidem  
 quadrupedes  
 quia  
 bile  
 carent  
 aues  
 uerò  
 quia  
 sicca  
 Interea  
 uerò  
 definitur  
 apertius  
 τὸ καθόλου  
 quàm  
 definitum  
 erat  
 quarto  
 capite  
 primi  
 τὸ ὅτι  
 γὰρ  
 λέγω  
 καθόλου  
 ὃ μὴ  
 ἀντιστέφει  
 πρῶτον  
 δὲ  
 καθόλου  
 ὡς  
 ἕκαστον  
 μὲν  
 μὴ  
 ἀντιστέφει  
 ἀπαντα  
 δὲ  
 ἀντιστέφει  
 καὶ  
 μὴ  
 ἀνεκτείνεαι  
 Hoc  
 enim  
 dico  
 uniuersale  
 quod  
 nō  
 conuertitur  
 Primum  
 autem  
 uniuersale  
 cum  
 quo  
 non  
 singula  
 quidem  
 sed  
 uniuersa  
 conuertuntur  
 neque  
 superant  
 Sexta  
 &  
 extrema  
 parte  
 capitis  
 statuitur  
 si  
 inter  
 affectionem  
 &  
 subiectum  
 plures  
 causæ  
 sint  
 eam  
 potiorem  
 esse  
 quæ  
 subiecto  
 uicini-  
 or  
 sit  
 ut  
 si  
 quæretur  
 an  
 homo  
 sit  
 substantia  
 potior  
 causa  
 erit  
 animal  
 quàm  
 corpus  
 quia  
 per  
 animal  
 substantia  
 homini  
 inest  
 non  
 per  
 corpus  
 At  
 id  
 est  
 superiori  
 quintæ  
 partis  
 doctrina  
 con-  
 trarium  
 quia  
 dictum  
 est  
 medium  
 maioris  
 extremi  
 definitionem  
 esse  
 Nec  
 Aristotelis  
 ratio  
 hic  
 uera  
 est  
 Non  
 enim  
 homini  
 substā-  
 tia  
 potius  
 inest  
 ratione  
 animalis  
 quàm  
 ratione  
 corporis  
 Superi-  
 4  
 riora  
 enim  
 &  
 uniuersaliora  
 sunt  
 ἀπὸ  
 τῶν  
 ἄλλων  
 ut  
 Aristoteles  
 ipse  
 superioris  
 libri  
 capite  
 uicesimo  
 docuit  
 Atque  
 omnino  
 quæstio  
 ista  
 ridicula  
 est  
 nec  
 enim  
 unquam  
 fiet  
 talis  
 demonstratio  
 quia  
 propositio  
 mediata  
 erit  
 &  
 per  
 interpositum  
 aliud  
 mediū  
 pro-

bari poterit, & per superius probari potest inferius. Hunc errorem conantur interpretes quidam defendere, quod subiecto uicinior causa non sit illa quidem absolute potior, sed potior huius questionis. At inepti homines an non meminerant definitam esse scientiam ex causa non qualibet, sed per quam immediatam, attributum subiecto inesset? His distinctionibus nullus error tam absurdus est, qui retineri & defendi à stultis interpretibus non possit. At Aristoteles ista collegit, ex suis ipse principijs non retexuit, non aestimauit. Quare dicamus potius id Aristotelicum non esse, quia principijs Aristotelis non conuenit, nec esse Aristotelicum quicquid ab Aristotele collectum sit, sed quod ab Aristotele ex Aristotelis principijs aestimatum sit, id demum esse Aristotelicum.

## IN 18. CAPVT.

Decimooctauum caput & ultimum superest repetitum ex decimo quarto & uicesimo sexto primi, quomodo principia cognoscantur, & qua demum cognitionis specie appellentur, ad uerbum subicere statui, ut philosophiæ Aristotelica primum summumque fundamentum, fundamentum, ut iam dixi, Platonicum non semel dictum, sed iteratum & repetitum tandem intelligatur, & quæ illud Platonicæ Poli ἢ μὲν ἐμπειρία τέχνη ἐστίν, ἢ δ' ἀπείρία τέχνη, Aristoteli probatum sit, intelligatur.

DE principijs & quomodo nota fiant, & quis habitus eos cognoscat, hinc est manifestum dubitantibus primum. Quòd igitur non possit scire per demonstrationem qui nescit prima principia immediata, dictum est prius: utrum uerò immediatorum eadem sit notio, an non eadem, dubitauerit utique quispiam, & utrum scientia utrius-

que sit, an non, an huius quidem scientia: illius verò genus alterū quoddam, & utrū, cum non infint habitus, in generantur, an in generati latent.

Querit Aristoteles initio capituli huius questionem magnam in philosophia, & grauem, quomodo principia cognoscantur, & qua specie cognitionis & appellatione. Hæ siquidem quaestiones duæ solæ sunt. Plato ex Socrate aliquando docet animos hominum immortales è fonte diuinitatis delibatos, in cognitione rerum uiguisse, antequam in corpus intrassent, sed obscuritate corporis & insolentia perturbatos, in obliuionem superioris intelligentiæ delabi, ut antea iam dictum est primo capite superioris libri. Aliquādo animū libro comparat, ut in Philebo. Aristoteles hanc secundam Platonis sententiam secutus, animum recēs

corpori infusum, nulæ tabulæ comparauit: nec quicquam cognitum habuisse indicauit, sed σὺμφορον δυνάμιν, ingenitam cognoscendi potentiam & facultatem duntaxat attulisse. Cognoscendi porro duas facultates esse: alteram ad res singulares: alteram ad res uniuersales & generales: illam sensum, hanc intellectum facit: tamen si parū distinctè & apertè id hoc loco exprimit. Querit igitur Aristoteles quomodo principia, id est prima & uniuersales rerum notitiæ agnoscantur, & quis sit habitus, quæue species cognitionis. Itaque cum per demonstrationem principijs ignoratis, mediatorum haberi scientia non possit, ut prius dictum est, meritò dubitauerit aliquis, utrum immediatorum cognitio & mediatorum sit eadem, an non: & utrum mediatorū similiter & immediatorum scientia sit, an non: sed horum quidē scientia, illorum uerò generis alterius cognitio. Hæc secunda quaestio est, an principiorum sit scientia, an præstantioris generis cuiusdam, ut intellectus: scientia autem sit mediatorum, intellectus immediatorum: & utrum principiorum habitus animis nostris à natura non in generati, tandem à disciplina & magistro duntaxat in generentur: an in generati quidem sint, ut Socrati placuit,

animi huiusmodi immortalis fonte diuinitati delibatos: ut cognoscere uiguerunt antequam in corpore intrassent: sed obliuione corporis & insolentia delati: ut antea iam dictum est primo capite superioris libri. Aristoteles hanc secundam Platonis sententiam secutus, animum recēs

Aristoteles animum corpori infusum comparauit: nec quicquam cognitum habuisse indicauit, sed σὺμφορον δυνάμιν, ingenitam cognoscendi potentiam & facultatem duntaxat attulisse. Cognoscendi porro duas facultates esse: alteram ad res singulares: alteram ad res uniuersales & generales: illam sensum, hanc intellectum facit: tamen si parū distinctè & apertè id hoc loco exprimit.

Querit igitur Aristoteles quomodo principia, id est prima & uniuersales rerum notitiæ agnoscantur, & quis sit habitus, quæue species cognitionis. Itaque cum per demonstrationem principijs ignoratis, mediatorum haberi scientia non possit, ut prius dictum est, meritò dubitauerit aliquis, utrum immediatorum cognitio & mediatorum sit eadem, an non: & utrum mediatorū similiter & immediatorum scientia sit, an non: sed horum quidē scientia, illorum uerò generis alterius cognitio. Hæc secunda quaestio est, an principiorum sit scientia, an præstantioris generis cuiusdam, ut intellectus: scientia autem sit mediatorum, intellectus immediatorum: & utrum principiorum habitus animis nostris à natura non in generati, tandem à disciplina & magistro duntaxat in generentur: an in generati quidem sint, ut Socrati placuit,

Socrates sentiebat quod anima habitus a natura, & quosdam ab arte.

sed lateant & ignorentur. Hæc quæstio est prima. Responderi  
 uerò potest utrique quæstioni ex capite decimoquarto & uigesimo  
 sexto libri superioris, mediatarum conclusionum scientiam esse,  
 principiorum, intellectum: nec principiorum cognitiones à natura  
 congenitas animis nostris esse, sed inductione singularium &  
 experientia per sensus comparari.

QVARE si hos habemus, absurdum  
 erit: fiet enim ut quanuis cognitionem  
 demonstratione certiore habeamus, ta-  
 men ignoremus. Si uerò accipimus, nec ha-  
 buerimus prius, quomodo tandem co-  
 gnoscemus & addiscemus nulla antece-  
 dente cognitione? Impossibile enim est, ut  
 in demonstratione diximus. Constat igitur  
 nec haberi posse, neque sic ignorantibus,  
 & nullum habentibus habitum, in-  
 generari.

Antequam primæ quæstioni respondeatur, εἰς ἑκάτερον in  
 utranque partem Aristoteli lubet argumentari:

Si principiorum habitus congeniti sint, accidet ut qua-  
 uis certissimam cognitionem habeas, habere te  
 nescias:

Secundum absurdum:

Primum igitur.

Vide hanc rationem circa finem maioris ἀλφά metaphysici.

Sed contra dicetur,

Si non congeniti principiorum habitus, ex antecedente  
 percipientur notione:

Secundum absurdum, quia principijs nihil notius:

Primum igitur.

Handwritten notes in the left margin, including the word "sing" and various symbols and letters.

Handwritten notes in the bottom left margin, including the words "aut", "no", "rg", "a", "nobis", "alt", "critis", "per bar", and "t".

1 *Itaque neque congeniti, neque non congeniti: sic prima questio disputatur, deinde soluitur.*

NECESSÉ igitur est habere quidem quandam facultatem, non autem eiusmodi habere, quæ sit his certitudine præstantior. Cernitur autem id in omnibus animalibus: habent enim facultatem insitam iudicandi, quam vocant sensum. Sensus verò cū insit, in aliis quidem animalibus sensilis notio permanet, in aliis non permanet: in quibus verò non permanet, aut omnino, aut circa quæ nō permanet, iis extra sensum notio nulla est: in quibus verò sentientibus permanet, hæc aliquid vnum in anima habeant necesse est. Quæ cum multa eiusmodi cōtigerint, differētia quædam gignitur, vt in aliis quidem  
 2 ex eorū memoria ratiocinatio oriatur, in aliis nequaquā. Ex sensu igitur memoria quæadmodū dicimus, ex memoria eiusdē rei sæpius inducta existit experientia. Multæ enim memoriæ numero, experientia vna est, ab experiētia verò aut omni vniuersali quiescente in anima, aut vno præter multa, quòd in omnibus vnum insit il  
 3 lis idem, artis principium & sciētiæ, siquidem circa generationem, artis: si verò circa ens, scientiæ.

Soluta est adhuc questio, quomodo principia noscuntur, & per gradus quatuor exposita: αἰσθησις, sensus, primò: deinde μνήμη, memoria: tum λόγος, ratio: postremò ἐμπειρία, experientia, unde uniuersale uel caducum, & artis: uel perpetuum, & sciētia, principium est. Sed ad hanc explicationem animalium diuisio inducitur, quia sensus unde origo principiorum petitur, est omnium animalium communis. Animalia igitur cum omnia sentiant, quaedam sensus memoriam retinent, quaedam non retinent: non retinentium quaedam ratiocinantur, quaedam non: atque ratiocinatio propria hominis iam est, qui ex uariarum rerum memoria & recordatione ratiocinando experientiam sibi conficit, & uniuersale decretum inde constituit: nec enim, ut Galenus de optima secta ait, ἀκριτος ἰσοπία παρὰ δεξιὰ, sine iudicio observatio est admitenda. Vide animalium partitionem hanc primo capite maioris Alpha metaphysici. Atque hic notabis de sensu, quod ab Aristotele dicatur σύμφυτος δυνάμεις, intellectus uero, de quo id imprimis hic dici debuerat, σύμφυτος δυνάμεις non dicatur: ut tamen intelligeremus non ἔχεις principiorum, sed δυνάμεις σύμφυτος εἶναι: nec enim sola sensus facultas nobis est naturalis ad principia cognoscendum, sed multò magis intellectus. Notabis præterea, quod ab Aristotele dicatur, sensus non solum δυνάμεις σύμφυτος, sed etiam δυνάμεις κριτικῆς. Idemque quantum non dicatur de intellectu, multò magis conuenit intelligi, ad eamque rem planius intelligendam, Galeni locum illi, quem primo animaduersionum libro citauimus, audies nono libro περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης πλάτωνος ἡσυχιάτων, de dogmatibus Hippocratis & Platonis, statim initio cum docet ἴσδεμ ἰνδίκης & principium & ἐπὶ ἀρχῆς secunda, tertia, quarta, & reliqua deinceps consequentia percipienda esse, principiumque ex Platone ait esse dimidium totius, imò principium omnis operis esse maximam partem, potestate uidelicet: iudicium igitur quo principia cognoscantur, naturale sic ait esse. Si igitur nullum nobis φυσικὸν κριτήριον, naturale iudicium, neque artificiosum ullum inuenire poterimus, Naturalia uero habentes, inuenimus utriusque



„ aliquid artificiosum. An igitur omnes homines quadam natura-  
 „ lia iudicia communia habemus? Neque enim naturalia dicere li-  
 „ ceret, nisi ipsa essent omnium hominum communia. Neesse est  
 „ igitur naturalia nō solum omnium hominum communia esse, sed  
 „ etiam communem naturam habere. Equidem in nobis omnibus  
 „ naturalia iudicia inesse cōfirmo, idque moneo potius, quāam do-  
 „ ceo uel demonstro, neque uelut ipse sententia huius auctor id  
 „ affero Quenam uerò iudicia ista sunt? ut oculis secundum natu-  
 „ ram affectus præditi colores uideant, itēque auribus secundum  
 „ naturam affectus præditi sonos audiant: sic lingua gustans, iudex  
 „ est succorum, & nares odorum: totaque cutis rerū tactum mouē-  
 „ tum: tum uerò mens, uel ratio, uel quomodolibet appellet quis eā  
 „ facultatem, qua diiudicamus & consequens & repugnans, aliā-  
 „ que ijs adiuncta. Tantus igitur locus, & tam magnificus studio-  
 „ se animaduertatur. Aristoteles uocat δὴ ὡς αὖ μιν σύμφυτον κριτι-  
 „ κλῶν. Galenus uocat φυσικὸν κριτήριον: eodēque libro mirificā  
 „ illam Hippocratis de naturalibus iudicijs uocem merito collau-  
 „ dat. Ὁ πᾶσι δὲ φύσις ἐοῦσα, ἔμαθ᾽ ἴσα ἃ δ' ἔοντα ποιεῖς,  
 „ doctissima natura licet nihil à magistro didicerit, tamen quæ  
 „ 3 conueniunt, efficit. Vocat uerò etiam Galenus περὶ ἀρίστης ἀπέ-  
 „ σεως, idem & κριτήριον & κρίσιν & ἐπίκρισιν, & in libro de  
 „ optima disciplina, sophistis solis ait κριτήριον σύμφυτον negari.  
 „ Ergo nebulones non solum imperiti, sed impudenes & improbi,  
 „ qui nos, quia naturalem dialecticā, naturalem inuentionem, na-  
 „ turale iudicium, quod appellauimus, theatris & iudicis suis irri-  
 „ dent & condemnant, qui Galenum nobis obiiciunt, Galeni tam  
 „ ueram orationem audiant, & tandem aliquando erubescant, imò  
 „ uerò Aristotelem ipsum potius hīc animaduerrāt, qui docet prin-  
 „ cipia cognosci Συμφύτω ἡνωάμει. Quid enim aliud est ista  
 „ 4 φυσικὸν κριτήριον? quāam (quod Galenus interpretatur)  
 „ δὴ πᾶσι δὲ φύσις οὐ μαθ᾽ ἴσα? quāam denique (quod Aristoteles  
 „ ipse in Elenchis ait) ἀπὸ τεχνῶν ἀλλολεπκῆ? Sed id antea sa-  
 „ tis. Sed quæres hic, quum Aristoteles octauo capite primi deri-

serit Platonis ideas, & appellaris ἐν τῷ πᾶσι & πολλὰ, unum  
 aliquid præter multa: suum uerò uniuersale uocauerit illic κατὰ  
 πολλῶν ἢ ἐπὶ πλείονων, de multis & in pluribus, quidnam hic si-  
 bi uult, cum appellat uniuersale πᾶσι & πολλὰ, præter multa.  
 certè sermonis ὁμωνυμία est, quam uitare tamen debuerat: rei ta-  
 men contradictio nulla. Vniuersale siquidem præter multa, ra-  
 tione tantum à multis & singularibus distinctum esse uult, sed  
 res ipsa in singularibus illis multis unum & idem esse. Verba ue-  
 rò περὶ γένεσιν & περὶ τὸ ὄν Platonica sunt, quibus significa-  
 tur, ἢ φθαρτὸν ἢ ἀφθαρτὸν, caducū quod gignatur & intereat, &  
 perpetuum quod sit, semper uniusmodi.

ad p a  
 y = tanta

quo q nature  
 at pcept =  
 ingo y pmo

**Q**UAPROPTER neque definiti habi-  
 tus insunt, neque de aliis habitibus no-  
 tioribus oriuntur, sed à sensu.

*Concluditur solutio quæstionis primæ, quare habitus & notio principiorum, non est à natura nobis ingenita, neque tamen ex aliis orta principis, sed à sensu profecta, exque uariarum rerum memoria, ratione & experientia collecta.*

**V**ELUT in prælio fuga facta, si unus re-  
 stiterit, resistit alter, tū alius, donec ad prin-  
 cipiū uētum sit: anima uerò eiuſmodi est,  
 quæ similiter afficiatur.

*Similitudo magna inducitur ad illustrationem solutionis antecedentis: accepta clade cum fusa fugataque sit acies, si alius unus restiterit, totam aciem plerunque restituit. Alter enim eius exemplo & hortatu, protinus ei coniungitur, tum his tertius & quartus, tandemque globo facto & expleta phalange primus & integer pugnae status restituitur, resque ad principium uel potius principatum: utrunque enim ἀρχή, quo Græcè Aristoteles*

1 nitur, significat, pristinū redit. At in animo uelut in campo ali-  
quo simile quiddā in notionibus uniuersalibus colligēdis accidit.

QVOD verò dictum est quidem antea,  
nec satis apertè dictū sit, iterum dicamus.  
Nam si cōstiterit indifferens aliquid vnū,  
primum quidem in anima uniuersale est.  
Etenim sentit quidē singulare, sensus ve-  
rò est uniuersalis, ut hominis, sed nō Calliæ  
hominis. Rursus in his statur, donec im-  
partibilia stēt & uniuersalia, ut tale quod-  
dam animal donec animal, & in hoc si-  
militer.

Apodosis est, & redditio similitudinis ad clarius exponendū  
quod dictum erat. At locus mihi mendosus uidetur, nec illustrat  
propositam rem, sed obscurat potius. Ex singularibus uniuersale,  
3 multis unū, differētibus indifferens, diuersis idē, animus per sen-  
sum, memoriam, ratiocinationē, experiētiam conducit. Verè qui-  
dem id dictum est, sed quòd propterea sensus sit uniuersalis, id  
non uerè dictum est. Hīc distinctiones non deerunt interpretibus,  
ut antea in errore consimili capite secundo huius. At distinctio-  
nes ueras amo & libenter audio: fallaces nec amo, nec audio. Lo-  
cum hunc mendosum confiteri malo.

MANIFESTVM igitur, quod nobis pri-  
ma ut inductione cognoscere necesse sit.  
4 Etenim & sensus sic uniuersale instituit.

Concluditur disceptatio primæ quæstionis, quòd principiorū  
ἐξ ἧς, id est, γνώσις cognitio & informatio per sensum, inductio-

nem, memoriam, ratiocinationem, experientiam comparatur. Ex-  
 go ex Aristotelis sententia habemus à natura principiorum per-  
 cipiendorum συμφύτους δυνάμεις, at ἐξεις non habemus, quod  
 tamen hic Aristoteles nō planè dicit, cū sensum dicat in omni-  
 bus animalibus συμφύτων δυνάμιν χριστικῶν, intellectum non  
 dicat in homine συμφύτων δυνάμιν, quem tamen potius dicere  
 debuerat, ut dixi.

Q U O N I A M verò circa dianiam habi-  
 tuum, quibus verum dicimus, alii quidem  
 semper veri sunt, alii autem falsum susci-  
 piūt, ut opinio & ratiocinatio: veri autem  
 semper scientia & intellectus, ac nullum  
 scientia accuratius genus aliud, quàm in-  
 tellectus. Principia verò demonstrationi-  
 bus notiora sunt: scientia autem omnis  
 cū ratione est: principiorū utique scientia  
 non fuerit: ac quoniam nihil est scientia  
 verius quàm intellectus, intellectus fue-  
 rit principiorum.

- Solutio secundæ questionis sequitur brevior superiore, ex supe-  
 rioris libri capite vicesimo sexto repetita, sicuti dixi. Querebatur,  
 an mediatorum & immediatorum cognitio esset eadem, an scien-  
 tia utrobique, an non, an illic scientia, hic generis alterius co-  
 gnitio quedam. Nunc igitur respondetur, principiorum & imme-  
 diatorum cognitionem esse τὸν νοῦν intellectum: mediatorum &  
 conclusionum demonstratarum cognitionem esse scientiam. Hab-  
 bituū autem animi (quibus verum dicitur) genera quatuor sunt,  
 opinio, quæ propositionis est: ratiocinatio, quæ fit ex multis pro-  
 positionibus: utraq; & vera & falsa esse potest. Intellectus est

Principiorum  
 mediatorum  
 et immediatorum  
 cognitio. Et  
 conclusio-  
 num demonstratarum  
 cognitio.

1 simplicium & primarum propositionum : scientia è primis pro-  
 positionibus deducta, utrumque semper verum. Ergo principiorum  
 & ex principiis conclusorum & demonstratorum cognitio non  
 erit opinio, non erit item ratiocinatio. Duæ species reliquæ sunt,  
 Intellectus & scientia, quæ semper veræ sunt. Cumque principia  
 demonstrationibus, id est, demonstratis rebus (sic enim τρωικῶς  
 hic Aristoteles locutus est) notiora sint, & intellectus sit ἀκρι-  
 βέστερος & ἀληθέστερος accuratior & verior, quàm scientia: cer-  
 tē principiorum cognitio, scientia non erit, sed intellectus erit.  
 Cognitio uerò rerum ex principiis conclusarum & demonstra-  
 rum, scientia erit. Notabis hinc τῆς ἀληθείας uerbum generale &  
 2 commune ad opinionē, ratiocinationē, intellectū, scientiā, cum  
 secus uicesimo sexto cap. lib. superioris sit usurpatū. RATIO-  
 CINATIONO. Græcè est λογισμὸς, & λογισμὸς hinc ab inter-  
 pretibus appellatur ἀεκπῶς λόγος ὁ δωαίμῃς actiuus inelle-  
 ctus potentia. Hæc interpretatio non placet, sed λογισμὸς ἀντὶ  
 3 συλλογισμὸς, capitur, ut uno loco quadragesimi capitis primi  
 libri prioris analyseos: & topici sexti cap. tertio, et ultimo capite  
 secundi physici, et primo capite maioris ἀλφα metaphysici. Co-  
 gnitio in probabilibus, si per se probatur, opinio: si aliunde, συλ-  
 4 λογισμὸς: in necessarijs si per se probatur, intellectus: si aliunde,  
 scientia dicitur. Hoc discrimen nobis hinc Aristoteles ostendit: uel  
 placitum suum potius ostendit. De nomine intellectus & scientiæ  
 iam antea ut intellectus id esset in animo, quòd aspectus in oculo.

ATQVE ex his considerant etiā quòd  
 demonstrationis principium non sit de-  
 monstratio: atque ita neque scientiæ sci-  
 entia sit. Quare si nullum aliud à scien-  
 tia verum genus habemus, certē intelle-  
 ctus scientiæ fuerit, & principium quidem  
 principii fuerit: omnis uerò similiter habet  
 ad omnem rem.

Reliquia capitis huius sunt ualde confuse: sensus autem uide-  
 tur esse. Patet ex ijs principium demonstrationis non esse demo-  
 strationem, id est rem demonstrabilem, neque scientia principium  
 esse scibile. sic enim τρωικὸς uidetur Aristoteles loqui. Quare  
 scientia principium intellectus erit, & erit principium principij, id est  
 cognitio propositionis immediata: quae principium est: Ο Μ Ν Ι Σ  
 V E R O. scientia, intellige: sic enim Philoponus hic: ἡ δὲ πᾶσα  
 ὁπίσημη, SIMILITER HABET AD OMNEM  
 R E M. scibile, intellige. Hæc solutio est secunda quaestioni, cog-  
 nitio principiorum non appellatur scientia, sed appellatur intellectus:  
 cognitio demonstrationum non appellatur intellectus, sed appellatur  
 scientia. Placitum Aristotelis hic idem illud est, quod fuit capite uice-  
 simo sexto superioris libri, placitum dico. Ut enim sensus est, quo  
 sentimus omnia, uel oculis, uel auribus, naribusque, uel alijs organis  
 fiat id genus, nihil interest: sic intellectus est, quo quidam intelli-  
 gimus, in rebus per se, uel aliunde probabilibus, ad intelle-  
 ctus commune lumen nihil interest. Tropum igitur Aristotelis  
 intelligamus, quo hic utitur, quia sine arte, sine syllogi-  
 smo, sua tantum luce intellectus principia concipit, prin-  
 cipiorum cognitio dicatur, si lubet, intellectus. Verum illud  
 potius dicendum est & reperendum, quod superiore libro monui,  
 & quod ab interpretibus Aristotelis non adhibitum, ad exami-  
 nandam Aristotelis Philosophiam esse dixi. Vniuersalia discipli-  
 narum principia à sensu & inductione, ab experientia, confor-  
 mata & deducta sunt, ait Aristoteles: Ergo meditemur, quomodo  
 Grammatica, Rhetorica, Logica, Arithmetica, Geometria, &  
 cuiusuis disciplina principia generaliaque dogmata formari at-  
 que institui debeant. Quid est Grammatica? doctrina recte loquen-  
 di & recte scribendi. Vnde igitur uniuersales recte loquendi, re-  
 ctèque scribendi regulæ? à singularium recta locutionis, rectaque  
 scriptio exemplorum sensu, inductione, experientia. Quid est  
 Rhetorica? doctrina bene dicendi. Vnde igitur uniuersales bene di-  
 cendi præceptiones informata? à singularium bona & ornata  
 dictionis exemplorum sensu, inductione, experientia. Quid est

1 Logica est doctrina bene differendi. Vnde igitur bene differendi institutiones ortæ a singularibus bene differentiis poetarū, oratorum, philosophorum, omnium denique hominum exemplis: eorūque sensu, inductione, experientia: eaque sensus, inductionis, experientia uia, Arithmetica, Geometria, ac cuiusuis denique disciplina principia generalia & uniuersalia facta sunt. Si quod præceptum sit generale in arte aliqua, non ista uia factum, commentitium est: & Aristotelis iudicio spurium & notum. Matre experientiam hoc præceptum non habet: nõ est igitur legitimum, dicit Aristoteles: hanc analysin interpretes non attenderunt, non adhibuerunt: hanc logica examinanda regulam non tenuerunt: illam denique Platonis uel potius Aristotelis sententiam, ἢ μὲν ἐμπειρία τὴν λόγον ἐπινοῶν, ἢ δὲ ἀπειρία τὴν λόγον, legerunt, & in scholastica scilicet altercationum umbra spectauerunt: at nunquam in puluerem, in solem communis usus, nunquā in aciem humanorum exemplorum uocarunt. Quamobrē consideremus quantum rem hic Aristoteles doceat, & quā ad omnes artes instituendas magnam & necessariā. Disputaui omnibus Animaduersionum partibus & locis usum dialecticæ artis principium esse, quia ex obseruatione & animaduersione ueri & humani & naturalis usus, generalis logicæ artis dogmata deducenda essent. Hoc Aristoteles generaliter non de sola arte logica, sed de omnibus artibus isto capite præcipit. Ergo fundamentum meum, Aristotelicum fundamentum est: Disputaui ad eundem illum usum tanquam summum finem, omnia logicæ artis sic obseruata principia & uniuersalia præcepta referri oportere, ut compendio talis artis adiuti, eorum similes efficeremur, quorum uestigia & exēpla sectaremur & imitaremur. Grammaticus merito dici potest, qui præcepta Grammaticæ artis in exemplis Ciceronis, Virgilij, aliorū uel rectē loquentium, rectēque scribentium uera esse prospectit & explorauit: qui Ciceronis & Virgilij puris & proprijs exemplis amulandis sese diu multūque exercuit: qui alterum uel neurum fecit, Grammaticus non est. Ergo eodem & Aristotelico iudicio, qui dialectica documenta in excellentibus exēplis

obseruati. et  
 naturæ. v. h. ani.  
 et naturalis  
 alia: log. h. gen.  
 mata p. t. ded. rem a.  
 et recte ar

argumentorum, syllogismorum, methodorum uarijs & multis considerauit & explorauit: qui similiter & in scriptis & dictis disserendo, ratiocinando sese exercuit: & ijs authoribus quos imitatur, similem se praestantiorē uis fecerit, dialecticus est: qui horum neutrum, uel alterum non fecerit, dialecticus non est. Quamobrem Aristotelea ista lege atque autoritate omnes Aristoteles Graeci Latini que interpretes, ut ignari Logicae & Dialecticae damnantur, qui logicae praeccepta qualiacunque sibi relictā, nunquam in singularibus poetarum, oratorum, philosophorum, aut cuiusquam generis hominum exemplis explorarunt: nunquam ad eorum consilia, iudicia que cognoscenda, imitanda, emulandaque adhibuerunt: nunquam denique de regularum suarum principio, nunquam de fine cogitarunt. Hoc enim principium est, unde orta sunt: ille enim finis est, quò referenda sunt. Hoc Aristoteles sibi fundamentum tam uerum, tamque solidum posuit: fundamentum Grammaticae, fundamentum Rhetoricae, fundamentum Logicae, fundamentum Arithmeticae, fundamentum Geometriae, fundamentum denique cuiusuis disciplinae ac philosophiae, fundamentum minime dubium & caducum, sed certissimum & firmissimum à nobis infinite tot annos citatum & allegatum, sed quia Aristotelis esse non dicebam, derisum, & theatrorum fabulis (quod incredibile sit, nisi ijs qui uiderunt & interfuerunt) à regio professore agitata, & per tres iudices damnatum. Quamobrem, ut regis historio, ut Aristoteles iudices intelligant, Aristotelem nostro nomine spectaculis & iudicijs suis derisum atque danatum esse, nunc tandem aliquando ab Aristotele perdiscant, Logicae artis, imò uerò omnis artis ac sciennae generalia & uniuersalia documenta à uero praestantium exemplorum & naturali usu proficisci, eorumque parentem esse ἀριστοτέλην, ἐπιταγματῶν, ἱστορίας, ἐμπειρίας: Animaduersionibusque nostris irasci desinant: quia quod approbant, ex Aristotelis principijs approbāt: quod improbant, ex Aristotelis principijs improbant: nec aliud quam ex Aristotelis iudicio, Aristotelica haec esse, illa non esse pronuntiat: et Aristotelici organi uulneribus non alia, quam Aristotelicorum principiorum

Roy  
 p. u. p. h.  
 o. tal. aut. f. f.  
 p. u. p. h.  
 o. tal. aut. f. f.  
 p. u. p. h.  
 o. tal. aut. f. f.  
 p. u. p. h.  
 o. tal. aut. f. f.

A. u. nes ipae  
 od. p. p. p. aut. e. g.  
 p. u. p. h.  
 o. tal. aut. f. f.  
 p. u. p. h.  
 o. tal. aut. f. f.  
 p. u. p. h.  
 o. tal. aut. f. f.



1 medicina medentur. Aristotelis principium iubet omnem doctrinam à primis & illustribus prænotionibus institui: At plurima logicarum definitionum & partitionum principia in organo logico nulla sunt: Exempla uel nulla sunt, uel ex ignotis posteriorū disciplinarum locis petuntur, uel abecedaria, nihilque omnino significantia ponuntur: Orationis præterea homonymia, infantia, inopia tanta est, ut Aristoteles ab Aristotelis interpretibus sæpe propterea non intelligatur: Ex Aristotelis igitur principio id animaduertimus, & contraria definitionum, partitionū, exemplorū, orationis lumina restituere conamur. Aristotelis principium tribus scientifica materia symbolis κατὰ πᾶντος κατὰ αὐτὸ, καὶ ὁλοῦς, iubet omnē doctrinā necessarij, cognatis, proprijs decretis institui: At quadam sunt in organo logico falsa, aliena multa, plura loco impropria: Ex Aristotelis igitur principio id animaduertimus, falsa & aliena reiicimus: ad suū quidque locū remittimus. Aristotelis principium iubet omnē doctrinam ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας deduci, neque solum κατὰ πᾶντος, & necessariò affirmatiu, sed tam perspicuis institui, ut contraria sint inde clarissima: at organū logicum in falsis contrariorum erroribus arguendus & refellendus maximā partē occupatum est, et de qua draginea quinque capitibus duorum posteriorum (ut de his nunc tantum dicam) paucula illa sola (quæ initio proposui) ad usum paradæ scientiæ referri possunt: Quid modalium cōtentiones? quid syllogistica & reductionis et permissionis et potestatis argutia? à cuius usus obseruatione & experiētia profecta sunt? ad cuius usus uilitatē & prudentiā referentur? Ex Aristotelis igitur principio id animaduertimus, refutationes errorum & argutias inanum subtilitatum è logicis institutionibus reiicimus: eiusdemque principij auctoritate quanuis separatim & syllogismum in syllogistica, & demonstrationem in demonstratiua quaestione reiicimus) tamen syllogismum demonstratiuum reiicimus, quia per illam τῆς ἐμπειρίας uiam in artem non uenerit: quia ab arte in eandem ἐμπειρίαν uenire non possit. Aristotelis principium iubet omnem doctrinam à prioribus naturā & notioribus sic in-

fest  
m  
stite  
l  
partitio  
s  
ua  
a o ati  
bra  
tra f. h. ror  
atez  
b  
xa x ππ  
2 9  
α 1 xx d b.  
b 1 ato  
Doctrina ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας  
pas. it x α ππ  
e ur t x  
at cont  
clar ima  
m n i o tan  
qz am a tra  
ad  
roferens  
silla st  
red fu  
m om potestatis  
e ut ac. ab ar pte cla  
tractatae ad  
p d  
traite r fter  
pilog m ems  
bar n tel  
tra us  
tus m d p x  
atrodde  
ab ar  
cap d p xv r  
tost

stitui, ut unumquodque præceptum suo loco, & tantum semel ex-  
 ponatur. Organum logicum libris ita confusum est, ut Aristoteli-  
 cæ methodi tam dissimile nihil fingi possit: idem præceptum in-  
 finitè repetitum & inculcatum sit: Ex Aristotelis igitur princi-  
 pio tantam cõfusionem animaduertimus, selecta κατὰ τὰ αὐτῆς,  
 κατ' αὐτὸ, καθόλου logica documenta sic ordinamus, ut natura  
 prima primo sint loco, media medio, postrema postremo: Ταυτο-  
 λογίας omnes & iterationes reijcimus. Aristotelis principiū lo-  
 gicæ artis exercitationem maximè requirit, nec artificem ex solis  
 artis uniuersalibus præceptis, sed multò magis exēplis, opere, usu  
 denique futurum prædicat: ἰδὲ καὶ ἀπλῶς ἐ τῶ ὄνερ γ' ἔστιν ἀδύ-  
 dit: Ex Aristotelis igitur tanto principio logica artis usum in  
 scholis nostris spretum, imò professoris unius regij thearrali iu-  
 dicio & libro mirabilium calumniarum inscitia composito dā-  
 natum reperimus, & in scholas reducimus. Quapropter Aristo-  
 telicæ Philosophiæ studiosi, Animaduersiones nostras Aristote-  
 lis tantum principia secutas, uerè Aristotelicas esse percipiant:  
 Institutiones nostras (quia dialecticæ Aristotelis, imò solius Ari-  
 stotelis non solum quæ sunt in posterioribus analyticis, sed quæ  
 reliquis libris logicis, quæ etiam Physicis, Metaphysicis, Ethicis  
 dispersa sunt, dogmata doceant, & Methodo Aristoteli proba-  
 tissima doceant) uerè Dialecticas & Logicas, & Aristotelicæ Lo-  
 gicæ ac Dialecticæ compendium tantopere (ut initio dixi) desy-  
 deratum complexas esse intelligant, Aristotelémque legibus Ari-  
 stotelis, & principijs conformatum & compositum tandem ali-  
 quando cognoscant.

Finis libri decimi Animaduersionum Aristotelicarum.

INDEX LOGICAE IN DVOBVS  
 analyticis posterioribus cōprehēſæ, vbi  
 numeri priores, paginā, posteriores, vt  
 1,2,3,4, paginæ partem primam, secun-  
 dam, tertiam, quartam significāt: vbi ve-  
 rò, p, interponitur, primus numerus fo-  
 lium, secundus paginam, tertius partem  
 paginæ indicat: interdum liber tantum  
 & caput notantur.

### Dialectica.

Dialectica de rebus omnibus differit 143,2,3: sed probabiliter  
 tantum, 115,3: 143,2,3: sic distinguitur ab apodictica, 61,p,2,2:  
 153,1: 156,3: 157,3: 168,1

Sic διάλογος pro contentione probabilis 157,1

Item λόγος 153,1: Sic διαλέγεσθαι 227,3

Sic logica nomen usurpatur 171,2: 175,2: 209,1: quàm rectè  
 illic intelliges.

Dialectica, est domina sciētiarum & scientia maxima, 115,3:  
 est rationis, non sermonis, 136,2

### Quæstio.

Id de quo differitur, appellatur πρόβλημα, propositum lib. πρὸ λ  
 1, cap, 24: li, 2, cap, 6, quater: ca. 17: ἐρώτημα, interrogatio, lib.  
 1, cap, 9, ter: ζήτησις, quæstio, li, 2, cap, 2, ter: πρᾶγμα, res, lib, 1,  
 cap, 2, bis: τὸ ἐξ ἀρχῆς, quod est in principio lib, 2, cap, 4

Problematis extrema duo: primū 231,1: & extremū 18,1: 19,3

Problematis finis, inuentio mediū 189,1

Problema idem medio dupliciter 229,2

Problema antequā specialiter discatur, scitur generaliter 18,1

Problematis partitio in quatuor genera qualis 189,2: 192,1

### Dialecticæ partes.

Dialectica ars efficitur inductione & obseruatione naturalis  
 dialecticæ 165,4: 232,3

Partes duæ, inuentio & Indicium.

Inuentio & doctrina argumentorū, communis est omni quæ-  
stioni 182.1

### Argumentum.

Argumentum appellatur tribus metaphoris, μέσον, 501 χείρ, ἀρχή, medium, elementum, principium: medium locis centum at-  
que amplius, unde ἄμεσον immediatū locis uiginti sex: Hæc me-  
taphora obscura, nec interpretibus intellecta 191, 2: Elementum  
dicitur 172, 1: Principiū 182, 1: Perspicuè & σαφισιμὲ λόγος ra-  
tio li, 1, ca, 1: c, 6, bis: 7, bis: c, 9: ca, 12: li, 2: c, 3, ter: c, 4, bis: c, 6:  
c, 7, ter: c, 8: c, 9, quinquies: c, 10: c, 11, bis: c, 18: τῶν 151ς, fides ali-  
quando etiam perspicuè dicitur lib, 2, c, 3: nonnunquam ὀπιχεί-  
ρημα, unde ὀπιχείρησις, probatio: & πρόβλημα δὲ ὀπιχεί-  
ρητον & δὲ ὀπιχείρητον.

Argumentum è maiore parte quæstionis assumendum 210, 2:  
230, 3: 231, 1: & uerbis & re præcognitum debet esse 15, 3: ante  
quæstionem notum 11, 3: non solum ante quæstionem notum, sed  
magis notum 65, 1

### Causarum locus.

Causa omnem scientiam, omnemque demonstrationem parit  
27, 4: 31, 4: 37, 3

Causa omnis apodictica 215, 1

Causa prior est causato 37, 3: 38, 1

Causarū genera quatuor, finis, forma, efficiēs, materia 214, 1

Finis est causa cuius gratia 215, 1

Finis nō est ὁμόγονος suo causato, sed tempore posterior 217, 3

Forma est, quid est esse 214, 2

Forma est ὁμόγυος formato 219, 1

Forma & finis in physicis idem 218, 1

Efficiens est causa primū mouens 214, 4

Efficiens non est ὁμόγονος effecto, sed tempore prior 217, 2

Efficiens consilio aut casu 218, 2

Efficiens naturalis aut uiolenta 218, 1

Materia, causa necessaria 214, 2

Materia non est ὁμόγονος materiato 217, 3: 221, 1

Causarum ὁμοιογία 229, 4

Causæ eiusdem causati multæ 230, 2

Causæ eiusdem causati in diuersis subiectis diuersa 231, 2

Causæ axioma, Propter quod unūquodque tale & illud magis 65, 1: qualia possunt è reliquis argumentis fingi: nec mathematicorum sunt, sed dialecticorum 17, 2

Causa non omnis potest syllogismo causatū cōcludere 215, 1  
Causati locus.

Causati locus coniunctè cum causis traditur 214, & deinceps: item 229, 4

Subiecti & adiuncti locus.

Subiecti ferè simul & adiuncti accidentis locus attingitur.

Subiectum 77, 3: 79, 4: 102, 1: 143, 1

Accidens appellatur etiā ἀσθός ἢ ἀσθημα affectio li, 1, c, 7, & 8: Retinetur in sciētis, si proprium sit & per se, secus nullū in disciplinis 77, 3: 156, 2: & ferè nominatur accidens quicquid non est necessarium, & per se 28, 3: 99, 1: 101, 1: 104, 3

Dissentaneorum locus.

E dissentaneis attinguntur. Aduersa 82, 1

Priuantia 82, 1 Contradictio 82, 1

Contradictio idem, quod oppositio, 62, p, 1, 1

Contradictio est oppositio, cuius non est secundum seipsam medium: partes, affirmatio & negatio 61, p, 2, 3

Cōradictionis axioma, Omne affirmare aut negare 15, 4: 82, 2

Contradictionis axioma omnium axiomatum primum 122, 1

Contradictionis axioma, quomodo tractandum 141, 1

Cōtrariorum immediatorum axioma, Alterum inesse necessario 82, 1

Comparisonis locus.

Comparationum analogia non est mathematica 89, 1: Analogia quæ uicissim, ibidem.

Axioma parium, Si ab equalibus equalia auferas, reliqua erunt equalia 132, 2: 135, 1

Locus coniugatorum.

## Locus diuisionis.

Diuisio an possibilis, 224, 4

Diuisionis utilitas triplex ad definitionis partes colligendum, disponendum, complendum, 202, 1: 225, 4: ad omnem questionem, 228, 1

Diuisionis uitium, si redundet aliquid aut desit 202, 1.

Diuisio est ἀσυλλόγιστος 201, 4: petit τὸ ἐξ ἀρχῆς, 201, 4: non petit τὸ ἐξ ἀρχῆς, 225, 2

Genus quicquid communi notione partes comprehendit 119, 3: est unum de multis 239, 3: est unum prater multa 238, 1

Generalis notio oritur ab inductione & experientia specialium 164, 1: 232, 3 238, 3: concipitur ex unica specie 181, 3: praestat specialis 174, 1, per totum caput: 175, 3: 181, 2

Genus est ἀπώτερον specie, 174, 4: causam speciei continet 181, 2: ἀρχοειδές ερον specie, 175, 2: ἀπλούσερον specie, 175, 1: si ri potest ignota specie, 18, 1: naturā prius est & notius specie, 38, 2: est prius & notius specie non solum naturā, sed etiam nobis, 40, 1: ὀπισθημονικώτερον specie, 175, 2

Generalia sola in artibus 181, 1

Speciei notio est tempore prior notione generis, 38, 1

Specialis scientia è generali deducitur, 17, 3: est ἀπώς, scientia, 20, 2

Species aliquando significat idem quod genus, 92, 2: 160, 4: 185, 4

Specie indiuiduum, pro, numero idem, 202, 1

Specie differre, pro, numero differre, 226, 1

Genera & species, idearum commenta peperere, 120, 2

Species Platonis, uel idea quid, 139, 3: 170, 3

Diuisionis nomine inductio significatur, 224, 3

Inductio cōcludit è singularibus uniuersale, 12, 1: 164, 1: nulla sine sensu 164, 2: petit τὸ ἐξ ἀρχῆς, 201, 4

## Definitionis locus.

Definitio declarat τὸ τί ὄντι, 199, 1: 110, 4: eius luce definitio contrarij clara debet esse, 67, 3: propria est, & cum definito con-

st p  
no  
ura se d  
at not  
u at  
nob

quodda sign  
spod gen

vertitur, 200, 3.

Definitio ὀνοματώδης declarat significationem nominis 210,  
4: non multum confert 211, 1: an à disciplinis aliena, cùm sup-  
ponitur prænotio τῆ, 15, 3: 131, 1

Definitio rei ἀμεισοῦ vel ἔμμεσοῦ 211, 1: est τῆς οὐσίας 198,  
4: 199, 1

Definitio totius & partium 123, 2

Definiendi generis ratio ex specierum communiōe 226, 2

Eiusdem leges tres. Prima ut species subducantur, secunda ut  
definitiones earum considerentur, tertia ut ex communibus earū  
affectiōibus propria generis affectiō queratur 224, 1

Definiendæ speciei leges duæ, ut communia necessaria querā-  
tur, non communiora tamen genere: deinde tot coniungantur, ut  
propria sint 222, 3: & deinceps.

Definitio speciei faciliōr definitione generis, 227, 2

Definitio gignit omnem scientiam, 231, 1

Definitio est principium demonstratiōis, 109, 2: 199, 1

Definitio neq; demonstratur syllogisticè, neq; demonstrat, 198, 2

Definitionalis à demonstratiōe fictum discrimen, 199, 3

Definitionalis metamorphosis in syllogisticam demonstratiōem  
frustrà tentatur, 212, 2

### Testimoniū locus.

Argumentorum probatio an fiat circulo: 70, 1

De iudicio, secunda dialecticæ parte.

Iudicium, est proposita rei cognitio & estimatio: genera duo  
sunt, primum propositionis unius: secundum multarum: atque  
utrumque naturale tantum, aut etiam artificiosum: primum &  
naturale iudicium de propositione perspicua per se iudicat: ea  
uerò est apodictica, aut dialectica, 61, p, 2, 2: Apodictica est  
uniuersalis & necessaria, 72, 3: 73, 2: 95, 4: 181, 1: & perpetua,  
108, 2: & syngenea, 74, 2: 99, 3: 146, 3: 172, 1: & pri-  
mò catholica, 83, 3: 231, 2: etsi ad aliam probandam adhibetur,  
prima, 60, p, 6, 1: & indemonstrabilis, 130, 3: & immediata,  
60, p, 6, 2: & lumen sui & contrarij, 67, 1: Iudicium propo-

Inf his p  
or def ntion g fa

d.  
p  
r  
cath  
p b

fictionis huius proprie est intellectus 69,3:70,1,2:184,1:231,3:  
240,2: & est ἀμετά πλωτος 68,2

Dialectica propositio est quae similiter sumit utranlibet par-  
tem 61, p, 2, 2: & est rerum contingentium 185, 2: Vide locos  
citatos in dialectica nomine. Iudicium propositionis huius pro-  
prie est opinio 185,2:240,2: uel potius apodictica simul & dia-  
lectica propositionis iudicium comuniter est intellectus 184,2:  
quia omnis propositio fidem faciens, est ἀμεσος, aut certe uide-  
tur 35,3:185,3: 221, 4: atque in syllogismo propositio maior &  
minor ita iudicatur 17,3: denique multa quaestiones sunt non syl-  
logistica 192,3: multa argumenta non syllogistica 192,3:215,2:  
quae hoc solo iudicio iudicantur.

### De primo iudicio artificioso.

Primum iudicium artificiosum de propositione obscura iudi-  
cat ex aliis perspicuis cum ea dispositis. Haec dispositio syllogi-  
smus est: de quo τὰ ἀεὶ Συλλογισμῶς: sic enim inscripserat A-  
ristoteles libros, qui ab interpretibus priora analytica, sunt in-  
scripti 71,1:143,4

Syllogismus fit, cum quibusdam positis quia illa sunt, efficitur  
cōclusio 138,1: fit ex antecognitis 12, 1: sumit ab intelligentibus  
12,1: fit ex tribus terminis lib,1, c,15: fit ex duabus propositioni-  
bus, lib,1, c,3: lib,2, c,11: uel ex interrogationibus 146,3: eius con-  
clusio similis est propositionibus, lib,1, c,24

Syllogismi figura triplex 172, 1: prima & secunda tractatur  
lib,1, c,12,13: omnes tractantur, lib,1, c,17: lib,2, c,4: prima figu-  
ra praestat ceteris 162,1: per totum.

Syllogismus affirmatus praestat negato 176,1

Syllogismi ostensiuī & ad impossibile differentia 177,2: per  
totum caput.

Syllogismus potest uerū et necessariū ex non ueris et nō neces-  
sariis concludere: ex ueris & necessariis non potest, nisi uerum &  
necessarium 99,1

Syllogismus modò est imperfectus, & appellatur enthymema,  
rhetoricusque syllogismus 12,1: modò perfectus quidem, sed ordi-  
ne turbatus. Quando igitur partes omissa aut turbanda sint



natura & usus ferè est: κρύβις tamen huc referri potest.

### De secundo iudicio.

Secundum iudicium de multis propositionibus iudicat, idque naturale aut artificiosum: naturale nil aliud est, quam primum multiplicatum, ut de multis artiũ apodicticis definitionibus, partitionibus, demonstrationibus, sed hìc natura plurimum iuuatur arte. Est autè methodus artificiosi iudicij regula, qua omnes artis unius propositiones ita disponuntur, ut exis generalissima primo loco sit, subalterna medio, specialissima infimo 17, 3: 25, 2: que unica in artibus disponendis methodus est Aristoteli 41, 1: & deinceps. Atque ut syllogismi, sic methodi partes aut turbantur, aut etiam relinquuntur, quod naturæ rursus ferè est, nõ artis.

### De exercitatione.

Ars singularibus exemplis exercendus efficitur ἀπλῶς scientia 20, 2: 27, 2: alienis primum retexendis, ut uirtutes & uicia uideantur. Virtutes inuentionis et iudicij dictæ: uicia autem sunt heterogenia, obscuritas, homonymia, falsitas, paralogismus, cõfusio: heterogenia damnatur ab Aristotele, ubicunque syngenia laudatur: uide locos de propositione syngenea: ἐξογενὲς id appellatur li, 2, ca, 14. Hoc uitium cetera complectitur, & ab iis interdum separatur.

### Obscuritas.

Obscuritas ab Aristotele damnata 27, 1: 68, 2: Item quoties τὸ ἐξ ἀρχῆς obicitur, ut 201, 1, 3: 203, 2: efficitur autem omnino cum quaestio ipsa pro argumento sumitur, ut 170, 1: item ex cõparationibus imperfectis 73, 4: 78, 1: 136, 1: è mathematicis exẽplis 19, 2: 36, 4: ex abecedariis exemplis 70, 3: 76, 1: 99, 1: ex inepta metaphora 191, 2: ex omisione methodi 30, 3

### Homonymia.

Homonymia ab Aristotele dånata 227, 2: qualis est in uerbis διάνοια 13, 3: 186, 2: ὅτι 16, 3: thesis 63, 2: κατὰ τὸ αὐτὸς 74, 1: τὸ ἀρχεῖν 77, 2: dici de 78, 2: esse in 85, 2: ex quibus 103, 3: proprium 133, 1

### Falsitas.

Falsi uir & uocatur ignorantia ex oppositis 150, 3: Item ignorantia negationis uel simplex 163, 1: Pertinet uerò ad omnes in-

nentionis locos, unde falsa propositio effici potest, vel potius ad  
 primum naturale iudicium de propositionis estimatione: exem-  
 pla huius vitii sunt, 22, 4: 63, p, 2, 2: 154, 1: 160, 3: 162, 2: 177, 3:  
 189, 1: 201, 2: 231, 3, bis: 239, 3: In contradictione falsum maxi-  
 me deprehenditur, ut 82, 1: 181, 2: 225, 3: 228, 3: 229, 1: 231, 3: In hoc  
 vitio est interpretu error in defendendis organi vitii, ut 62, p, 2, 1:  
 71, 2: 63, p, 2, 3: 131, 4: 134, 2: 135, 3: 178, 2: 217, 2: 219, 3: 232, 1:  
 In eodem vitio sunt interpretu errores reliqui falsa docentiu, ut  
 in uerbis  $\delta\lambda\epsilon\nu\theta\iota\kappa\eta$  12, 3: Mathematica 14, 2:  $\gamma\omega\upsilon\pi\iota\zeta\epsilon\iota\tau\epsilon$  &  $\mu\alpha\tau\theta\acute{\alpha}\nu\epsilon\iota\tau\epsilon$  4, 4: Ex quibus 103, 3: id uero 103, 4: Analogia 133, 3:  
 $\lambda\omicron\gamma\iota\kappa\omega\varsigma$  171, 2:  $\sigma\omega\epsilon\chi\eta\varsigma$  211, 2: Item in rerum fallaci exposi-  
 tione, ut de praeotionibus 16, 3: de causis obscuritatis 70, 3: de  
 propositione immediata 61, p, 1, 3: de Platonibus pro Aristote-  
 licis 63, p, 1, 3: de modis per se 76, 3: 78, 2: 80, 1: 100, 3: 105, 2:  
 de primo catholico 87, 1: 94, 1: de definitione ex materia &  
 forma 110, 3: de scientia definitione 30, 3: de mathematica 76, 2:  
 155, 3: de syllogismi analysi 69, 3: 96, 4: de quatuor methodis  
 26, 1: de methodo logici organi, 47, 2

#### Vitia iudicii artificiosi.

De uitiis dispositionis vitium syllogismi dicitur paralogismus  
 150, 3: 151, 3: cuius species in secunda figura ex duabus affirma-  
 tionibus: quanuis aliquando non sit paralogismus ibide, 154, 2

Paralogismus in disciplinis rarus, 152, 3

Methodus artis ut omnes logicae laudes, sic omnes captiones  
 prodit, sed e uitiis uis  $\epsilon\rho\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\upsilon$  imprimis, &  $\tau\alpha\upsilon\ \tau\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\upsilon$ : uis  
 $\rho\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\varsigma$  exempla sunt 62, 3: 71, 2: 169, 1: Est uero methodi uitiu  
 longè frequentissimum  $\tau\omicron\upsilon\ \tau\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ , quae damnatur ab Aristo-  
 tele 45, 2: 89, 1: 90, 2: 176, 2: qualis est 60, p, 6, 1: 62, p, 1, 4:  
 98, 2: 100, 3: 102, 2: 118, 3: 119, 1: 120, 1: 123, 1, bis: 2, ter: 3, quater:  
 4: 124, 1, bis: 130, 4: 131, 2: 133, 1, 4: 135, 2: 136, 1: 147, 1: 170, 1:  
 172, 1: 179, 3: 180, 2, bis: 181, 4: 225, 4: 230, 2

Ac cum uirtutes in propositis exemplis, & uitia retexueris, imi-  
 tatio uirtutu, earumque meditatio in scribendo & dicendo opus  
 est: de qua hic nihil.

λολα  
 αυ ολογι  
 μετα μνα  
 ad vitia

# ERRATA SIC CORRIGITO.

Folio 2. Pagina parte 3. subiiceret 4. 3. καθ' αὐτὰ, sic deinceps  
 5. 3. διότι sic deinceps 6. 2. πρῶτον 3. ἢ πη, sic deinceps  
 12. 3. θορυβείτω 3. προγινώσκην 13. 2. δόξης ὅσιν ὅτι πλέον  
 1. ἄτοι 2. τεχνῆται 2. διάνοια 14. 2. ἀκολῶ 15. 1. ἱστορίας  
 3. quid 16. 1. πῶθανόν 3. ὁμωνύμως 17. 2. γάμμα 2. απτε  
 literam, Caput secundū 18. 4. διὰ π', sic deinceps 25. 3. παλ-  
 χάλεσων 28. 3. τὸ μὴ 30. 2. παθῶν, sic deinceps 3. κῦ-  
 ρος 31. 1. ἐξισάζουσας 32. 1. huc 33. 3. ἢ μὲν, sic deinceps  
 34. 4. κοινὰ ἔννοια 36. 4. διάμετρος 38. 1. ὁπωσοῦ  
 39. 2. νυκτερίσι 42. 4. γνωριμωτέρων ἡμῖν 44. 4. παρδείαν  
 sic deinceps 45. 1. ὡς ἄλλο 1. ἔτα 1. δὴθίς 46. 2. ἀρχάς  
 ὅσιν ἴσως 47. 4. σὺν 49. 1. πράξις 51. πα. 2. 2. ἀκού-  
 σαι ὅσιν ibidem, ῥινί 52. p. 2. 4. ostendunt 54. p. 2. 1.  
 σωθεκῆ 2. ἀπώτερε 56. p. 1. 1. τρεῖς εἰσὶν p. 1. 3. pri-  
 mis Galenus 57. πα. 2. 2. ὁδοῦ ibidē 3. ἀναλυτικῶ 59. πα. 1.  
 1. ceram, cera 3. tum primatum πα. 2. 1. γραμμικῆ 60. p. 1.  
 3. κέρται pag. 2. 1. κέρται 61. πα. 1. 2. ἐφεξῆς 62. πα. 2. 1. σκό-  
 πει 63. πα. 1. 3. ἀνθρώποις 64. πα. 1. 1. ὀρισμῶ ibidē 3. ὅπι-  
 σήμα 67. 3. ἀποδιδόμενοι 70. 1. διανοητικῆ 3. σωτηρία  
 71. 3. Hippocrates 72. 1. προγινωσκόμενον 73. 3. describuntur  
 77. 1. ἐνυπάρχειν, ὑπάρχειν 78. 1. ὅπιφανεία 2. ἄπομοι  
 79. 3. ὦ 83. 2. δεκτικῶ 84. 4. ὁ 87. 2. ἀνώνυμον 3. τῶ  
 γίνε 90. 1. ὁμοίῳ 91. 1. ἀναλογία 2. μιᾶ 3. εἰ ἐστὶ κ' ὅτι ὅσιν  
 93. 1. ἀντίσροφον affectioni. 94. 1. θαμβείτω 96. 2. ergo sciē  
 tia ex necessariis 2. ἀσυλλογίως, sic deinceps 97. 3. ἀπο-  
 δεικτῶν 99. 2. compendium refero 101. 3. τεκμηριώδης  
 104. 1. Id uerò quomodo accidat 112. 1. quidem 113. 2. οἰκεία  
 3. μέγιστος 116. 2. περὶ ἧς 4. ἀντεπεῖν 119. 2. ταυτότητος καὶ  
 ὁμοιότητος 4. δούλας 120. 1. ὅπισθίμας 2. ἀλλ' ἐστὶ 2. εἰ-  
 δῶν 3. πούτω 122. 2. δοξῶν 3. ὄν 124. 2. ὕλη, sic deinceps  
 3. ὄφελος 3. ὄντελέχεια 3. sine 125. 1. ὡς ἐπὶ τὴν ὄντα 2. ἀνθρω-  
 ποειδῆς 3. κοίχωνος 3. equi 128. 1. raptum questionum

129. 2. οἰκείον 131. 4. ἀριγματοῦδος 135. 4. ταυτὸ 144.  
 2. ἐλέγχων 2. ποιῶτος 145. 3. (inquam) 147. 1. carui. Tam  
 149. 3. Jngenia 151. 3. ἀσυλλόγιστος 152. 1. ποίαν, sic deinceps  
 153. 1. φιλονεικίας 155. 2. docent reliqua species 161.  
 3. σύσειχα, sic deinceps 164. 4. ἐμπαίρω 166. 1. ὀπί-  
 χνωσὴ ἢ δὲ λεκτικὴ ὅτι 169. 3. ἀνάγκη παρῆρῶν 3. ne-  
 cessarium omnia finita esse 170. 1. σωπιμωτέρων 3. γὰρ ὅτι  
 ἔει ἔστιν, sic deinceps 173. εἰδέας 175. 3. ἀκριβέστερα 180.  
 3. οὐσίαν 3. μονὰς 181. 1. ὡς 184. 1. ἀκρότατον 1. ἀπλάς  
 1. intelligi 186. 1. ἀκρότατον 189. 1. ὅσα παρ 190. 3. vide-  
 rent ab 191. 1. εἰς 193. 2. iudicio magis aestimari, quam que-  
 stionem quid est, sed intellectu solo iudicari. Quid 202. 2. oportet,  
 quantum 206. 2. verum est 211. 2. σωεχῆς, sic deinceps  
 214. 1. ἕνα, sic deinceps 1. ἑτέρα δὲ ἢ 1. ἕνος 2. ἀνάγκη  
 217. 3. πῶς 219. 1. οὐκ ἔστιν 220. 2. Aristotelicū 223. 1. ἕως  
 3. πῶς 4. σωπιθεμένοις 224. 3. πῶς 225. 1. prout 226.  
 1. πρόκειται 2. οὔτος 227. 2. ὅσα 228. 3. sic 230. 1. πλα-  
 τύφυλλος 3. primo est, medium catholicum 232. 1. non sit illa  
 237. 3. ἀίρεσεως.

P. RAMI, REGII

ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PROFES-

*oris, Animaduersionum Aristo-*

*telicarum libri octo in toti-*

*dem Aristotelis Topica,*

AD

CAROLVM LOTHARINGVM

CARDINALEM.



PARISIIS,

Apud Andream Wechelum, sub Pegaso, in  
vico Bellouaco: *Anno salutis*

1556.





# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PROFESSORIS, Animaduersionum Aristotelicarum liber vndecimus,

in primum Topicum,

AD

Carolus Lotharingum Cardinalem.



RETEXIMVS adhuc ad normam Aristoteleorum principiorum de materia, deque forma artis, de rerum veritate & experientia: retexuimus (inquam) ad has Aristoteles leges, Categoriata, Categorias, Interpretationem, Analytica de syllogismo & demōstratione: & quid Dialecticæ tum inuentionis, tum dispositionis in his esset, ostēdimus: quid esset etiam contrarium, distinximus: Topica sequuntur, in quibus pro fundamento iudicij eadem mihi principia propono. Videtur autem hic liber maiora nobis ac præstantiora promittere, quàm superiores adhuc præstiterūt: et Analyticus author plenioris inuentionis gratiâ huc nos remittere visus est: & titulus ipse, inuentionis doctrinâ pollicetur. Aristoteles Dialecticæ inuentionis præceptiones, τόπος, id est lo-

Handwritten marginal notes in Greek and Latin script, including the word 'τόπος' and other characters.

cos nominavit. Ut enī si cui aurū, quod esset multifariā defossum, cōmonstrare velles, signa ostēderes locorū, quibus cognitis ille sibi ipsi foderet, & id quod vellet, sine errore erueret: sic has Aristoteles argumentorum quasi notas, locos appellavit, quia argumenta querenti, demonstrarent vbi essent: & ἀπὸ τοῦ τοπῶν, τοπίων opus appellavit. Huius nominis ea ratio à Cicerone redditur: quam tamen sanè percipiamus: Multū enim inter fodiūnas, & inventionis Dialecticæ etiam verissimè & clarissimè descriptas præceptiones interest: locum aurū notatum habueris, aurum iam inventum est, sed erudendum labore: omnes argumentorum institutiones & artes noueris, si fueris in consuetudine, in exemplis, in institutis, in artium disciplinarūque studijs, in hominum moribus ac volūtatibus hospes & plane rudis, nihil hi loci admodū tibi proderunt: & ea de causā inventionem diximus initio priorem Dialecticæ partem, quæ de argumentis esset, non sine magna ratione appellatam. An verò Topica hæc Aristotelis Platonicā vera Topica sint, cū Aristoteles in Rhetoricis præcepta quædam Topica citet, quæ in his Topicis nulla sint cū Ciceronis, cū Laërtij Aristotelea Topica his non respondeant, nihil disputo: cuiuscunque sint authoris ea, quæ sint, consideranda mihi propono: Quare perge. Topica nobis explicat Topicus magister, qui quis is est: Vtrū solos topos & locos argumentorū explicat? Videtur sanè octauo Topico etiā dispositionē polliceri, vt totam Dialecticam, id est inventionis & dispositionis doctrinam complecti videatur: Consideremus itaque primū qua diligentia & subtilitate partes inventionis distribuerit, postea dispositionis prudentiam expendemus: Categoriata è causis, forma nomine differentiæ comprehenderunt, vt effecta & adiuncta nomine accidentis propriij & communis: genus & speciem è loco distributionis attigerūt, cætera omiserunt: Categoriæ effectorum, adiunctorum exemplorū quædam nominibus qualitatis, quantitatis, actionis, passionis,

totus  
 d p  
 t r

ac fo ca  
 s r p  
 cas

alor

v s



passionis, vbi, quando, situm esse, habere, proposuerunt: oppositorum locum multis argutijs inuoluerunt: coniugationis aliquid in paronymis habuerunt: Interpretationis duo libri contradictionem incredibili caligine offuderunt: Analytica priora de syllogismo ad damnandum oppositionis & distributionis locum, ad adiuncta & definitionem vix appellandum, ad propositionis, syllogismi que simplicis & communis, nonnullam etiam methodi doctrinam obscurandum, quid tenebrarum omiserunt? Analytica posteriora, vt demonstrationem, (cuius neque materia, neque forma per rerum naturam vlla posset esse) nobis inducerent, totam ferè inuentionem, imò verò tota ferè priora Analytica confimilibus tenebris aggregarunt: Topica tandem sequuntur: quæ de propositione, syllogismo & methodo aliquid repetunt: Inuentionis autem locos per species de fine, forma, efficiente, effectis, subiectis, adiunctis, aduersis, relatis, priuantibus, contradicentibus, paribus, maioribus, minoribus, similibus, notatione, coniugatis, toto, partibus, genere, specie, definitione, definito, testimonio (de materia enim, repugnantibus, dissimilibus nominatim nihil est) trecentos septendecim pro viginti duobus habent, quoties in singulis libris eisdem repeti postea docebimus. At per Deum immortalem, quid est Aristotelis principijs de materia bene instituta artis contrariū, nisi hoc est? Generalia generaliter doceatur, ait Aristoteles: secus, si specialiter doceas, sophisticè doces: At consideratio Logicæ inuentionis, in causis, effectis, subiectis, adiunctis, oppositis, cōparatis, nominibus, distributione, definitione, testimonio: dispositionis in propositione, syllogismo, methodo, tota generalis est & cōmunis omnium rerum: & Organicus author errore suo id ipsum testificatur, qui communia fundamenta propositionum omnium statuit in Categorijs, Categorijs, inuentione medij: qui propositionis, syllogismi, methodi, communem doctrinam omnium retum facit, vt notauimus antea: deinde eadem tamen

omnia repetit ad quæstionem apodicticam & topicã: quod facere non posset, nisi cõmunia essent: Quare generaliter & semel ea docenda fuerunt & explicanda, nõ toties & tam Aristotelij damnatis nugis iterãda. Quid igitur Topicus doctor primo capite primi Topicij: Videtur initio nobis inuentionis doctrinam aliquam definire: veterem, id est quãuis barbaram, tamen fidelem interpretationem sequamur, nequid propter verba nobis aduersus homines nimium seueros periclitetur: sic autem loquitur: Propositum quidẽ negotij est, methodum inuenire, per quam poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus: & ipsi disputationẽ sustinentes, nihil dicemus repugnans. Primum spectemus cuiusmodi sit ista definitio: inuentio Dialectica alligatur ad problema, vt postea rursus. Hoc initio, cum de quæstione dictum est, absurdum esse docuimus: quia Dialectica de omni quæstione, imò etiam de non quæstione differit: & ratione vititur etiam in propositionibus per se manifestis, vbi quæstio nulla est: non autem disputat solùm de problemate: hoc primum vitium est in hac definitione: tũ additur (ex probabilibus) quod secundum vitium est: Dialectica inuentio, est communis omnium argumentorum & probabilium & necessariorum: & Topicus magister ipse nõ minus necessaria argumenta, quàm probabilia hãc proponit, genus, speciem, definitionem, proprium, formam, quæ necessaria esse existimat: se ipsum igitur magister suis præceptis coarguit. Sequitur in hac definitione: Et ipsi disputationem sustinentes, nihil dicemus repugnans. In quo duplex est error: & quòd magister Dialecticam ad sophisticas altercationes referat: & quòd Dialectico nihil existimet susceptæ disputationi repugnans esse dicendum. Enimuerò si sententiam falsam, vt contra nos in his libris scholasticus aliquis defendendã suscepit, an verissimis argumentis, clarissima verissimæ disputationis luce conuictus, tamen in errore pertinaciter hærebit: Imò verò si pertinax non erit, sententiam deteriorem

rem cum meliore commutabit: nec pudebit ab error  
 ad veritatem, ab inscitia ad certam cognitionem con-  
 uerri. Sed Topicum est in his Topicis præceptū: A sen-  
 tentia falsa, iniqua, nihil interest, nunquam tamen dei-  
 ci, nunquam vincī. Sequitur definitio syllogismi obscu-  
 ra (vt Analytico primo declarauī) & alieno posita lo-  
 co: syllogismus enim, est d<sup>o</sup> spositionis, quæ disponendi  
 argumenti regulas tradit: illic igitur definiatur: non  
 est autem inuentionis, quæ argumenta describit: ne hīc  
 igitur confundatur. Distribuitur à doctore syllogismus  
 in demonstratiuum, dialecticum, litigiosum, paralogo-  
 simum: de hac syllogismorum nugatoria ex remotis-  
 simis circumstantiis partitione dictum iam satis est. Ca-  
 put secundum est de triplici Dialecticæ vtilitate ad ex-  
 ercitationes, ad colloquia, ad philosophicas artes & di-  
 sciplinas. Quas vtilitates si præceptis conuenientibus  
 persequeretur magister, & apertè demonstraret, quan-  
 uis parum disertè planèque tam nobilis disciplinæ fru-  
 ctum enarraret, tamen non laudari quidem maximè nō  
 posset, quia nihil ferè est excellēs & magnum, quod his  
 tribus rebus quodāmodo non contineatur: Verum tam  
 sapiens magister esse non vult: retexit paulò pōst ora-  
 tionem: Dialecticam reuocat à colloquiis familiaribus  
 & domesticis: retrahit à meditationibus omnibus hu-  
 manis: compingit in problematis scholasticum de acci-  
 dente, genere, proprio, definitione clamorem. Tertium  
 caput totam ferè de quæstione confusionem continet,  
 ex ipsius quæstionis & genere, & nomine, & partitione:  
 tria enim hæc in doctoris quæstione reprehēdenda mi-  
 hi propono. De quæstione satis supérque fuerat secun-  
 do libro Animaduersionum disputatum: vt tamen hos  
 errores apertiùs ostendamus, graue nobis non erit rem  
 totam minutatim persequi: Topicus auctor ait Diale-  
 cticum duntaxat de quæstione disputaturum, quæ in-  
 terrogat in vtranque partem, hoc modo: Estne hominis  
 definitio, Animal gressibile, bipes, an non? In quo ve-  
 hementer errat: concludam etiam idem peccatum vt  
 A iiii] antea,

top  
 5  
 2b  
 at  
 praec  
 trax  
 qm  
 br  
 C  
 up  
 107  
 ]  
 Aug. sm  
 est d  
 3  
 ob  
 x  
 x  
 g  
 m  
 gatoria  
 par  
 o  
 ex  
 remotis  
 im  
 si  
 top  
 e  
 mag  
 ficam  
 o  
 at  
 um  
 arab  
 m  
 Ant  
 m  
 b  
 aut  
 m  
 et  
 t  
 a  
 c  
 u  
 propr  
 Lam  
 top  
 d  
 Fa  
 a  
 )  
 g  
 a  
 nte  
 p  
 107

antea, & refutabo generaliter: Omnis quaestio cuiuscumque modi sit, quocumque modo interroget, nihil interest, Dialectico proposita est: & ea argumentorum generibus tractanda, dispositionum modis ultimanda & collocanda est: quod nostra Dialectica, quod usus, quod veritas Dialecticae bene descripta declarat: vna inuentio communis est omnium quaestionum: vna dispositio communis est omnium quaestionum: totam autem & inuentionis, totam etiam dispositionis doctrinam Dialectica sibi vindicat: totam propriam & suam ducit, nec cum vlla alia disciplina communem habet. Quare errat hic magister, & errando, suos in errorem trahit. Videte quomodo contra concludam:

*Quae disciplina continet absolutam facultatem omnis quaestiois explicandae, ea propositam habet omnem quaestioem:*

*Dialectica vero continet absolutam facultatem omnis quaestiois explicandae, inuentionem quippe & dispositionem communem & generalem, quibus solu omnis quaestio disputari tractarique potest:*

*Dialectica igitur propositam habet omnem quaestioem.*

Non ago captiosè: apertè & clarè concludo. Neque iam audiamus quòd aliud sit Logica, aliud Dialectica, & nunc doctorem agere de syllogismo dialectico: Dixi enim antea de hac vana nominum distractione: & totis Animaduersionibus docemus, ab Aristotele non aliam Logicam, aliam Dialecticam institui, sed Logicam, sed Dialecticae inuentionem & dispositionem (quae duae partes & solae & omnes sunt huius disciplinae) confundi, & mille tenebris conturbari. Et demonstrabo, ab hoc doctore artes Topicas instrui, quibus non illa solum duplicis interrogationis, sed quaeuis quaestio possit explicari. Quare doctor errat in genere quaestiois Dialecticae. Placet autem ei Dialecticum duntaxat hac de quaestione disputaturum, quae sic interroget in vtraque parte, Estne hominis genus animal, an non? ut possit Dialecticus, videlicet vtra velut, quaestiois huius partem

tu  
t. a. vna  
s. q. om. d. m.  
p. am  
p. pt. p.  
ua. alia  
ca. ut abet

tu  
t. e. g. u. m.  
f.

rem assumere. Quasi verò non eadem sit respondendi potestas & affirmando & negando, cum simpliciter ita quaeritur, Estne hominis genus, animal? Hoc doctoris peccatum est in quaestione genere: in nomine verò, par aut etiam maius. Doctor hanc quaestionem hac falsa & absurda ratione Dialectico propositam, problema temerè nominat: Non enim rationem ullam, saltem falsam aut ineptam quisquam queat reddere: quare autem ita nominare non debuerit, ipse dicam. Magister secundo Topico praecipit ( quantum enim mihi licet, hominis vtor doctrina ad eius errores explanandum ) vsum verborum à populo sumendum: scientiam rerum à doctis & artium peritis hominibus petendam. Quis verò extra scholam doctoris huius, qui Topicorum istorum author fingitur, quaestionem illam ridiculam & irridendam, problematis nomine appellat? Habent Medici problematum nomine quaestiones, nec tamen duplici modo pronuntiatas: habent Geometrae quaestiones de construendis formis, problematum nomine, nec tamen isto modo interrogatas: habet denique Aristoteles quaestiones, problematum nomine inscriptas, non tamen isto modo prolatas: Postremò in his etiam Topicis, vbi ista fabulatur Topicus author, has orationes, problemata nominat:

*Omnis voluptas, bonum est:*

*Nulla voluptas, bonum est.*

Vbi duplex interrogatio non est: Ac saepe in his Topicis ita loquitur, vt iam doctori ipsi problema et quaestio idem sit: et doctoris vanitas, doctoris vsu, testimonio, iudicioque damnatur. Nomen igitur huic quaestioni temerè, sine vsu, sine ratione est impositum: imò verò cum problematis nomen saepissimè legatur in Organo Logico, locis ferè omnibus pro omni quaestione vsurpatur. Atque hae sunt doctoris laudes in genere quaestionis, et in nomine constituendo: partitio verò magis etiam absurda est eodè capite, Quod omnis disputatio Dialectica sit ex genere, proprio, accidente, definitione,

initione. Quod sophisma diligentius est considerandū: problematis igitur diuisionem hanc, et eius rationem consideremus. Omne problema est de genere, accidente, proprio, definitione, ait magister. Quamobrem hoc enim falsum esse contendo, et id necessariis rebus addico. Omne problema indicat genus, proprium, definitionem, accidens: Ergo est omne problema de genere, proprio, definitione, accidente. Huius enthymematis sophisma melius in integro syllogismo percipiemus:

*Omnis quæstio indicans genus, accidens, proprium, definitionē, est de genere, proprio, definitione, accidente:  
Omne problema, est quæstio indicans genus, accidens, proprium, definitionem:  
Omne itaque problema est de genere, accidente, proprio, definitione.*

Huius syllogismi propositionem & assumptionem falsas esse confirmo: prius autem de propositione dicam. Quæstionis porrò species stultè definiuntur rerum indicatorum numero: neque enim verū aut consequens est, quæstionem ea de re esse, quam quolibet modo indicat: Cū quæro, utrū homo, sit animal an non? in hac quæstione multa indico: & animalis nomine, vt substantiam & corpus & vitam & sensum & motum & colorem & quantitatem, infinitaque alia magis, quàm generis in eo significationem indico. Item hæc eadem hominis nomine comprehendo: præterea ratiocinandi, ridendi, numerandi, & innumerabilium rerum significationes & indicia præbeo. Quod magister Topicus ipse secundo Topico confirmat, vbi ait: Qui dixit vnumquoduis, quodammodo multa dixit, eò quòd plura ex necessitate vnicuique consequentia sunt: Alienum tamen & absurdum fuerit, existimare hanc quæstionem, Utrū homo est animal an non? esse de colore aut de numero. Atque hæc de propositione sophismatis: ad assumptionem venio:

*Omne*

*Omne problema, est quæstio indicans genus, proprium, definitionem, accidens.*

Interrogent scholastici aliquem non scholasticum, id est liberi iudicij virum, nō mancipati ingenij seruū, dicet hoc sibi falsum videri: & exempla manifesti erroris ( si opus erit ) proferet: vt si quærat, vtrū ædificata sit Babylon ad tyrannidem principum, an non? finis quæritur: nec indicatur aut genus, aut proprium, aut definitio, aut accidēs: Vtrū natura constet ex materia & forma, an non? quæritur de partibus, non de genere, proprio, definitione, accidente: Deinde cū de tot argumentorum modis genus & definitio duo sint, proprium & accidens in adiunctis & factis comprehendantur, vt in Porphyrio dictum est ( nisi forte quòd proprium etiam in his Topicis, est descriptio quædam ) quid causæ est, cur cætera argumentorum genera, finis, forma, efficiens, materia, subiecta, opposita in contrariis & aduersis & priuantibus & relatis & contradicentibus tot generum, in repugnantibus, comparatis quinque modorum, tributiones, testimonia ( quæ possunt quæri & indicari proposita quæstione ) in his quatuor indicentur? Valdè autem est ridiculum, quod magister ait, differentiam, id est formam, sub genere comprehendendi: præsertim cū sit generis & differentię, seu formæ dissimillima ratio: atque in isto libro differentia, velut etiam genere latior, sit in communibus instrumentis posita, genus autem positum non sit. Nec minùs ridiculum est, quòd speciem dicunt scholastici, quia de ea nihil hīc magister præcepit, à disciplinis reiici. Singularia præcepta nulla debent in disciplinis esse, aiunt: Esto, quia vt Aristoteles præcipit, omnis scientia & disciplina ex vniuersis & generalibus esse decretis atque immutabilibus debeat: hoc item valeat, quanuis de singularibus astris Astrologiæ tota ferè decreta sint: An igitur præceptum vniuersale de rebus singularibus nullum esse potest? an non ponitur præceptū in Analyticis de syllogismis singularibus & expositio-

riis

genus, proprium  
+ d. finis  
Jens. indicator

Proprii et ac.  
+ d. finis  
omprehen

qua in n. d. f.  
præcepta  
+ d. finis  
+ a. potest

riis, & tamen vniuersum? An non in his Topicis de specie sæpissimè locum tradit, & tamè vniuersum? de partibus singularibus, & tamè vniuersū? Nōne Porphyrius de specie præceptum tradit, & tamen vniuersum? Nōne de indiuiduis præceptū tradit, & tamen vniuersum? Nōne igitur Topicus magister potuit de specie genus quæstionis instituere, & tamen vniuersum? Falsum est igitur, omni problemate genus, accidens, proprium, definitionem necessariò indicari, cū possit indicari causa, subiectum, oppositum, comparatum, nomen, totum, membra, species, testimonium. Quare cū sophisticæ huius & propositio & assumptio falsæ sint, quonā pacto poterit propterea esse vera complexio? Est igitur non solūm falsa Topici problematis partitio, sed etiam doctoris de hac partitione ratio captiosa, planèque sophistica. Sequitur in eodè capite tertio differentia problematis & propositionis, quòd problema, sit in utrāque partem elata interrogatio: propositio in vnam tantū. Verūm problema, omnis quæstio: protasis vel propositū, omnis quæstio, vt verè & naturaliter potest, ita dicatur: Hæc sōnia sine vsu, sine ratione, sine exēplo cū sint, abiiciātur. Quarto capite definitur definitio ab Aristotele, ratio quid erat esse rei significās: acuta sanè definitione: Animal mortale ad doctoris legē, hominis definitio erit, quia est oratio, quid erat esse rei significās: cur hīc omittitur, vt propriè, perspicuè, succinctè? Definitio autè, argumētī genus est, de quo Topicus magister in inuentione valdè sophisticè præcipit: Nam cū definitio, genus quæstionis ab eo constitutatur, valdè mirum est, eam postea ad omnes quæstiones accommodari. Proprium, nullum est argumenti genus, vt in Porphyrio & Analytico primo de abundantia propositionum dictum est: nisi pro descriptione sumatur, vt in Topicis. De genere in argumentis propriè præcipitur: & quæsi similiter potest, quare fiat quæstionis modus potius, quàm causa: quæ tamen antiquior est genere, quia omne genus significat aliquam causam, non contrā. De generis definitione quemadmodū & falsa sit, & ad vsūm

infra fuit  
quæ

d. f. h. e.

d. f. v. cf. m. h. n.  
ua. est vit.

r. pt. ut

an. u. est. aut. m. a.



non satis accommodata, in Porphyrio dictum est, qui errores huius definitionis ab hoc loco traxerat: De accidente item satis multa in Porphyrio. Quinto capite Aristoteles disputat generis, proprii, accidentis rationes definitioni posse accommodari: quod solidi præcepti nihil est: & ne videlicet artifex tam multarum tenebrarum hæc accusari posset, obiicit sibi non iccirco tamen vnam & communem methodum omnium problematum quærendam esse, quia nec facillè inueniri possit: & si inueniatur, omnino obscura sit & insuauis. Hæc causa est, qua Organicus author in tantas inuentionis Dialecticæ tenebras delapsus est: hæc falsa & fallax ratio doctorem inquam, decepit, fefellit, induxit: Quare nobis animaduertenda diligenter est: Huic errori restitimus initio, cum de quæstione actum est: & ad eius tanti mendacij refutationem confirmandam, quia negaret hic magister communem quatuor problematum doctrinam inueniri posse, monui antea in Categoriæ, Categorijs, abundantia propositionum, inuentione medij, Analyticis posterioribus, locos inuentionis confusos ab Organico magistro, non problematum, accidentis, generis, proprii, definitionis proprios, sed communes esse omnium quæstionum: imò omnium propositionum etiam per se manifestarum. Atque huius loci errorem satis, vel doctore ipso iudice refutaueram: quia ipse eas artes communes traderet, quas negaret inueniri posse: attamen quia bella ista & tali philosopho tam digna ratio atque causa in Topicis ponitur, in singulis Topicis, huius fallaciæ maiorem mihi refutationem deposco: docebo enim his Topicis, id est, doctoris Topici testimonijs, hanc eandem non modò quatuor problematū, sed omnium omnino quæstionum, omnium propositionum communem inuentionem non solum confundi, sed etiam laudari atque celebrari: Et quidem ab octauo capite primi huius Topici, vsque ad finem octauo, totus est hic magister in locis illis communibus obscurandis, ineptissimè iterandis & repetendis, caligine denique omnium tenebrarū

ore inu h  
 com  
 non) et  
 p  
 me  
 med o  
 har te  
 et fo

obruendis : præter enim generales locos decem nostra  
 Dialectica informatos, dialecticum præceptum, Diale-  
 cticæ inuentionis magister in his Topicis nullum tra-  
 dit: Quare sextum & septimum caput cum expendero,  
 ad istam disputationem oratio nostra conuertetur. Sexto  
 capite idem tripliciter dicitur, numero, specie, genere:  
 Scholasticum hoc commentum est: Idem & diuersum  
 esse potest caussis, effectis, subiectis, adiunctis, opposi-  
 tis, cõparatis, nomine, tributione, definitione, testimo-  
 nio: & hoc præceptum nihil inuentionis, nihil dispositionis  
 est: quare nihil etiam Dialecticæ: Nec isto modo diui-  
 ditur idem sexto & nono capitibus quinti libri in Philo-  
 sophia. Septimo capite disputatio reuocatur de diuifi-  
 one problematis, quod omnis disputatio Dialectica, sit  
 ex definitione, proprio, genere, accidente: idque magi-  
 ster omnibus conclusionum modis se pollicetur addi-  
 cturum inductione & syllogismo, quas solas argumẽ-  
 rationis species paulò post facit: Verum in utroque fal-  
 lit: inductionem nobis considerandam relinquit, tan-  
 quam manifestam: sed antea multis exemplis falsam do-  
 cuimus, cum ostendimus, non omni quæstione indi-  
 cari genus, accidens, proprium, definitionem: & sophi-  
 sticum hoc est, quod ignoretur, quod etiam falsum sit,  
 tanquam verum & perspicuum prætermittit: Sic Ca-  
 tegoricus sophistes sex postremas Categorias præter-  
 misit, quod diceret esse faciles, cum tamen ab homine  
 perfici nullo modo possent. Ad syllogismum doctor de-  
 inde accedit, & circumstantia vanissima absoluit. Reuo-  
 cavit Organicus author Dialecticam ad gramaticam  
 quandam sermonis accidentiam, quomodo nempe unum  
 quodque vocabulum significaret, & quomodo de alio  
 affirmaretur: hinc Categoremata, Categoriarum, & hinc i-  
 terum Categoremata: hinc factæ definitiones generis,  
 speciei differentiarum: quomodo de rebus sibi subiectis  
 affirmarentur, cum tamen Dialecticæ ratio pura & sim-  
 plex esset: sermonis nullam curam, si rectè tradatur, ha-  
 beat. Hinc igitur Topicus magister probationem so-  
 phismatis

phismatis, & rationem orditur, & syllogismū se facturū pollicetur: sic enim ait. Alia fides per syllogismum. In quo magister discipulos suos decipit: syllogismi enim eius, quem pollicetur, nullam partem ponit, sed propositionis rationem ex Categoriæ diuisione comminiscitur: Syllogismi enim, quem non præstat, sed pollicetur, eius conclusio esse debuerat:

*Omne categorema est genus, definitio, propriū aut accidēs:*

*Omnis disputatio Dialectica, est de Categoremate:*

*Omnis igitur disputatio Dialectica, est de genere, proprio, definitione, accidente.*

Hunc syllogismum non fecit, sed nescio quā lubrica, quāque præcipiti obliuione præterit: cuius propositio, Categorię partitione valdè ineptè confirmatur: Assumptio item falsa est, quòd omnis disputatio Dialectica, sit de his quatuor Categorematis: omnis enim quæstio Dialectica est, & nulla quæstio nisi dialecticè tractari potest. Innumerabiles verò sunt quæstiones non de ijs scholasticis Topicorum problematum categorematis: doctor igitur nullū quæstionis proprium syllogismum, quem pollicebatur, fecit: Syllogismo autem quodam connexo (quem tamen syllogismum esse nesciebat, cū in eas figuras nō cadat, quibus omnes syllogismorum modos concludi Analytico primo docet) concludit, & falsò concludit omne categorema esse de accidente, genere, proprio, definitione: quod ei propositum non erat: attamen concludit hoc modo:

*Si omne categorema conuersim dicitur aut nō conuersim, est de genere, proprio, accidente, definitione:*

*Quia si conuersim, est proprium aut finitio: si non cōuersim, genus aut accidens:*

*Sed omne categorema cōuersim dicitur aut non cōuersim:*

*Omne igitur categorema est de accidente, genere, proprio, definitione.*

Hic syllogismus doctoris est: cuius propositio est falsa, quia nullum est argumenti genus, quod non conuersim dicatur aut non cōuersim, aut per se aut de-

nomi-

nominatiuè, vt antea dixi. At è decem generibus argu-  
 mentorum, genus, est particula distributionis: accidens,  
 effectorum & adiunctorum: proprium, de quo loquitur  
 hic magister, vel adiunctorum, vel definitionis species:  
 definitio, locus est integer: tot argumenta reliqua, causæ,  
 subiecta, opposita, nomina, collationes, totum, mem-  
 bra, species, testimonia in his categorematis quatuor  
 non numerantur, quæ tamen de re proposita dicuntur:  
 Quare doctoris syllogismus parte illa principe fallax  
 est: totus à quæstione proposita alienus est: Susceperat  
 enim magister probandum, omnem quæstionem esse  
 de illis quatuor categorematis: quod nullo modo de-  
 monstrat. Doctor nobis probationem huius sophisma-  
 tis per inductionem & syllogismum pollicetur: credi-  
 mus: non quærimus an fallat, an nobis imponat, an ne-  
 bulas obiciat: At neque inductionem, neque syllogismum  
 fecit. Atque hæc fundamenta sunt & tertio & septimo  
 capite, de vana illa & falsa problematis partitione in  
 quatuor partes. Eodem septimo capite præcipit magi-  
 ster, vt è categorematis sumantur probationes harum  
 quæstionum: Et hinc indicat Categorias, locos esse quos-  
 dam inuentionis communes (contra quam eius inter-  
 pretes illic arbitrantur) vnde omnes probationes hau-  
 riantur: Sed antea de Categoriarum inanitate diximus.  
 Atque his duobus capitibus expositis, ad intermissam  
 quæstionem reuertor, quam totis Topicis, id est vt di-  
 xi, perpetuis doctoris testimoniis, contra doctorem, me  
 demonstraturum recepi. Doctor ait communem om-  
 nium problematum artem reperiri non posse: hoc do-  
 ctoris commentum superioribus omnibus eius libris demō-  
 strabo. Octauo igitur & nono capite quæritur quid sit  
 propositio dialectica & problema dialecticum: item  
 quid positio: Qua de vanitate & audacia fingendarum  
 in communibus vocabulis significationum paulò antè  
 diximus. Mirificum autem illud Topici doctoris testi-  
 monium, quod quærimus, capite octauo in generibus  
 propo-

propositionis enumerandis incipit: hinc enim propositionum, id est principum syllogismi partium genera, ex testimoniis spectatorum & probatorum hominum similibus & contrariis deducit: id est magister eam methodum, generalem instruit, quam quinto capite negabat inueniri posse: nec tamen sic instruit, quin multo maximam partem relinquat. Quid enim ex causis, factis, subiectis, adiunctis, repugnantibus, comparatis reliquis, nomine, tributione, finitione? an propositio nulla erit? Cuiusmodi credas eam partitionem esse, ubi de partibus decem (quæ sunt argumentorum vniuersalium genera Dialecticæ inuentionis) vna integra, testimonium: ex generibus collatorum vnum, simile: ex duobus oppositorum generibus vnum, aduersum non explicatur, sed attingitur: de cæteris nullum verbum fiat? Hoc igitur primū doctoris cōtra doctorē testimonium produco: Testimonia, similia, aduersa, loci sunt cōmunes omnium problematū: quales tamen negabat magister inueniri posse. Pari ferè sapientia problema diuiditur ex fine rerum quæsitæ, ex opinionum differentiū differentia & varietate. Ridiculè, ita me deus amet: & quod omnium quæstionum partitio, vt tam multis argumentis initio docui, in Dialectica inutilis est, & quod ista vanitate liceat mille similes partitionū ineptias affingere. Sed hæc missa faciamus, ad probationem reuertamur: alia doctoris testimonia contra doctorem producamus. Decimo capite, argumentationis dialecticæ species duæ ponuntur, syllogismus & inductio: in quo multiplex sophisma est: omnis et tota et sola argumentatio, id est argumenti dispositio, syllogismus est: inductio non est argumentatio, vt in nostra Dialectica docuimus, sed argumentum ex partibus. Differentia autem syllogismi et inductionis, valdè ridicula est, quod syllogismus sit valentior, clarior inductio. Quasi inductionis argumētum, quod ex partibus est, non possit etiam syllogismo concludi: sit enim inductio:

B Omnis

*Omnis & homo & bestia sentit:*

*Omne igitur animal sentit.*

Addatur assumptio, vt syllogismus plenus fiat, hoc modo:

*Omnis & homo & bestia sentit:*

*Omne animal est bestia aut homo:*

*Omne igitur animal sentit.*

Vtra in parte argumentum clarius & fortius est? Illic inductio est, hîc syllogismus: & argumentum idem est. Atque hæc de Topici Dialectici quæstione, id est prima Topicorum parte. Ad quæstionē igitur quæstionisque species ita descriptas, magister deinceps inuentionis artes accommodat: ad quas tamen priusquam accedā, illud quærendum esse arbitror, si partitio problematis de accidente, proprio, genere, definitione vera esset, quam falsam esse (vt est) necesse est: tamen si vera esset, quorsum ad has quatuor particulas tam longa tamque prolixa (quæ est in octo Topicis) inuentionis adhiberetur confusio? Proponit magister in Analyticis posterioribus quatuor genera quæstionum, an est, quid est, quia est, quamobrem est: nec tamen ad ea vllam inuentionis doctrinam adhibendam priuatim putauit. Quæ causa est igitur, quamobrem hîc octo Topicis tam obscuram, tam confusam, tam nugatoriam locorum perisologiam (vt ostendam) ad has quæstiones quatuor aggregauit? quis finis? quis vsus? quod consilium? Scholasticos homines hîc iam sæpius vrgeo, vt præceptionum suarum fructum doceant: vt rationem idoneam, & legitimam causam proferant, vt caput in has tenebras demersum, aliquando sursum erigant: vt Aristotelis sapientia illa vtantur, qua iubet ad scientiam causas rerum primas, proprias, necessarias inquirendas esse: demonstrationem ab hoc magistro requirant inuentionis Dialecticæ: quid sit, quamobrem ad has quatuor partes tota inuentio referatur. Non quæro quamobrem potius quatuor inuentionis artes singulares, quam vna communis: sed quâobrem omnino inuentionis doctrina huc referatur.

referatur. An iccirco, quia valdè esset necessaria cognitio accidentis, generis, proprii, finitionis, ideo tam multarum inuentionis artes sunt descriptæ, vt cognosceretur quid accidens, genus, proprium, definitio esset? Definias verò diligenter & accuratè ô magister, & genus & definitionem, & quicquid in Dialectica sciri necesse est: partes & species si sint, diuide, omnes proprietates explica, illustra nobilibus exemplis, vt omnino penitusque percipiantur: sic enim decet institutiones artis Dialecticæ explicari: Libros autè tam perplexè tamque nugatoriè conscribere, vt cognoscam tantùm quid sit hoc, quod quatuor accidētis, proprii, definitionis, generis vocabulis significetur: an est obsecro te, philosophi artem perspicuè breuitérque demonstrantis? Referre totam inuentionem Dialecticam, imò verò totam artè dialecticam (magister enim de iis quatuor tantùm problematis eam loqui vult) quæ ad omnes res explicandum reperta erat: referre inquam, ad quæstiunculas de quatuor Dialecticæ particulis obscurandis, an nō simile est, ac si diceres hominem, qui ad cælum terramque contemplandum, ad colèdum deum, & mortalium vniuerso generi opitulandum natus sit, ad quatuor vngues pedum suorum arrodendum esse genitum, & catenis constrictum ad id opus adigeres? Ex causis omnis est omnium rerum vera & firma (vt Aristoteles ait) demonstratio: oppositorum locus tam magnificus est, vt eius vnā particulam contradictionem, appellet in Philosophia principium omnium principiorum: Distributio, quam in Dialectica necessitatem obtinet? Syllogismus, an non est singularis & diuina quædam omnis conclusionis regula? attamen cùm ea singula definitionibus essent intellecta, cùm omnibus modis clarissimè essent exposita, quænam ista deliratio fuerit, ad ea clamanda & altercanda locos permultos inuentionis, permultos etiā libros inuoluere? ac tricis omnibus apinisque implicare? Quamobrem Topico doctore, vt hanc quæstionem concludam, nulla iusta causa fuit dialecticam ar-

tem sic instituendi, vt de quatuor tantùm suis præceptis clamaret. Nullum instrumentũ, nulla ars in seipſa exercetur: Grammatica in poëtis & oratoribus explicandis, in scribendo propriè & loquendo exercetur. Geometria non est inuenta vt se vel suas præceptiones, sed vt res omnes, longas, latas, altas, metiretur. At Dialectica videtur huic doctõri inuẽta, vt de se clamaret: nec de se tota, sed de quatuor suæ vnus partis particulis. Cõsiderate magistri, tam ineptam, tã insulsam, tã falsam causſam, qua inductus est doctõr, vt ad quatuor quæstiones Dialecticã alligaret. Sed de quæstionis & in genere & in nomine & in partibus errore, dẽque tã fatua ad pblematis altercationẽ inuẽtionis astrictione satis: ad inuẽtionis artes veniamus: & in his nõ solũ multa necessaria cõfundi, multa necessaria prætermitti, id est Aristotelis legem de materia verè artis non seruati doceamus: communem etiam inuẽtionis artem demonstremus, quam magister Topicus inueniri posse negauerat. Demus igitur magistro, falsissimam causſam & ineptissimam, verissimam esse, vt omnibus modis conuictus libentiùs tandem veritati assentiatur: demus inquam, horum categorematũ maximè necessariã causſam esse, vt inuẽtio ad ea propriè declaranda, doctõri describenda fuerit: Quid tum? an id effecit: an proprias artes singulorum problematum, vt pollicetur, instituit? Imò verò verissimè confirmo, omnibus Topicis tam longa tot librorum inuẽtionem, nihil præcipuè cognitionem horum categorematum quatuor instrui atque informari, sed communem omnium omnino quæstionum inuẽtionem conturbari. Maximum fuerit scholasticis, quod hĩc dicturus sum, sed tamen ne ipsis incredibile sit, ab Aristotele ipso mihi traditũ. Aristoteles in extremo dialecticæ confusionis libro Tisiam, Thrasymachum, Gorgiam, claros quondam rhetoras irridet velut ineptos doctõres ac magistros, qui eius artis, quã profiterentur, exempla sanè quidẽ multa, præcepta autem solida & communis doctrinæ nulla traderent: Vt si



quis (ait) artem se traditurum profiteretur, qua pedum dolori mederetur: d' e inde nō artem doceret conficiendorum calceorum, sed eorum quædam genera suppeditaret: is certè aliquid efficeret, artem verò minimè traderet. Hoc Aristotelis argumētum nobile quidem & philosopho dignum contra hunc doctorem assumo: dico omnia quæ in Topicis sunt Dialectica de argumētis præcepta, non aliud esse, quàm decem communium locorum (quos nos informauimus) decreta: cætera, quæ tam multa sunt, calceos esse, aut ne calceos quidem: Generales autem argumentorum locos, id est calceorū faciendorum artes & formas, calceos efficere magister voluit, & ad certum problematis pedem accommodare: contra catholicam Aristotelis legem, quæ generalia generaliter in veris artibus & scientiis explicanda iubet: sed tamen nihil tam potuit turbare, quin paucis calceis exceptis, communis doctrina esset omnium quæstionum. Hoc itaque nunc demonstrandum & conuincendum suscipio, ad vndecimū primi Topici caput redeo: in quo magister inuentionem Dialecticam non diuidit quidem initio, sed circa finem libri primi parte vna iam exposita partitionem inuentionis facit, in instrumenta & locos: instrumenta facit omnium problematum communia. Ergo ô magister, aliqua est inuentio communis omnium problematum: & hanc tradis, & hanc demonstras. Quid vis inconstantiam doctrinæ tuæ, contra te hoc secundo in Topicis tuis testimonio tuo cōcludam? Negas verbo communem problematum inuentionem reperiri posse, re confirmas: & te ipsum vanū & fallacē condemnas. Instrumenta igitur quatuor effecit magister, propositiones, distinctiones ambigui, differentias, similitudines. Hic non accuso doctorem, quod nihil definiat: non genus instrumenti, & loci non instrumentum, non locum: nihil enim definire, nihil ordine partiri, doctoris huius proprium est. Prætereo quod ineptissimè instrumenta ipsa diuidantur in propositiones, distinctiones, differentias, similitudines. Omnia enim genera argumentorum,

gumentorum, instrumenta sunt inuentionis Dialecticæ  
 & loci ipsi, instrumenta sunt, vt differentiæ, vt similitu-  
 dinis, quas magister ipse postea ipsis in locis numerat,  
 & errorem suum demonstrat. Est autem valdè absurdū,  
 propositionē (quæ syllogismi pars est, quæ est argumētū  
 dispositio) inter argumentorum species numerare. Et  
 doctor ipse errorē suū confitetur, cū ait propositione  
 contineri & distinctiones & differentias & similitu-  
 dines, id est in vno membro quadripartitæ diuisionis  
 cætera contineri. At grauius etiam errat, quàm putat:  
 ignorat enim propositionem non solum ex reliquis tri-  
 bus his instrumētis, sed (vt octauo capite docui) ex om-  
 nibus argumentorum locis fieri, sicut syllogismum, cu-  
 ius pars est: atque iccirco absurdissimum hoc principiū  
 est, in inuentionis præceptis propositionem collocare,  
 quæ pars est dispositionis. Secundum verò diuisionis  
 huius membrum, de distinguendis ambiguis, aliquid  
 habet, quod admoneri possit verbo vno, cū de vitis  
 inuentionis & dispositionis præcipitur: nec inuentionis  
 proprium quicquam hīc est, sed ex omnibus ferè inuē-  
 tionis argumentis res ambigua distingui potest: & am-  
 biguum, cū sit inuentionis vel dispositionis vitium, vt  
 Aristoteles inter sophismata id numerans indicat, certè  
 inter argumentorum genera numerari non decet. At  
 de ambiguo dictū antea compluribus locis. Differentiæ  
 & similitudines, duo communia inuentionis Dialecti-  
 cæ membra vera sunt: Ita de quatuor instrumentis duo  
 sunt partes huius inuentionis communis, quam magi-  
 ster negat inueniri posse: Et in hac præclara instrumen-  
 torum tractatione non dico aliquam laudem deesse, sed  
 omnia vitia comprehensa esse demonstro: duo enim  
 membra redundant: multò plura desiderantur, cū om-  
 nia argumentorum genera, instrumenta inuentionis  
 communia sint. Sed tamen ista omnia prætereantur  
 tam multa vitia. Duodecimo capite docetur, vnde pro-  
 positio sumatur: Vnde igitur? ex testimoniis, aduersis,  
 similibus,

similibus, testimoniis rursus, definitionibus, testimoniis tertium. Prætereo quòd octauo capite idè excepta definitione dictū erat, & quòd magister eodem suo testimonio, sed repetito, seipsum condénat: prætereo imperfectam enumerationem argumentorū: potest enim propositio (vt bis iam dixi) ex omnibus argumentorum generibus, non tantum ex his quatuor effici. Sed tamen o magister, tuum hoc primum instrumentum vnde sumitur? quænam sunt ista propositionum membra, testimonia, aduersa, similia, definitiones? nonne illa cõmunis est inuentio, quam negasti inueniri posse? An vlla quæstio est vel accidentis, vel generis, vel proprii, vel definitionis, vel cuiuscūque rei, ad quam adhiberi non possint testimonia, aduersa, similia, definitiones? quid est hîc, quod propriè problema accidentis, generis, definitionis, proprii adiuuet? non omnes quæstiones informet? quam causam adhuc habes, ad quatuor categorematum genera, dialecticam inuentionem tot modis inuoluendi? An obscura, an insuauis videtur ea tibi doctrina, quam doces? quam exerces? At etiam in fine capituli huius celebras eos cõmunes locos, & collaudas: Sumendæ sunt ais, quàm maximè vniuersales propositiones. Quomodo verò vniuersales? an nō ex communibus & vniuersalibus locis? Atque hoc toto capite nihil nisi inuentionis eius (quam negas inueniri posse) cõmunes partes attingis. Artificiales sunt istæ calceorum formæ, quas pro calceis ad problematis tui pedem ineptissimè astringere conaris, cum sint infinitorum pedum communes, cum præcipuè problema tuum nihil adiuuent. Sophisticè docet (ait Aristoteles primò de demonstratione) qui generale specialiter docet: vt qui tres angulos duobus rectis pares per species trianguli docet. At hi loci communes sunt & generales: Sophisticè igitur in his Topicis ad speciales quæstiones accommodantur. Sequitur decimum tertium caput de secundo instrumento, multiplicis distinctione. Agè verò, vnde distinctionē hâc fieri docet magister? Ex contrariis,

ex aduersis & contradicentibus & priuantibus, ex coniugatis, generibus, definitionibus, maioribus, minoribus, similibus, differentiis, specie. Artificiales item sunt istæ calceorum formæ communes & generales: sopherice igitur ad problematis pedem arctare vult hic magister: communes enim innumerabilium calceorum, id est argumentorum formæ sunt: nec Topico problemati quicquam præcipuè inseruiunt: Et facillè patior taceri, quòd doctor crediderit, ex his argumentis res ambiguas distingui: non intellexerit ex causis, factis, subiectis, repugnantibus, notationibus, testimoniis: omnibus denique argumentis distingui: tam multa doctoris huius peccata, tamque absurda, vt spero, per se intelliguntur: & aliud insuper vrgeo & conuincendum mihi propono. Quæ enim magistri ista præcepta sunt, quæ ambiguarum rerum distinctioni subiicit? Aduersa, coniugata, genera, species, finitiones, cõparata, an non sunt communis eius inuentionis decreta, quam negauit inueniri posse? Quid est omnino, cuius coniugata, aduersa, genera, species, finitiones, comparata requiri nõ possint? an hoc non est duobus rectis tres angulos pares specialiter docere? An, ô magister hæc obscura aut insuauis doctrina tibi videri debet, quam sic exoscularis, sic in manibus habes, sic denique probas, vt nobis eã ad sempiternam nominis tui gloriam relinquant? Decimo quarto capite differentia & similitudo, reliqua duo instrumenta expediuntur: docet magister breuiter de iis, & vnum iis locum communem generis attribuit, in quo reperiantur. Multas doctoris Topici ineptias libenter omitto, quòd existimet similia ex generis loco, non vndique ex vniuersa rerum inuentione, sicut causas, facta, & reliqua argumenta sumi: quòd genus, quòd definitionem, capita quæstionum faciat, & ea tamen subiiciat instrumentis: confusio, caligo, obscuritas, tenebræ, Organici authoris laudes propriæ sunt. Neque ei obiiçio, quòd differentiã in hoc primo libro aliquando pro forma & rei causa, per quam res est, id quod est, accipi-

piat : aliquando nescio quomodo somnians , similitu-  
 dini opponat, vt dissimilitudinē: ea leuitas & inconstā-  
 tia eius propria est. Recenset aliquot vtilitates tum di-  
 stinctionum ad perspicuitatem, ad euitādā de nomi-  
 ne altercationem, denique ad fallendum: tum differen-  
 tiarum ad syllogismos de eodem & diuerso, ad definiē-  
 dum: tum similitudinum ad inductionem, ad syllogis-  
 mos, ad definiendum. At inductio, quæ ex multis simili-  
 bus simile concludit, non est inductio ad definitionem,  
 quæ est capite decimo : quia non est ex singularibus ad  
 vniuersale. Propositionum vtilitates nullas recenset.  
 Atque in his duobus instrumentis differentia & simi-  
 litudinis, ars est cōmunis conficiendorum calceorum,  
 tamen iis magister tāquam calceis problemata de ge-  
 nere, accidente, proprio, definitione calceare voluit. Ve-  
 rùm per Deum optimū, animaduertite, qui hæc legitis,  
 qualem Topicum doctorem in tam densa, tāmque atra  
 confusione æstimare debeamus. Negat cōmunem om-  
 nium quatuor problematum inuentionem tradi posse:  
 at antè tradita est in Categorematis, Categoriis, Inter-  
 pretatione, abundantia propositionū, inuentione me-  
 dij, Analyticis posterioribus, & octauo capite huius pri-  
 mi Topici: & deinceps instrumenta problematū cōmu-  
 nia proponit. At in his instrumentis etiam alia genera  
 instrumentorum cōmunia instruit, & quidem repeti-  
 tione valdè inepta, toties nempe, & hoc ordine confun-  
 duntur cōmunia argumētorum decreta, quoties & quo  
 ordine hīc recitabo: Testimoniū, simile, aduersum, for-  
 ma, simile, testimonium, aduersum, simile, testimonium,  
 definitio, testimoniū, aduersum, aduersum, aduersum,  
 aduersum, contradicens, priuans, coniugatū, genus, ge-  
 nus, genus, aduersum, definitio, definitio, maiora, mino-  
 ro, similia, genus, forma, species, genus, genus, genus,  
 genus: Quæ tot instrumēta, cōmunia sunt omnium quæ-  
 stionum, non modò quatuor problematum. Quamobrē  
 magister inuentionem omnium quæstionum, non solum  
 quatuor problematum communem adhuc informauit,  
 quam

quam negabat inueniri posse: sed suo more informauit, sine perspicua finitione, sine tributione legitima, sine exemplis Homericis, quibus ipse præcipit, perspicuè docenti vtendum: sed contrà miscendo, confundendo, iterando, reiterando: Vnde concludam, Topicam huius doctoris doctrinam, Aristotelis catholica lege sophisticam esse, quia non generaliter doceat, sed tot ineptis modis per speciales quæstiones repetat. Nec tamè hoc eius solum peccatū est, quòd tautologiam, tam nugatoriam tamque Aristoteli damnatā adhibuit, sed quòd de communibus instrumentis multò plura prætermisit omnino, quàm in hoc libro conturbauit: nihil enim est primo Topico de fine, efficientibus, materia, effectis, subiectis, adiunctis, notatione, paribus, diuisione in mēbra, in subiecta, in adiuncta, de descriptione, testimoniis diuinis. Atque ita non solùm errorem illum suum de communi omnium quæstionum inuentione coarguit, quòd eam tradat inuentionem, quam negauerat inueniri posse, sed maiorem etiam culpam suam conuincit, quòd eius partem alteram tot tenebris inuoluit, partem penitùs omittit, atque vsu omni contempto sic in Scholasticos clamores abiicit, vt totam Dialecticā in his Topicis velle perdere videatur.

FINIS LIBRI VNDECIMI.



# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

fessoris, Animaduersionum Aristotelicarum liber duodecimus,

in secundum Topicum,

AD

Carolus Lotharingum  
Cardinalem.



T O V E hæc de instrumentis Topicis: loci deinceps Topici non pari, sed maiore confusione conturbantur: Neque enim magister communes argumentorum locos, qui sequuntur, duntaxat ineptè repetendo, contra catholicam Aristotelis legem confudit, sed his cõmunibus calceorum faciendorum formis, calceos ineptissimos immiscuit, & pleraque inutilia coria omnibus sordibus inquinavit: quibus tamen efficere non potuit: vt problematum proprias inuentiones ostenderet: quin vnã illam inuentionem nostram decem generalibus locis distinctam & perspicuè expositam perpetuò conturbaret. Distinguaui formas communes à calceis, & ab vtrisque inutilia coria, id est generalia argumentorum &

& dialectica præcepta & specialia exempla: & quæ nec communia præcepta sint, nec exēpla singularia: Et docebo (quod scholasticos homines his nugis nimium addictos admiraturos spero) his Topicis non vllam doctrinæ formam describi, quæ percipiamus quid sit res, qua de agitur, quæ partes, quæ cōmoditates: sed insipidissimam negationum matēotechniam, qua contentiofi sophistæ clament non esse hoc accidens, genus, proprium, definitionem: vt hæc Topica non Dialecticorum locorum, sed sophisticarum inficiationum inscribi meritò debeant. De quatuor autem problematis, primum est accidentis: quod magister geminum facit, simplex & comparatum: de simplicis accidentis problemate, secundo Topico agitur, quo placet doctōri à Dialectico suo quæri, sitne huius illud accidens, an non? Hæc materia est, de qua sit secundo Topico deliberandum: hoc argumentum technologix faciendæ doctōri propositū est, vt artes nobis declaret, per quas intelligamus hanc quæstionem, an hominis accidens album sit, an non? & quæstiones de accidente hoc problematis modo pronūtiatas. Adeste igitur ô doctores & professores huius disciplinæ. Qui generale specialiter docet, sophisticè docet, ait Aristoteles: Qui tres angulos duobus rectis pares ostendit per trianguli species, sophisticè agit, ait Aristoteles. At imprimis hoc secundo Topico loci inuentionis generales & communes omnium rerum ad specialem de accidente quæstionem specialiter docentur, & quidem sæpius iterantur: Sophisticè igitur hæc Topica doctrina instituitur: nec omnino propriis præceptis accidentis problema instituitur, vt meliùs quid accidens sit, intelligamus, quàm definitione primi Topici fuerat expositū. Erigite iam animos, & id quod vobis tam constanter obiicio, constanter percipite: Locos doctōris, & quidem vt cœpi, verbis scholasticis ita percensebo, vt nō solùm & formas & calceos & coria separē, sed etiam doceam, quibus generalibus formis calcei singuli sūt formati. Doctōrē igitur ipsum iā audiamus:



Vnus autem locus est, inspicere si quid secundum aliquem alium modum inest, vt accidens assignauit. Hic primus est locus ad destruendum problema accidētis, & quidem ferè solus ex duobus enim & quadraginta huius Topici locis, hic vere solus docet, quomodo probes, illud huius accidens non esse, quod problema hoc Topico instruitur: cæteri verò omnes loci nihil omnino docent accidentis proprium. Quare hunc locum diligenter considerent homines nostri, propter quem solum magister motus sit, vt inuentionem, quæ tota communis erat omnium quæstionum, in his Topicis toties iteraret & conturbaret: quia videlicet cõmunis omnium problematũ inuentio non videbatur ei reperiri posse: vnus enim locus cõmunis videlicet non erat. Verum qualis est hic locus? quoniam cõmunis forma non est, quis est calceus? qua forma argumenti generalis informatus? Magister, primi Topici capite quarto duas accidentis definitiones adhibuit: alteram damnauit, qua dicebatur accidēs, quod neque definitio, neque genus, neque proprium esset: ex hac damnata accidentis definitione doctor topicam disputandi de problemate accidentis doctrinam efficit. Atque ita ex oppositorum forma fit iste solitarius & singularis accidentis calceus: Inest attributum, vt definitio, vt genus, vt proprium: nõ igitur inest vt accidens. Bone Deus, excita magistros huius doctrinæ, vt hæc attentè & consideratè perpendant, & intelligant quales deinde loci proponantur, quam accidentis proprii, vt vel errorem, vel stultitiam, vel fraudem doctrinæ suæ percipiãt: nihil enim est proprii principij in his artibus quatuor problematũ, præter hanc matæotechniam negationum: si dicitur vt genus, vt definitio, vt proprium, non est accidens. Alius locus est inspicere ea, quibus inesse aut omnibus aut nulli dictum est: & considerare secundũ species, & nõ in infinitis. Hic secundus locus iam propriè nihil de accidente disputat, in fine attributum vt accidens, necne, sed communiter de veritate inquirat, an attributum

verè

verè subiecto inſit: quod & exemplis etiã clariùs oſtenditur: Vt ſi oppoſitorum (inquit doctor) eandem diſciplinam quiſ eſſe dixerit, perſpiciendum ſi eorum, quæ ſunt ad aliquid, & aduerſorum, & quæ ſecundum priuationem & habitum, & quæ ſecundum contradiccionem dicuntur, eadem ſit diſciplina. Hic nihil præcipuè admonet magiſter de accidẽte, ſed communiter de veritate, an ſubiecto attributum verè inſit, non vtrum inſit vt accidẽs, necne. Diſtinctiones non defuturas certò ſcio: At pertinacibus ( quoniam magiſtri ſui authoritatem pluris, quàm iura & leges rationum & argumentorum omnium faciunt) magiſtrum contra ſophiſticas diſtinctiones opponam: quem dico his in locis accidẽtis, primo illo dũtaxat excepto, cùm diſputat in eſſe aut non in eſſe, non id agere propriè, vt doceat in eſſe attributum ſubiecto vt accidens, ſed communiter in eſſe, id eſt, verè affirmari: Magiſtrum igitur audiamus primo capite ſexti Topici ita de definitione philoſophantem: Si igitur non verificatur de quo nomen & oratio, ait, ex his qui dicti ſunt in accidente locis conſiderandum: nã illic vtrum verum vel non verum, omnis conſideratio ſit: quando enim quomodo in eſt accidens diſputamus, quod verum eſt, dicimus: quando autem quod nõ in eſt, quod nõ verum. An verò magiſter nobis ab inferis excitãdus eſt, vt voce clariore & maniſteſtiore ſophiſticas diſtinctiones irrideat, & errorem ſuum fateatur? Dico his locis non inſtrui locos, quibus propriè accidentis problema inſtituatur, vt intelligatur, an attributũ ſubiecto inſit vt accidens, ſed communiter de omni quæſtione præcipi, vt intelligatur, verũ ſit, an non ſit, quod quæritur. Hoc idem magiſter doctrinæ ſuæ immemor non fatetur ſolũ, verum etiam profiteretur. Quare iam obtineo, & conuincio quod conuincendum mihi propoſueram, Topico doctori nullam cauſam fuiſſe, inuentionem Dialecticam ad ſingulares problematum alterationes tam miſerè diſtrahendi, cùm vna communis omnium inuentione eſſet: quod ille negabat: & quod ſic diſtractæ

distractæ inuentiones nihil præcipuè quatuor catego-  
 rematum quæstionis instruerent, sed omnes communi-  
 ter adiuuarèt: ideóque doctrinam hîc sophisticam esse,  
 quia generalia præcepta ad res speciales adhibeat. Sed  
 tamen perge: secúdu hic locus partium generalis for-  
 ma est, quod species, quæ in locis inentionis generali-  
 bus locum obtinent, spectandas esse admonet: partim  
 calceus etiam quidam, cum iubet inspicere quibus, aut  
 omnibus aut nulli dictum est inesse. Tertium locum  
 persequere. Aliud est, definitiones facere accidentis, &  
 eius cui accidit, aut vtriusque de vtroque aut alterius:  
 deinde considerare, si quid nõ verum in definitionibus  
 perinde ac verum sumptum sit. Hîc forma est genera-  
 lis: definitio enim & subiectum quod hîc comprehen-  
 ditur magis, quàm explicatur, loci communes sunt: Vi-  
 detur autem locus hic, calceus proprius esse accidētis,  
 vt primus. At vides etiam nominatim in eo quæri verũ  
 & non verum: quod est commune quæstionum omniũ:  
 nihil hîc accidentis est peculiare aut proprium: aut si  
 sit, secundus sit negationum locus. Si definitio accidē-  
 tis ei non conuenit, non est accidens. Ampliùs proble-  
 ma propositionem sibi facientem instare. Hic locus ne-  
 que communis forma calcei est, neque calceus, sed pu-  
 tris solea. Instantia enim vt confirmatio, refutatio, at-  
 que omnino probatio, nullum argumēti certum genus  
 est, sed argumentis omnibus fieri potest: quod enim est  
 argumenti genus, quo nequeas aduersario resistere? id  
 enim est huic magistro instare. Ampliùs determinare,  
 quæ oportet dicere, vt plures & quæ non. Hîc doctor  
 admonet, populum esse linguæ magistrum: rerum sci-  
 entiam à doctis & peritis artium hominibus petendã  
 esse. Calceus est, nec tamen proprius ad accidentis pe-  
 dem, sed communis omnium quæstionum, vbi de ver-  
 bis agitur: argumentum à testimonio & autoritate  
 acceptum, qualis populi magna est in vsu verborum.  
 Quod præceptum tamen Organicus author cum alijs  
 proponit obseruandum, minimè obseruat ipse, qui  
 (cum

stant  
 ar  
 potest  
 vcf

ar  
 mas  
 b. n. s.

( cum Dialectica tota popularis & maximè naturalis esset , & populari imprimis ac naturali sermone posset exprimi ) sophisticum & bene loquentibus inauditū sermonis genus commentus est , de quo iam multis locis disserui . Ampliùs , si multipliciter dicatur : propositum autem sit , quoniam inest , aut quoniam non inest : alterum monstrare eorum , quæ multipliciter dicuntur , si non vtraque contingat . De ambiguitate in Categorijs , in Interpretatione , in primo Topico dictū iam est : neque hīc communis forma calcei , neque calceus , sed sophisticæ sordida & putris solea est . In Elenchis numerantur Hydræ sophisticæ capita , cū auditor ambigua propositæ rei sententia fallitur : At nunc id faciendum esse præcipit hic magister , & hac ambiguitatis captione aduersarium non docendum , sed fallendum esse docet : sic doctorem nihil pudet , se sophisticæ magistrum prædicare : quod idem in fine primi Topici prædicauit . Pergit in eodē ferè genere , & ait : Si autē non lateat , quod multipliciter dicitur , diuisum quotupliciter dicitur & interimēdū & construēdū : ū Hīc neque cōmunis forma , neque calceus , sed putris vt antè , solea . Rursus quæcūque non secūdū æquiuationē dicuntur multipliciter , sed alio modo : Similis solea superioribus . Ampliùs transferre ad euidentius nomen : Hīc forma quædam communis est definitionis : si tamē Topico doctore credimus , qui primi Topici capite quarto hanc nominis elarioris explicationem definitioni subiicit . Ad ostendendum autem , contraria circa idem inesse , considerandum in genere : Hīc duplex communis locus confusus est : aduersorum enim & generis loci generales sunt & communes . Rursus ex specie generi : quæcunque enim speciei insunt , & generi : Forma communis est à specie , quæ iam semel hoc Topico confusa est . Quoniam autē necessarium , de quibus genus prædicatur , & specierum aliquam prædicari , & quæcunque habent genus vel denominatiuè dicuntur à genere , & specierum aliquam habere necesse est , vel denominatiuè ab aliqua specie

rum dici. Genèris locus cōmunis est iam antè hoc Topico semel confusus. Cùm autem facultas non sit argumentationis ad positionem intendendum ex definitionibus, aut quæ sunt propositæ rei, vel quæ videantur: & si nō ab vna, etiam à pluribus. Hæc forma definitionis, communis est omnium quæstionum etiam antè duobus locis hoc Topico confusa. Considerandum autem in proposito, quonam existēte necesse est positum esse, aut quid est ex necessitate, si propositum est. Hic doctor iubet necessaria & antecedentia & consequentia spectari: De quo genere confusionis diximus in abundantia propositionū, quod iis antecedentiū & consequentium nominibus, ferè comprehenditur omne genus argumenti: neque tamen distinguitur: Generales autem res in arte ponere, quarum species cōmodiūs aliis generibus liceat explicare, non est perspicuè docere, sed turbare & confundere. Quicquid verò antecedentium & consequentium nominibus significatur, id causis, effectis, subiectis, adiunctis, dissentaneis, comparatis, nominibus, tributionibus, definitionibus, testimoniis meliūs & clariūs explicatur: cùm tamen horum è singulis quædam necessariò & antecedant & cōsequantur. Hic igitur calceus quidem est, sed incertus & confusus. Ampliūs ad tempus aspiciendum, si alicubi dissonat. Hic calceus est formâ adiunctorum formatus. Ampliūs sophisticus modus, ducere ad id, ad quod plurimam habemus argumentâdi facultatē. Quid verò iam dubitamus, magistère se velit Dialecticum, an sophisticam nominari? Nihil habes quod de proposito dicas? Si modestus esse vis, tace: vel disce priūs, quàm ineptè & sophistice garrias: Imò verò, Inquit doctor, turba aliquid, & à proposito digredere potiūs, quàm taceas. Siccine magister discipulos tuos instituis, vt quod nesciant, malint altercando conturbare, quàm tacendo & audiendo discere? Hic (credo) *υπία δόξα* sunt Topici doctoris, quas scholastici professores secuti tam pertinaces, tam in summa ignorantia obstinati, vt quiduis turbare &

comminifci malint,quàm verum confiteri. Antea docuit magifter, quomodo poffemus aduerfarium fallere ambigui captione:nunc fine vlla diffimulatione fophifticam inftruit.Sed ab hac putri solea & abiefta pergamus. Ampliùs omnis qui dixit vnumquoduis,quodammodo multa dixit,eò quòd plura vniciuique ex neceffitate confequentia funt. Relabitur magifter ad confequentium soleam,quam decimoquarto loco conturbat. Quibufcunque autem neceffarium eft alterum tantùm inefle,vel nō inefle,vt homini ægritudinem vel fanitatem:fi ad alterum facilè poterimus difputare,quod ineft vel non ineft, & ad reliquum facilè poterimus. Hîc communis forma non eft, fed calceus formâ oppositorum formatus. Ampliùs argumentari transferendo nomen in orationem,cum longè magis consentaneum vifum fuerit tranffumere,quàm vt ponitur nomen:vt magnanimum,non fortem,vt ponitur, fed magnum animum habentem. Hîc communis eft forma: notatio enim, eft generale argumenti nomen in Dialectica inuentione. Quoniam autem rerum aliæ quidem funt ex neceffitate, aliæ autē vt in pluribus, aliæ verò vtrūlibet, fi quod ex neceffitate eft, vt in pluribus ponatur, aut quod vt in pluribus ex neceffitate, aut ipfum, aut contrarium ei quod eft, vt in pluribus, femper dat locū argumentationis. Hîc forma communis argumēti nulla eft, fed calceus formâ oppositorum formatus. Ampliùs etfi idē fibi accidens nomen, vt alterum, eò quòd alterum fit, pofuerit:quemadmodum Prodicus diuidebat voluptates in gaudium, iucunditatem, & lætitiā. Hîc argumēti communis forma nulla eft, fed calceus, qui videtur ad accidentis problema propriè accommodari, fed exemplum repugnat: Neque enim Prodicus hoc exemplo ait voluptati accidere gaudium, fed efle voluptatem, gaudium: Detur tamen hic locus accidentis problemati, fi placet, ne ad vnum problema vnus tantùm locus adhibitus videatur, & ad matæotechniā negationum tertius hic locus aggregetur. Quoniam

tem aduersa conuertuntur quidem sex modis, contrarietatem autem faciunt quadrupliciter complexa, oportet accipere aduersa quocunque modo utile fuerit & destruenti & conſtruenti. Hic forma communis est aduerſorum antea hoc Topico confuſa. Amplius ſi eſt aliquid contrarium accidenti, ſi ineſt ei, cui dictum eſt accidens ineſſe: Tertio iam confunditur forma aduerſorū. Aut ſiquid tale dictum eſt de aliquo: quod cum ſit, neceſſe eſt cōtraria ineſſe. Hic forma communis non eſt, ſed calceus formā adiunctorū formatus: ubi etiam aduerſorum forma quarto loco cōturbatur. Rurſus ſi poſitum eſt accidens, cui eſt aliquid contrarium, conſiderandum ſi & contrarij ſuſceptiuum, quod & accidentis eſt. Hoc loco duplex forma cōmunis cōturbatur, & ſubiecti & aduerſi. Quoniam autē oppoſitiones ſunt quatuor, conſiderandum ex contradictionibus eſt conuerſo ex conſequentia interimenti & conſtruenti. Hic generalis argumenti forma confunditur: contradictione ſiquidem, ſpecies eſt aduerſorum. Veruntamen eſt operæpretium doctoris Dialecticam ſapientiam iſto loco cōſiderare: Receperat ſe traditurū artes proprias accidentis, quia communem omnium problematum doctrinā non putabat inueniri poſſe: Nō ſolū reprehendo, quod illam confundat doctrinam communem omnium problematum, ſed maximā Dialecticæ ignorationē in hoc homine demonſtro, qui ſyllogiſmorum modos pro argumentis in inuentione ponit, quod Analytico primo itidem fecit in inuentione medij: Nam hic locus, quam doctor vocat contradictionis eſt conuerſo conſequentiā, ſecundus modus eſt ſyllogiſmi connexi, in quo tollitur conſequens, vt tollatur antecedens: hoc nempe modo, quo magiſter ipſe concludit:

*Si homo eſt, animal eſt:*

*Non eſt autem animal:*

*Non igitur homo.*

An hoc eſt inuentionis locos præſcribere, ſyllogiſmi modos pro argumētis proponere? At dicet aliquis (qui

æquior esse volet, & doctorem Topicum excusare cupiet) tempore Aristotelis nondum erant inuenti syllogismi connexi, discipuli eius inuenerunt, Theophrastus & Eudemus. Verùm hoc est quod dico, Aristotelé ignorasse syllogismi formam, quam pro argumento turbat in inuentione: nec ab Aristotele totam Dialecticam aut inuentã, aut perfectã esse, quod Aristoteles in peroratione logici operis ait, & Aristotelei arcte tenent, accuratèque defendunt. Ac in hoc Aristoteles fallitur dupliciter, & quòd pro argumento, syllogismi formam proponit, & quòd argumentum putat esse à contradicentibus in illo disputandi genere. Separa enim quæstioné eius argumentationis, quæ concluditur, tum intelliges non esse contradictionis argumentum: Quæstio est, an homo sit: pro argumento fumo animal, genus hominis, non contradicens, & ita concludo:

*Si homo est, animal est:*

*Non est autem animal:*

*Non igitur homo.*

Hoc genere conclusionis, & causæ & facta & cetera argumenta, non contradictio solum concludi potest:

*Si homo est, est animal rationale;*

*Non est animal rationale:*

*Non est igitur homo.*

*Si ignis est, calefacit:*

*Non calefacit: Non est igitur ignis.*

Nec sequitur si idem negetur & affirmetur, contradictioque sit in quadam argumentationis parte, iccirco argumentum contradictionis esse: argumentorum enim ratio è re merienda est, ad quam totam comparata testimonia dicuntur: ad alteram eius partem, causæ, facta, subiecta, adiuncta, opposita, comparata, nomina, partes, definitiones. In aduersis autem considerandum si aduersum, aduersum sequatur, an contra seipsa consequentia, an è conuerso & interimenti & constructi. Hic communis forma aduersi conturbatur iam sæpius, & pari cum proxima ferè confusione: Similiter autem in aduersis



sis & in priuationibus & habitibus respiciendum. Pri-  
 uantium talis est hîc ferè confusio, qualis contradicen-  
 tium paulò antè forma est communis : priuantia enim  
 sunt in oppositorum principe inuentionis loco, qualis  
 ferè relatorum confusio sequitur. Similiter autem ha-  
 bitui & priuationi, & in iis quæ sunt ad aliquid, vtendū.  
 Forma argumenti communis est:relata enim è contra-  
 riorum genere sunt sub oppositis : rursus in coniuga-  
 tis & casibus & interimenti & cōstruenti. Hîc commu-  
 nis est argumenti forma : coniungata enim in locis in-  
 uentionis generalem partem obtinent. Distinguit au-  
 tem doctor coniugata à casibus, vt coniugata, nomina  
 sint, vt iustus, iusticia: fortitudo, fortis: hinc deriuata ad-  
 uerbia sint casus, velut iustè, fortiter : Quod discrimen  
 ridiculum est, & à magistro, hoc ipso loco derisum. Am-  
 pliùs in generationibus & corruptionibus & effectiuis  
 corruptiuis & interimenti & cōstruenti. Causarum  
 efficientium forma communis cum aliquo oppositorū  
 calceo hîc miscetur: res enim corrumpitur à contrario.  
 Rursus in similibus, si similiter se habent. Similium cō-  
 munis forma hîc est, sicut loco proximo. Considerādū  
 autè & in vno & in pluribus, si similiter se habet. Rur-  
 sus ex magis & minùs. Hîc forma cōmunis est similiū.  
 Ampliùs vno de duobus dicto, si cui magis videtur in-  
 esse non inest, nec cui minùs: & si cui minùs videtur in-  
 esse, inest, & cui magis. Calceus est ex imparium lo-  
 co, quales sunt duo proximi. Rursus duobus de vno  
 dictis, si quod magis videtur alij inesse, non inest, neque  
 quod minùs: aut si quod minùs videtur inesse, inest, &  
 quod magis. Calceus est similis superiori proximo, vt  
 dixi. Ampliùs duobus de duobus dictis, si quod alteri  
 magis videtur inesse, non inest, nec reliquum reliquo:  
 aut si quod minùs videtur alteri inesse, inest, & reliquū  
 reliquo. Ampliùs ex eo quod similiter inest, vel videtur  
 inesse, tripliciter, quemadmodum in eo quod magis, vt  
 in posterioribus tribus dictis locis dicebatur. Parium  
 forma communis est : Sic verò Topicus magister di-

stinguit paria à similibus: & paria dicit similiter inesse, similia autem similiter habere: quam differētiam quinto capite quinti Topici postea notabit. Ampliùs autem ex appositione. Calceus est magnificus, & doctoris ingenio, artificióque coriario dignissimus, formâ adiutorum formatus. Ampliùs autem, si id ad quod est appositum, aliquid facit magis tale, quale erat, & ipsum erit eiusmodi. Calceus excellentiâ par superiori, effectorum formâ formatus. Rursum si quid magis & minus dicitur, & simpliciter inest. Calceus est formâ comparatorû in qualitate formatus. Eodē autē modo consideriâ lû & in his quæ secundū quid & quâdo, & ubi. Forma quædâ adiutorû hic comprehensa est, quanuis parû diligēter exposita & distincta. Atque hi sunt duo & quadraginta loci ad problema simplicis accidētis, in quibus singulis intellectū est, quàm multi essent ad huius problematis institutū nō necessarij, quàm ineptis & sophisticis coriis calcei Topico artificio confuti: Aristoteles iubet artium præcepta esse per se, id est homogenea, essentialia: Hæc coria tã inepta, non sunt Dialecticæ Topicæ homogenea & essentialia: Præcepta igitur ne sunt. Quâ verò multi necessarij omisi sunt Dialecticæ inuentionis cōmunes loci, hinc intelligi potest: nihil enim de fine, forma, materia, effectis, repugnantibus, tributione in mēbra, subiecta, adiuncta, de testimoniis & humanis & diuinis: qui tamē tot loci ad accidentis simplicis problema nō minùs sunt vtiles, quàm reliqui loci cōmunes isto Topico cōfusi: & quidē quâ cōfusi, ex numero & ordine de singulis capitibus lubet recognoscere: & *πρωτων λογικων* doctoris, & confusionē in memoriâ his versiculis paucis reuocare: Loci inuentionis toties & hoc ordine ab hoc doctore ponuntur, quoties & quo ordine hîc recitabo: Itaque hi sunt, Species, definitio, subiectū, definitio, aduersa, genus, species, genus, definitio, notatio, aduersa, aduersa, aduersa, aduersa, cōtradictoria, aduersa, priuantia, relata, cōiugata, aduersa, efficientia, similia, similia, maiora, minora, maiora, minora, maiora, minora, maiora,

maiora, minora, similia, maiora, minora, adiuncta. An non igitur isti cōmunes loci? an vlla quæstio est, ad quā nequeāt accōmodari? an denique si verè essent expositi, nō sophisticè cōfusi, nō meliùs & clariùs accidēs explicatēt, si opus esset id sciri? vt ex causis, accidētis natura cerneretur, tū ex adiūctis varię res ei cōiunctę, ex oppositis oppositę, ex cōparatione, pares, maiores, minores, similes, dissimiles: atque ita quicquid de accidente dici posset, appareat: Et quidē hīc ô magister, te tuo testimonio premo & vrgeo: negas inueniri posse, quod inuentū manu tenes, quod perturbas, quod ineptissimis nugis confundis. Etenī tu, qui veteres sophistas irrides, & inertes calceolariolos appellas, quia pro cōmunibus & generalibus doctrinę præceptis inepta quædā exempla & argumēta proponerēt, qualē tuā futrinā vis estimemus? qui nō solū calceos nullos bonos facis, sed vtilis formas faciendorū calceorū, & instrumēta bona corrūpis? Erāt loci illi cōmunes omniū quæstionū explicandarū, id est formę faciendorū infinitorū calceorū: tu ad vnū dūtaxat accidentis pedē calceandum astringere voluisti: & quidē quā ineptè! quā fallaciter! quā sophisticè! Dicit magister cōmunē omniū problematū inuentionē tradi non posse: fallit & imponit, & fallaciā suam testimonio suo conuincit: pollicetur artē propriā simplicis accidētis, & locos duos ac quadraginta describit, tanquā problematis huius proprios: fallit rursus, quia de toto illo triū & quadraginta locorū numero tres ad summū tantū sunt accidētis simplicis proprij: qui tamē nō docent, quid sit accidēs, sed vana negationū & inficiationū matæotechnia disputāt, quid non sit. Ita tantę confusionis causa à doctore, quinto capite primi Topici posita nulla est: nec tamen id magister præstitit, quod per falsam causam se præstaturū receperat: Denique notas illas Aristoteleorū principiorū hīc adhibe, per se & vniuersaliter primū: senties quā multa hīc per se non fuerint, quā multa vniuersalia primò fuerint.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

C iij

P. Ra.



# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

fessoris, *Animaduersionum Aristotelicarum liber decimus tertius,*

*in tertium To-*

*picum,*

*AD*

*Carolum Lotharingum*

*Cardinalem.*



**D**E secundi Topici inuentione ad simplicis accidentis problema composita dictum est, ad tertium Topicū veniamus. Hic magister problema comparati accidētis instruit: Primi enim libri capite quarto (nam hoc tertio libro nihil de hoc dicit) id ita visus est dicere, cū dixit: Annectantur autem accidenti & quæ ad inuicem sunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ, vt vtrūm honestum, an quod confert, expetibilis: & vtrūm quæ est secundum virtutem, an quæ secundum voluptatem, suauior vita: & si quid aliud similiter his est dictū: in omnibus enim talibus vtri magis prædicatum accidit, quæstio fit, Magister hic ait omnes comparationes accidentis, problemati accidentis subiici. Verūm quamobrem ad istam accidētis compa-

rati

rati quæstionem separati loci traduntur? an non qui iam traditi sunt, satis esse poterant? per eos enim omnis est veri & falsi consideratio, ut ipse ait. Quid igitur? an non potest (hoc enim iam expecto) vna vtriusque accidentis & simplicis & comparati esse inuentio? At nos omnium quæstionum communem inuentam esse docuimus: at magister se tradidisse penè est gloriatus: Omnia igitur Topica reliqua vana & inutilia sunt: sed tamen ea consideremus. Magister artes se nobis traditurum ait, per quas de omni comparationis quæstione differamus: quomodo? tradet hoc tertio Topico locos tres & octoginta, per quos disputetur vna quæstio moralis, de duobus vtrum melius, aut quid de pluribus optimum: nec quicquam præterea. Doctoris huius nouus semper aliquis existit error. Secundo Topico pollicebatur se traditurum artes proprias ad problema accidentis: dedit communes omnium problematum, omniumque quæstionum: Tertio pollicetur se traditurum artes de comparati accidentis quæstione: at duntaxat vnam moralem (neque enim omnem moralem, quæstionem instruit) vtrum melius, quid optimum: de cæteris & moralibus & physicis & dialecticis & mathematicis, & innumerabilium rerum comparati accidentis quæstionibus obmutescit: vtrum fortius, iustius, sapientius, quid fortissimum, iustissimum, sapientissimum: vtrum calidius, humidius, frigidius, siccus, quid calidissimum, frigidissimum, humidissimum, siccissimum: vtrum acutiùs, certius disputatum, quid acutissimè, certissimè disputatum: Denique de tam multis comparati accidentis quæstionibus, quæ (excepta doctoris vna quæstione morali) in omnibus artibus ac disciplinis, in omnibus etiã rebus, quæ nulla disciplina comprehenduntur, fieri mouerique possunt, magister obmutescit. Magister igitur hinc etiam labitur, qui vna expetendi & fugiendi comparatione credit omnes comparati accidentis quæstiones contineri: Sed tamen huius tertij Topici doctrinam breuiter perstringamus. Loci sunt (ut dixi) tres & octoginta pueriliter

pueriliter ad illam quæstionem expetendi, & fugiendi accommodati, quorū plerique sunt communes loci hic confusi, & ad problematis pedē Topico artificio arctati. Non exponam singulatim, vt antea, qui nō necessarij loci conturbentur, cū totus liber ad nullum dialecticæ inuentionis vsum necessarius sit: Doceamus potius in his tenebris, qui prætermittantur necessarij; hoc verò eadem operâ faciemus, si recēseamus, qui cōfundantur. Ergo vt antea, & quoties & quo ordine confundantur, è capitibus ( ne molestus sim si longiore oratione rem persequar) liceat id intelligere: Sunt autē capita locorū, Efficiens per se, aduersum, subiectū, subiectum, subiectum, finis, finis, finis, finis, finis, finis, efficiens, aduersum, simile, simile, simile, adiuncta, coniugata, effecta, simile, maiora, minora, aduersum, aduersum, coniugatum, efficiens, maiora, minora, similia, genus, species. Atque loci qui sunt ex causis, factis, adiunctis, oppositis, comparatis, nominibus, tributione, nō explicantur hoc libro, sed confunduntur, vt in superioribus libris: & ita confunduntur, vt plerunque & ex ipsis falsi calcei fiant, quæ admodū ferè omnes ex eis formati. Quod sanè interpretes negare quidem nō possunt, sed tamen quia Topicus magister author est, arbitrantur (opinor) etiā quòd manifestè falsum sit, probabile tamen videri oportere, quia probabile dicatur, quod sapientibus videatur: Sapientè verò doctorem, imò verò sapientiā ipsam scholasticis videri: Quare & eius mendacia esse quoque probabilia & verisimilia argumenta, idque ad Topicam doctrinā satis esse. At ô professores Topici, meministis (opinor) quoties iā, quoties ad Aristotelis doctrinā vos reuocorationē in memoriam reuocate. Nulla vera præcepta sunt scientiæ vel artis nō de omni, non per se, non vniuersaliter primò: nobis est de arte, de doctrina, de scientia vobiscū contentio: præcepta vestra non solum nugatoria, vana, manca, inutilia, sed falsa etiam sunt: confitemini: & me (credo) distinctione ista sophistica eluditis? Sed istas doctoris laudes omittamus: multi non neces-

sarij loci confunduntur, vt calcei sunt huius Topici, à diuturno, à meliore, ab arte, à pluribus, à voluptate, ab appositione, à suppositione, & similes: ad quæstionem enim comparationis & moralis & physicæ & rerū denique omnium, cōmunes loci satis superque sunt: Multi de necessariis locis in hac etiam confusione præmittuntur: nihil enim de forma, materia, priuātibus, re-  
 latis, contradicentibus, repugnantibus, paribus, dissimilibus, omnium tributionum (genere & specie exceptis) modis, difinitione, testimoniis: qui tamen loci ad comparati accidētis disputationem tam attinent, quàm reliqui. Vrgeamus verò, quod in hoc iudicio superioribus libris persecuti sumus: Topicus doctor existimauit sibi tot tenebris inuētionem Dialecticam conturbandā esse, quia cōmunis omnium quæstionū doctrina reperiri non posset. At ea vt in Categorematis, sic in Categoriis, Interpretatione, abundantia propositionum, inuentione mediij, Analyticis posterioribus, primo Topico, secūdo Topico, tertio denique hoc Topico conturbata est: nec vllum omnino proprium præceptum descriptum, vt receptum erat, per quod comparati accidentis omnis quæstio tractaretur: quinetiam illa generalis & communis doctrina laudata est, quam negauerat magister inueniri posse. Attendamus verò etiam hīc Topici doctoris vocē, qua communes loci (quos negat inueniri posse) iam inuenti laudantur: Sumendum (ait) quàm maximè vniuersales locos, de eo quod est magis & minus: nam sic sumpti, ad plura vtiles erunt. Quid potest ista laude clarius esse & illustrius? Quid autem potest ad Topici doctoris tenebras damnandum, doctoris hoc testimonio esse valentius? At laudem istam geminat, & inconstantiam suam noua testificatione condēnat: Maximè (ait) opportuni & communes loci, qui sunt ex oppositis & coniugatis & casibus. Ergo hic posterior magister sapientior est illo priore: Prior enim ille negauit locos omnium quæstionum communes inueniri posse: & si inuenirentur, insuaues fore: At hīc posterior com-  
 munes

re p  
 a 3  
 top re pcc

munes locos tradit: licet confusè, tamen tradit: Ergo possunt inueniri, quia inuenti sunt. Idem posterior magister eosdè locos magnificè cõmendat, & summa laude celebrat: Nõ sunt igitur & insuaues & iniucüdi, quia tãtoperè ab eo celebrati. Cõcludamus igitur totam hãc de problematis accidētis quæstionē. Doctor propriam accidētis disputationē Dialectico suo proposuit: verùm parū Dialecticè, quia quæstio omnis in vniuersum, non hęc aut illa Dialectico proposita est: & de accidente in Dialectica præcipi nihil necesse est. Doctor credidit nullam inuentionē omnium problematū communē inueniri posse: atque iccirco singulorū problematū inuentiones sibi necessariò tradēdas putauit: verū nequaquã Logicè: nã cõmunis illa inuentio ante natū eum inuenta erat, & ab eo ipso tot iam libris quauis confusa, adhibita tamen & laudata, & probata, & celebrata. Doctor proprias artes se traditurū recepit, quibus quæstionē accidētis & simplicis & cõparati disputare propriè & explicare possemus, an esset huius illud accidēs an nõ: an esset huius illud de duobus magis accidēs, quàm alterū: an de pluribus maximè: centum & triginta locos accumulauit: quorum vnus, tres ad summum, magnificã illã negationum, & Topici doctoris ingenio dignissimam matæotechniam declarant.

*Si prædicatur vt genus, non est accidens:*

*Si definitio accidentis ei non conuenit, nõ est accidens:*

*Si est idem sibi, non est accidens.*

Loci problematis (quod doctor sibi proposuerat) proprij nulli præterea sunt: Cogitemus igitur an aliqua sic negationum & inficiationum doctrina: id est, quæ nihil scire nos doceat. Tales verò reliquorū Topicorum matæotechniæ sunt ex negatis sophismatis, non ex præceptis rem certam & solidam instituentibus.

FINIS LIBRI DECIMITERTII.

P. Rami



# P. RAMI, REGII ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

*fessoris, Animaduersionum Aristotelicarum liber decimus quar-*

*tus, in quartum Topicum,*

A D

*Carolum Lotharingum  
Cardinalem.*



**S**QUI TVR ad problema generis, insignis negationum & inficiationum matæotechnia, & quidem ex locis septē & octoginta, quorum duo tantum docent quid sit genus: non noua tamen aliqua doctrina, sed repetita generis de primo

lo  
fuit  
ortoy te  
coarctat ut a d tr.  
parab  
ut is  
duo  
tant  
ent  
op d  
g  
unt r  
f

Topico definitione: hi duo loci numero nonagesimo & nonagesimo primo distinguuntur à nostratibus typographis: in iis *ταυτολογία* est: in cæteris, si quid generis proprium continent, negationes sunt: exceptis paucis quibusdam locis communibus, quorum quidam non proprie de genere, sed vt in accidēte, communiter de vero, & non vero loquuntur: Reliqui loci, inficiationes habēt, per quas quid non sit genus, id est de genere, beneficio tanto doctoris Topici nihil intelligamus. Atque hic liber & duo proximi Topici libri, negationum meritò queant appellari. Quibus in rebus si nostri homines doctoris sui ingenium & artificium contemplati fuerint, quanuis eum antea principem & deum quendam philosophorū existimauerint, tamen hac negationum matæotechnia percepta longè alium iudicabunt. Quod vt intelligant, non multis ad refellendum argumentis

re

+

argumētis, sed facili & perspicuo exemplo tātūm optis est, vt res ante oculos ponatur. Sit igitur, qui nunquam fuerit, qui neque (vt spero) futurus sit: sit tamen (quoniam liberæ sunt nostræ mentes, & quiduis facilè cogitantes intuentur) sit nobis inquā, Grammaticus aliquis, Donatus (si lubet) qui cū nomen ita definiert, Nomé, est pars orationis cū casu, corpus aut rem propriè communiterue significans: Tum ad sophisticā & inanem ingenij ostentationem gloriatur se traditurum artem, per quam mirandum in modum nominis cognitionem assequamur: atque ex definitionis illius particulis sophisticata ista describat:

*Si non est pars, non est nomen:*

*Si non est pars orationis, non est nomen:*

*Si non cum casu, non est nomen:*

*Si non corpus aut rem significat, non est nomen:*

*Si non propriè aut communiter significat, non est nomen:*

*Si nihil significat, non est nomen.*

Repetat idem etiam sæpius, vt magister quintum locum in decimo quarto, & efficiat ex duobus vnum:

*Si non sit pars orationis cum casu, non est nomen.*

Tum verò ad has ineptias augendum, ex aliis partibus orationis dicat:

*Si est pronomen, non est nomen:*

*Si est verbum, non est nomen:*

*Si est participium, non est nomen:*

*Si est coniunctio, non est nomen:*

*Si est præpositio, non est nomen:*

*Si est interiectio, non est nomen.*

*Si est cum casu, & propriè communiterue significet corpus aut rem, est pars orationis, est nomen:*

Tandem

Et similes vndique ineptias colligat. Postremò ex tā variarum partium inter se repugnantia, locos septem & octoginta conficiat, vt par sit Topico doctori. At Topicus magister istam nobis sophisticam delirationem in hoc Topico præbuit: Hanc fatuam & stupidam negationum matæotechniam isto Topico proposuit. Definit enim

enim primo Topico genus his verbis : Genus est, quod prædicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quid est: sic Donatus nomen definierat. Ex definitionis huius particulis locos exornauit mirificarum negationum: quos suis numeris (vt in libris nostratibus vulgò distinguuntur) distinguam: Et primùm ex ea particula, quæ significat generi multas esse subiectas species, de quibus dicatur:

8 & 79 *Si de nulla specie prædicatur, non est genus.*

31 *Si de vnica specie prædicatur, non est genus.*

2 *Si de aliqua specie sibi subiecta prædicatur, non est genus.*

18 *Si definitio generis non prædicatur de specie, non est genus.*

9 *Si de pluribus species, quæ genus dicitur, non est genus.*

10 *Si de æqualibus species & genus, non est genus.*

Hi loci ac similes obscurioribus etiam verbis à doctore descripti sunt, ex ea particula definitionis, quæ significat, genus species plures habere, de quibus affirmatur: eadem illa generis definitio primo Topico posita, declarat non esse genus, nisi prædicetur de differentibus specie: itaque doctoris acumen hîc elaborauit.

80 *Si non differunt specie, de quibus prædicatur, non est genus.*

11 *Si non sit alicuius indifferentium specie, non est genus.*

His tricis subtiliores longè, quàm ab illo Grammatico fingi potuissent, adduntur: per quas (tantus orator est hic magister, qui ex vna definitione librum vnum confecerit: qui è re minima maximam fecerit!) tamen magis probatur nō esse speciem, quàm non esse genus.

7 16 21 *Si species prædicatur de genere, non est genus.*

7 *Si de aliquo prædicatur species, de quo non genus, non est genus.*

Eadem illa definitio generis docebat nō esse genus, nisi prædicaretur in quid: hos igitur repentè pro suo excellenti in sophismatis comminiscendis ingenio, locos magister exornauit: In quibus etiam admiscuit repugnantiam

gnantiam aliorum categorematum, accidentis & differentia, vt Donatus ille, verbi & participij.

- 3 Si non prædicatur in quid, sed vt accidens, nõ est genus.  
 82 Si est in subiectu specie, vt accidens, non est genus.  
 4 Si definitio accidentis ei conueniat, non est genus.  
 71 Si prædicatur secundum quid, & per accidens, non est genus.

Omnes hi loci monstrant genus non esse, si prædicatur in quale, vt accidens: Similes ineptiæ sunt in hoc Topico, quæ demonstrant, genus non esse ratione differentia, quæ item in quale, non in quid prædicatur: similes inquam, sunt locis permultis (ne ipse ineptus sim, doctoris ineptiis tam anilibus ad verbum recitandis) similes inquam, sunt numero 23, 24, 76, 92, 93, 94. Consideremus enim qualis hæc sapientia sit: an sit vlla disciplina, quæ nihil definiat, nihil partiatur, nullas generum partes aut species interpretetur, nullum solidæ cognitionis vsum præstet: Id est (vt Aristoteles verè docet) quæ nullum de omni, per se, vniuersale primò præceptum habeat: tum assumamus Topico quarto non definiri genus aliter, quàm fuerat antea finitum: nullas eius varietates, nullas differentias, nullum vsum, nullum fructum declarari: nullum denique generis præceptum de omni, per se, vniuersaliter primò tradi, sed inauditam Sophisticam institui. Aggregentur verò ad istam Grammatici sophismatis elegantiam in hoc Topico solæ ab æqui uoco, metaphora, potestate, potente, passione, vniuoco, peiore: Tum verò concludamus, quàm multi loci non necessarij, hoc Topico confundantur, cum totum Topicum inutile & vanum sit. Vt verò percipiatur, quàm multi necessarij loci prætermittantur, recenseamus ex nudis vocabulis, qui loci communes confundantur & quoties; tum facile percipietur, quàm multi omittantur. Hi verò loci sunt, Species, species, species, species, species, species, species, species, genus, genus, genus, species, genus, species, definitio, forma, forma, aduersum, species, species, species, forma, forma, forma, species, genus, aduersum, aduersum,

aduersum, aduersum, aduersum, aduersum, aduersum, aduersum, aduersum, aduersum, aduersum, coniugatū, simile, efficiens, efficiens, priuans, priuans, contradicens, relatum, relatum, relatum, relatum, relatum, relatum, relatum, relatum, relatum, priuans, priuans, subiectum, totum, pars, efficiens, genus, forma, species, species, maiora, minora, maiora, similia, maiora, similia, similia, forma. Hi loci communes sunt quarto Topico nō expositi, sed cōfusi, in quibus tamen nihil de fine, materia, effectis, adiunctis, repugnantibus, paribus, dissimilibus, tributione in subiecta, adiuncta, testimoniis dicitur: qui tamen loci tam poterant ad problema generis accommodari, quàm superiores illi confusi. Atque de genere (si communes loci diligenter intellecti sint) quāto dicitur acutiùs quicquid dici potest, quàm ex hac cōfusione & matæotechnia clamatur? Cùm enim causas penitus videris, res extrinsecus adiunctas, & oppositas, & comparatas, denique & nomina: quid erit omnino generis, quod non percipias? Dicebat magister quinto capite primi Topici, communem inuentionem omnium problematum inueniri non posse: At refutatum est hoc antea in Categorematis, Categoriis, Interpretatione, abundantia propositionum, inuentione medij, posterioribus Analyticis, primo Topico, secundo Topico, tertio Topico, & nūc quarto iterum refellitur. Recipiebat iccirco magister se proprias artes ad problema accidentis antea secundo & tertio Topico, nunc quarto ad problema de genere descripturum: secundo & tertio nihil proprium accidentis præter matæotechniam trium inficiationum: quarto nihil item proprium generis præter inficiationum & negationum non trium, vt antea, sed ferè perpetuarum vanitatem inauditam & propè incredibile proposuit. Quid ergo hīc ampliùs contra ista à me dici necesse est? Comparemus Grāmatico illi deliranti magistrum Topicum: & audeamus à nobis ipsis quærere, quorsum ista discantur, quem fructum sint allatura. Dixi duobus superioribus Topicis, tantam

centum & triginta locorum confusionem inutiliter ad  
 accidentis problema accommodatam esse, quia in tota  
 Dialectica verè tradita nihil omnino necesse sit, quid sit  
 accidens. explicari: & si necesse esset, ad id tamen artes  
 proprias ab hoc magistro non describi. Hic paulò aliter  
 de genere sentio: generis in Dialectica valdè necessa-  
 riam cognitionem esse: sed eam cōfirmo & demonstro,  
 quarti Topici nugatoriis sophismatis nihil adiuuari.

FINIS LIBRI DECIMIQUARTI.

# P. RAMI, REGII ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

fessoris, *Animaduersionum Aristote-*  
*licarum liber decimus quintus,*

*in quintum Topicum,*

*AD*

*Carolus Lotharingum*

*Cardinalem.*



V I N T O Topico sequitur problema  
 proprij, cuius nulla est in Dialectica  
 omnino necessaria explicatio, vt in Por-  
 phyrio dixi: nec magis necesse est in  
 Dialectica præcipi quid proprium sit,  
 quàm quid commune: hoc totum sensu  
 communi, & verbi intelligentia populari cōtentum est:  
 quãuis hîc magister proprium non exponit solùm pro  
 categoremate simplici, vt Porphyrius videtur, sed etiã  
 pro definitionis specie, quam in nostra Dialectica, de-  
 scriptionem nominauimus: Sed tamen nomine proprij  
 nō decet descriptionem cōfundi: nec magis descriptio,  
 quàm

quàm definitio propria vel esse vel dici debet. Attamen  
 vt in accidētis (cuius item præceptio in Dialectica nul-  
 la necessaria est) sic in proprij problemate iactationem  
 suã sophisticã Topicus doctor habuit, attingã breuiter  
 locos non necessarios hîc confusos: tametsi totus liber  
 (vt dixi) omnino inutiliter confunditur: Principio non  
 definit proprium: genera eius tria enumerat, quod per  
 se & semper, quod ad aliquid, quod aliquando: ex tribus  
 propositis generibus duo reicit: & se vitiosè partitum  
 esse ostendit, qui in partitione comprehendit, quod  
 redundaret & amputandum esset: tertium retinet, quod  
 per se & semper inest: ad quod pollicetur se artem To-  
 picam propriam & certam accommodaturum. At nul-  
 lum ferè præceptum toto libro de illo proprio, sed om-  
 nia sunt ferè de proprio quodam fictitio secundũ quid,  
 & quidem falso. Locos singulos percensebo, & numeris  
 vt antea, distinguam: Principium Topici quinti doctor  
 orditur à sordibus sophismatum, petitione principij, ho-  
 monymia, nugis: sic enim vocat in Elenchis, cũ ex igno-  
 rioribus disputatur, cũ ambiguè disputatur, cũ sæ-  
 piùs idem inutiliter dicitur: quorum tamen locorũ om-  
 nes qui affirmant, falsi sunt, si absolute sumantur: non  
 enim sequitur, si notius, si non ambiguum, si non fre-  
 quenter dictum, vt proprium sit. Loci alij similis falsita-  
 tis sequuntur, quibus probare vult nõ bene assignatum  
 esse proprium:

16 *Si nomen commune in proprio non bene assignatum.*

At falsò, vt hîc (Substantia, res quæ per se subsistit)  
 bene assignata est ista descriptio, & non potest in ea nõ  
 esse nomen aliquod maximè commune.

18 *Si plura propria proponit.*

At falsum: sæpe enim res ex multis proprietatibus  
 describitur.

20 *Si eodem vititur cum subiecto, aut eius aliquo.*

At falsum: nã omnis descriptio aliquid est subiecti.

22 *Si vititur opposito, aut simul naturã, aut posteriore.*

At falsum: Sæpe enim describitur res ex aduersis:

D ij sæpe

sæpe ex relatis (quæ naturâ sunt simul) sæpe ex adiunctis, quæ sunt posteriora.

24 *Si non semper conuenit.*

Sic Donatus, Si non est pars orationis, non est nomen: hoc enim fuerat in definitione proprij, vt semper & soli conueniret.

26 *Si proprium nunc assignans, id non exponit.*

Hoc proprij genus reiecerat primò, & proposuerat se nihil de eo dicturum: hoc falsitatis non est, sed incōstantiæ & obliuionis.

28 *Si non manifestum, nisi sensu.*

At falsum: Nam multa rerum singularum & sensibilibus propria sunt, quæ non nisi sensu primùm percipiuntur: & nihil est omnino sensu perceptum, quod mente apprehendi nequeat.

30 *Si est definitio.*

Si est pronomen, ait Donatus, nō est nomen: Sic magister, Si est definitio, non est proprium.

32 *Si non aliquid in quid ponit.*

At falsum: Infinitæ enim descriptiones sunt, que nullum genus possint habere.

Ex oppositis autē horum locorū & cōtrariis locis, id est ex affirmationibus, magister docet propriū cognosci secundum loci ipsius rationem: sed cum infirmitas ipsa falsa aut inepta sit, quid potest affirmatio contraria doctrinæ præstare? Deinceps autem pollicetur artem communem, vtrū proprium omnino sit: loci sunt:

34 *Si nulli conuenit, non est proprium.*

Sic Donatus, Si nihil significat, non est nomen. Cōtrarium locum tradit magister, sed falsum: quia definitioni conuenit, omni conuenire.

36 *Si non conuersim dicitur, non est proprium.*

Sic Donatus, Si non est cum casu, non est nomen. Quartus artificij illius singularis locus: contrarium locum tradit magister ad affirmandum: sed falsò, quia definitioni conuenit.

38 *Si subiectum est proprij, non est proprium.*



Sic Donatus, Si est verbum, non est nomen : quartus Donati locus. Cōtrarium locum tradit magister ad afirmandum, sed falsò, quia reliquis categorematis conuenit.

40 *Si indicat quid est, non est proprium.*

Sic Donatus, Si non propriè aut communiter significet, non est nomen : fuerat enim in definitione proprij, vt quid est, non significaret : & similis fuerat decimus tertius locus capituli antecedentis. Contrarium locum ad afirmandum docet magister, Si non quid est, indicat, & conuersim prædicatur, est proprium. Sic Donatus, Si sit cum casu, & pars sit orationis, corpus aut ré propriè communitèrue significans, est nomen: hæc enim definitio proprij fuerat primo Topico posita.

42 *Si non simul, sed prius vel posterius, non proprium.*

At repugnantem & contrarium locum posuit superiore capite : & seipsum nunc condemnat: contrarium etiam locum ad afirmandū tradit: sed falsò: simul enim definitio est cum re definita, non solum proprium.

*Si simul insit, non terminus, neque differentia.*

Sic Donatus, Si est cum casu, neque verbum, neque participium, est nomen.

44 *Si eorundem non est idem proprium, non est proprium.*

Sic Donatus, Si idem non est nomen, non est idem nomen: locus octauus Donati, cui contrarius additur. Simili sapientia locus sequitur:

46 *Si eorundem specie, non sit idem specie proprium, non est proprium.* Sic Donatus loco nono, Si eadem specie nomina non sunt, non est nomen : contrarius item additur.

48 *Si non proprium est subiecti et accidentis, non proprium.*

Hunc locum sophisticum vocat magister : nihil refellamus: simus hîc eius testimonio contenti ad sophisticam probandum, quem hanc Sophisticam docere nihil pudeat.

49 *Si quod natura est, assignat per semper, non proprium.*  
Hic locus est sophisticus doctore, sed nobis ridicu-

lus est: non enī bipes & rationale significat, quod duos pedes nunc habeat, aut nunc utique ratiocinetur, sed quod naturā tale sit: contrarium tradit magister ad affirmandū, sed falsò: definitioni enim id potest cōuenire.

51 Proponit deinde doctor difficultatem assignādi proprii, & longa satis oratione: Tum sequitur,

55 *Si idem eiusdem ponitur proprium, non est proprium,*

Sic nec Donatus quidem vel somnians posuerit. Contrā verò ( ait magister ) si non est eiusdem & conuersim dicitur, est proprium: verūm id falsò; definitionis enim commune est.

57 *Si quod proprium totius dicitur, de similibus partibus non dicitur, non est proprium.* Calceus est ex diuisionis loco: Contrarius locus, quem tradit magister, falsus est, & communis cum definitione. Sequuntur loci vndecim communes ex aduersis, relatis, priuantibus, contradicentibus, cōiugatis, similibus, quos si perpetuò secutus esset magister, quanuis artem communem ad hāc proprii quæstionem insipienter astrinxisset, tamen non in tam fœdas tenebras incidisset.

80 *Si quod secundum esse dicitur, non est eius quod secundum esse dicitur, proprium, non proprium.* Hic calceus, est doctoris sutrina dignissimus, qualis & contrarius ad affirmandum.

82 *Si idæ non inest, non proprium.*

Calceus mirificus, & dignus qui inter magistri Topica calceus princeps habeatur: qualis est ei cōtrarius. Sequuntur deinceps loci septem ex comparationibus parium, maiorum, minorum, similibus: Olores videlicet inter coruos. Postremi duo sunt ex potentia & abundantia planè inepti. Atque hos præclaros de problemae proprii locos non dico falsos, non dico sine vsu, non dico sophisticos, sed tam stupidos, tam sine vlla cōmunis sensus, ac iudicij mica cū considero, non exclamare profectò non possum, Pro ingenij humani pudor, tādū homines his tricis apinisque falli, decipi, hebetari!

*O curuæ in terras animæ, & cœlestium inanes!*

Hæc

Hæc sophismata falsa, inania leguntur, clamantur tandiu: veritatem, vsum, vtilitatē nemo adhuc tot scholis, tot temporibus exquisiuit? Excitate vos scholaſtici professores, cogitate aliquando, & attentē & dialecticē has Topics tenebras perpendite: quā multi loci nō necessarij cōfundantur, quā multi loci necessarij præmittātur, quā tota ista congregata ex omnibus sophismatis matæotechnia nihil proprij problema adiuuet. Primū in hoc Topico ex singulis capitibus ostendimus, quā totus hic quintus liber tenebricosus sit: Secundū ex communibus locis hic confusis æstitemus, vt adhuc in cæteris Topicis fecimus: Capita ex nominibus nudis proponantur, perissologia & confusio sic erit: Aduersum, aduersum, definitio, definitio, subiectum, subiectum, subiectum, coniugata, species, pars, totum, pars, totum, aduersa, aduersa, relata, relata, priuantia, priuantia, contradicentia, aduersa, aduersa, coniugata, coniugata, aduersa, coniugata, aduersa, cōiugata, similia, similia, similia, similia, maiora, minora, maiora, minora, maiora, minora, maiora, maiora, contradicentia, contradicentia, contradicentia, contradicentia, contradicentia, minora, paria, similia, similia, similia, similia, similia. Hos locos communes magister hoc Topico nō generaliter & communiter explicat, sed suo more confundit: & ex his omnibus formis calceos ad proprij problema facit, sed ineptos: in quibus tamen nihil de caussarum generibus, de factis nominatim atque adiunctis, de repugnantibus, dissimilibus, de tot tributio-num testimoniorūque modis: Qui tamen loci non minū sunt ad disputandum problema apti, quā qui confunduntur. Quinetiam soleas addit calceis, & superaddidit à sensu, participatione, idea, potētia, superabūdantia: & tamē ex hac cōfusione tāta intelligimus, quā vanus, quā sopitus sit magister, qui neget cōmunes locos inueniri posse, quos perpetua caligine sepelit. Sed tamen quoniam videmus, quā multi necessarij loci sint omīssi, addamus & accessionem, quōd his

locis non docetur vlla de proprio doctrina, neque hi-  
sce sophismatis de proprio institutum problema quic-  
quam adiuuatur.

FINIS LIBRI DECIMIQUINTI.

# P. RAMI, REGII ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

*fessoris, Animaduerſionum Aristote-  
licarum liber decimus sextus,  
in sextum Topicum,*

AD

*Carolū Lotharingum  
Cardinalem.*



DEFINITIONIS problema postre-  
mum est, quod (vt accidentis) duplex  
magister facit: aut enī definitio quæ-  
ritur, aut de eodem & diuerso: quod  
doctori, primo Topico placet an-  
nexum esse definitioni, vt comparatio-  
nes connexas esse accidenti: De de-  
finitione autem sexto Topico, de eodem & diuerso, se-  
ptimo disputabitur: Institutum meum retinebo, decla-  
rabo breuiter qui loci non necessarij confundantur: de-  
inde ad alias quæstiones veniam. Diuidit magister ini-  
tio sexti Topici, considerationem huius problematis in  
quinque partes, vt consideretur, si definitio vera sit, si  
nō constet ex genere proprio, si non propria, si non de-  
finit, neque quid est, dicit, si non bene definit. O parti-  
tionem ineptam! Cætera vitia eius prætermittam: vnū  
hoc

hoc duntaxat quæram, quod quinto loco est, an possit esse definitio vera, constans ex proprio genere rei definitæ: propriè definiens quidem rem, & quid est, significans: quæ non rectè definiat. Quid est definitio, magister? Oratio, quid erat esse significans, ais primo Topico. At tu hîc te ipsum scilicet vanum arguens, affirmas posse fieri, vt definitio non sit, quanuis vera, quanuis in genere proprio constituta, quanuis propria, quanuis etiam (quod caput est) quid erat esse significans. Quid est igitur? an doctorem, primo Topico falsum doctorem, an hîc inconstantem & leuem esse maluimus? Nûquàmne de sophisticis hominis huius peccatis & ludibriis liberè cogitabimus? Sed reliqua videamus: Primâ huius præclaræ diuisionis partem ad accidentis locos remittit, vt cognoscatur, verane sit definitio: Quia (inquit) illic vtrum verum vel non verum, omnis consideratio fit: quando enim quod inest accidens, disputamus, quod verum est, dicimus: quando autem quod non inest, quod non verum. Hic locus est, qui vehementer doctorem (vt antea dixi) accusat & damnat: Locos ad accidentis problema se traditurum sponderat, quia negauerat, omnium quæstionum communes locos inueniri posse: At non modò communes illos tradidit, sed se tradidisse testificatur: Omnis (ait) est in accidentis locis consideratio: vtrum verum, an nō verum: Atqui in omni quæstione ô magister, nihil quæritur, nisi verum, an falsum, an verè Dialecticum, verè honestum, verè humanum, verè bonum: in omnibus denique syllogisticis quæstionibus verum an falsum quæritur: sunt enim verum & falsum (vt scholæ loquuntur) termini transcendentis: quiduis enim verum est aut falsum. Atque hîc (quod scholastici minimè fortasse suspicentur) magnas huic magistro gratias & immortales habeo agoque: quamobrem? quia ad expugnandas eius tenebras, ad euellendum ex animis simplicium & imperitorum hominum tam mendacem & fallacem opinionem, se nobis tam acrem, tamque præsentem adiutorem præbuit.

Ad

t-5  
l

Ad reliqua veniamus. Quod ad secundam & tertiam partē diuisionis de genere, deque proprio attinet, nos ad generis & proprii locos remittit: id est, nugas agere præcipit: Ac quartam & quintam partes proprias videlicet artis deinceps instruit. Magister hîc idem sarcinator erit, qui antea fuit: cōmunes calceorum formas ad problematis huius pedem accommodabit: calceos etiā nouos aptabit: ac negationum & inficiationum tales nobis artes explicabit, quales in quarto de genere, & quinto de proprio descripsit. Quartum membrum autem quintum exequitur: præposterè quidem, sed tamen pro suo more: & diuidit bifariam, quod non bene definiatur, si quid obscurum aut superuacuum fuerit. Deus bone, quàm magister omni in loco ineptus est! Quoties præceptum de ambiguo ab eo confunditur in Categoriis, Interpretatione, Analyticis antea? Heu quoties in his Topicis? Initio autē superioris Topici magister locos proprii exorsus est à sophismatis tribus petiti principij ambiguitatis, nugis frequēter dicti: quæ vitia sunt omnium argumentorum communia: hîc prætexit similem telam, vt definitio improbetur, si obscura: quod petiti principij est: si quid redundet in ea, quod est omnium commune vitium argumentorū: Atque hi loci contextur ad declarandum obscurum, vt rectè definitum negetur, deinde reprehendatur.

6 *Si quid ambiguum, obscurum.*

At magister in Elenchis duo sophismatum diuersa genera facit, obscurum & ambiguum: illud petitionem principij, hoc homonymiam vocat.

7 *Si metaphoram habet, obscurum.*

At ô magister, metaphora clarior est plerunque significatione propria: & multis in rebus nomine carentibus, metaphora vti cogimur: & in posterioribus Analyticis, analogiæ nominis conceditur.

8 *Si inusitata nomina, obscurum.*

Verum, sed Grammaticæ vitium hoc est, non Dialecticæ: & sæpe antea monui, multa Grammatica sine ratione

o. rour  
et  
iff  
et ambig  
mt.

ur  
4

-

tionem in Logicis confundi.

9 *Si non propria nomina, obscurum.*

Idem cum superiore vitium.

10 *Si non manifesta contrarij definitio, obscurum.*

O me fortunatum! ô doctorem lepidum! obscurum est in definitione, & vitiosa est ipsa (ait) definitio, nisi ex ea, contrarij definitio intelligatur. Atqui ô magister, primo Topico definita erat abs te proba & certa, vt ais, definitio: Ex ea igitur vitiosa definitio debet intelligi.

Attendite quid hoc loco cum doctore concludam: propositionem & assumptionem ab eo accipio:

*Recta definitio vitiosam declarat:*

*Primo Topico posita definitio, definitio recta est:*

*Primo igitur Topico posita definitionis definitio vitiosam declarat.*

Quid igitur opus est sexti Topici tot negationum matæotechnia, vbi vitia definitionis tam multa, laudes nouæ & virtutes nullæ demonstrantur?

11 *Si lateat definitum, obscurum.*

Sic de cæteris argumentis dici potest: si lateat cuius sit species, obscurum genus: si lateat cuius sit causa, obscurus effectus. Hæ sunt doctoris artes de obscuritate, quales videmus: nullam enim doctrinam definiendi, sed matæotechniam negationum continent. Succedit secundum caput de redundantia totidem locis distinctum, per quos intelligamus aliquid redundare.

12 *Si commune nomen est, redundat.*

Locus hic nugatoriè etiã quinto Topico adhibitus est.

13 *Si eo ablato integra definitio manet, redundat.*

Hic redundantis est definitio.

14 *Si pars aliqua non inest toti, redundat.*

Hoc verò non est redundare potiùs, quàm falsum omnino esse.

15 *Si idem frequenter dicitur, redundat.*

Hic locus est secundo comprehensus, & hic redundat: & quintus est quinti Topici, & quo se vehementer, vt antea, accusat magister, qui dicit idem tam frequenter,

ex ea et prob  
n f non  
vt  
nt a  
pr mo ut p ro dicit  
s t t pic u  
a ut ex ut n  
tot n

se procep  
st d r d  
may m ut f

ter, quàm frequenter in omnibus Topicis ostendimus.  
 16 *Si vniuersali dicto particulare additur, redundat.*

Atque hi sunt ad redundans cognoscendum loci: ita tamen ipsi redundantes, vt si quid esset redūdans, ignorares, exemplo re suo possint instruere. Ac his negationibus magister pueriliter altercatus est, quòd non bene esset definitum: quomodo esset bene definiendum, nihil omnino docuit. Sequitur postremum caput Topico reliquo mirificis negationibus, & inficiationibus agitatū, an quid est, significetur: quod solum proprium problematis de definitione instituti fuerat: Definitio enim (vt dixi) primo Topico definita est oratio, quid erat esse significans: vt vel doctoris ipsius iudicio superiores decem inficiationum loci superuacanei sint. Varij deinceps loci sequuntur sophistica altercatione cum superioribus similes, quorum septem proximi ex iisdem illis Lernę sophisticę capitibus oriūtur: ex petitione népe principij, si ex nō notioribus & nō prioribus: sic magister hęc præclarā negationū matæotechniã ex sophismatū coriis sæpius consuit & resuit. Deinceps autē variaz confusionis calcei consuti sunt, ex proprietatibus definiendi primo capite positis: quia definitio ad totam rei substantiam, & quid res sit penitus exponendam, constare debet ex genere & differentia propriis: Magister ex duobus vocabulis generis & differentiaz, viginti duos locos effecit: interpositis etiam soleis quibusdam & coriis inutilibus, à primo, ab appetitu, idea, completionē, ab ente & bene habente, à cognomine, à compositione, & eiusmodi coriorum quilibet. Concludamus igitur primam istam quæstionem, quàm multa hoc Topico non necessaria confundantur: quandoquidem paucis illis verbis exceptis, definitio constat ex genere & differentia, quod antea dictum sæpius erat, nihil est omnino toto libro, quod micam solidæ doctrinæ contineat. Videamus quàm multa necessaria ad quæstionem de definitione Aristoteli hęc propositam omiſsa sint: subducamus, quàm multa necessaria sint confusa, deductio



deductio reliqui hoc indicabit: quoties igitur & quo ordine confundantur recenscamus, vt antea: loci reperiuntur communes hi, Genus, forma, aduersa, definitum, aduersa, aduersa, genus, genus, genus, forma, aduersa, genus, species, genus, species, genus, forma, forma, genus, species, forma, forma, forma, relata, relata, subiectum, maiora, maiora, maiora, minora, maiora, genus, forma, relata, relata, efficiens, effectus, adiuncta, adiuncta, relata, aduersa aduersa, priuantia, aduersa, priuantia, priuantia, coniugata, genus, relata, efficiens, partes, totum, partes, totum, partes, totum, maiora, aduersa, partes, totum, definitio. O doctorem iam verè sui similem! Deus faxit, vt te æmuli tui aliquando intelligant, & te debitis laudibus ac meritis afficiant! Vt causas in forma & efficiente: effecta, subiecta, adiuncta, contraria in aduersis, priuantibus, relatis: comparata in maioribus, minoribus, similibus: nomina in coniugatis, tribu-tionem in toto & partibus, genere & specie, definitum non explicares, sed inuolueres & conturbares: taceres de fine, materia, contradicentibus, repugnantibus, paribus, dissimilibus, notatione, reliquis tribu-tionum modis: de definitione, testimoniis: an ista perissologia toties damnata opus erat? Vereor, ita me deus amet, ne scholastici nescio qui cum ista in suis libris relegent, suis non fidant libris: tantam doctoris stultitiam esse non putent. Atque hinc videmus quàm multi loci necessarij ad definitionis disputationem omissi sunt: omnes enim communes loci adhiberi possunt, sicut ad omnem aliam quæstionem: isti enim loci & seipso & alia omnia explicant. Et si doctrina vlla ad definitionis explicationem separatim adhibenda erat, quantò melius id ex communibus locis fieret, quàm ex hac doctoris tautologia & cacotechnia? Doctorem etiam nouo doctoris testimonio conuincimus, quòd eos communes locos conturbet & confundat, quos primi libri quinto capite negabat inueniri posse: & illud postremum concludimus;

cludimus: Doctoris centum & tribus inficiationibus  
 (tanta est enim eius matæotechnia isto Topico) nihil  
 omnino doceri, quod ad bene & sapienter definiendum  
 attineat: Nec hîc eodē planè modo loquor, quo de ac-  
 cidente, secundo & tertio Topico, de proprio, quinto di-  
 xi: de problemate tum accidentis, tum proprii non solū  
 ineptas nugæ confundi, sed omnino totam & accide-  
 tis & proprii considerationē, qualiscunque esset, à Dia-  
 lectica verè tradita reiici docui: non idem de definitio-  
 ne nunc dico: est enim definitio, pars inuentionis Dia-  
 lecticæ propria: & maximè vtilitatis, si rectè fuerit ex-  
 posita: vt in Dialectica nostra interpretamur. At Topi-  
 cas tenebras, quibus definitionis doctrinam & artem  
 nullam docemur, valdè ac vehementer improbo.

FINIS LIBRI DECIMISEXTI.

# P. RAMI, REGII ELOQVENTIÆ ET

PHILOSOPHIÆ PRO-  
 fessoris, *Animaduersionum Aristote-  
 licarum liber decimus septimus,  
 in septimum Topicum,*

AD  
 Carolum Lotharingum  
 Cardinalem.



VPEREST de problematum locis ap-  
 pendix definitionis de eodē & diuersio:  
 Res breuis est & minùs obscura, quàm  
 antea, & omnibus Topicorum tenebris  
 ad doctorem refellendum aptissima.  
 Doctorem iam heu quoties, quàm ve-  
 rè

r̄ doctor, doctoris testimonio iudicioque refutauit? At-  
 tamen & hoc Topico septimo iustius, verius, clarius  
 etiam refutabit: quòd iccirco tot Topicas salebras sibi  
 miscendas esse & conturbãdas necessariò diceret, quia  
 negaret, omnium problematum communem inuentionem  
 tradi posse: at cùm sex superioribus Topicis, tum  
 hoc maximè septimo Topico hanc communem inuen-  
 tionis doctrinam confudit: Calcei verò hîc paucissimi  
 sunt, vt appositionis, ablationis: formæ communes ferè  
 sunt omnes, vt primo Topico: ad cognoscendum enim  
 idémne sit, an diuersum, hos locos communes magister  
 considerandos esse admonet: & quidem toties, & eo or-  
 dine, quoties & quo ordine hîc recitabo: Ex coniugatis,  
 contrariis, efficientibus, similibus, subiectis, adiunctis,  
 genere, maioribus, specie, genere, aduersis, aduersis,  
 aduersis, aduersis, aduersis, aduersis, coniugatis, simili-  
 bus, maioribus, similibus, maioribus, coniugatis: neque  
 tantummodo hac egregia serie confundit, sed & maxi-  
 mè extollit: Sunt autem opportunissimi locorum, ait, &  
 qui nûc dicti sunt, & qui ex casibus & coniugatis: Quo-  
 circa oportet maximè detinere & proprios habere hos:  
 vtilissimi enim ad plurima: aliorum autem ij, qui maxi-  
 mè sunt communes: Nam illi maximè reliquorum effi-  
 cacissimi, vt inspicere in singularibus, & in speciebus  
 considerare. Hæc doctoris est prædicatio de locis com-  
 munibus: & tam magna gloria. Deus bone, qualis  
 est magister ille, qui primo Topico loquebatur? nega-  
 bat hos communes locos inueniri posse: aut si inueni-  
 rentur, insuaues fore. At magister, qui septimo Topico  
 loquitur, quid ait? locos communes omnium proble-  
 matum non solùm inuentos esse confitetur, sed docet,  
 adhibet, vsurpat: tantùmque abest vt insuaues esse exi-  
 stimet, vt quantò quisque communior reliquis fuerit,  
 tantò esse commodiorem ac vtiliorem, altissima claris-  
 simaque voce prædicet: Iccirco & coniugata & partes  
 & species verè magnificèque cõmendat: & pari laude  
 causas, effecta, subiecta, adiuncta, opposita, compa-  
 rata,

rata, notationem, totum, genus, definitionem, testimonia cōmendare poterat, quia omnes hi loci æquè sunt communes. Audiamus igitur hunc doctorem tam veracem, tam popularem, tam cum veritate, huius disciplinæ præstantia, dignitate consentientem ac penè conspirantem: illum verò nebulonē & turbatorem captiosum, & fallacem non tantummodò ab usu & perspicuitate, & perfectione Dialecticæ, sed à seipso tot iā locis, tot iam testimoniis suis abhorrentem reiiciamus. Vnū verò est, quod magister decimo nono, & vicesimo numero admonet: quod prætereundum esse non arbitror, neminem aut paucos admodum disputare de definitionibus, sed eas tanquam principia concedi: quod verum est: quanuis definitiones in omnibus artibus disceptari possint, an verè & propriè totam rei & penitùs insitam naturam breuiter explicent. Addit magister, alterius esse negotij, id est Metaphysici (vt interpretes aiūt) assignare & quid sit definitio, & quomodo definire oporteat. Atqui in tota illa Aristotelis Metaphysica, tametsi quædā est altercatio, an definitio substantiæ magis propria sit, quàm accidentis: tamen quid sit definitio, & quot modis, & quibus argumentis fiat, nullū præceptum traditur, vt iam docuimus nono libro. An nos possumus aliquid per illam artem cognoscere, de qua in ea arte præceptum nullum sit?

FINIS LIBRI DECIMISEPTIMI.



# P. RAMI, REGII

## ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PROFESSORIS, Animaduersionum Aristotelicarum liber decimus octauus, in octauum Topicum,

AD  
Carolū Lotharingum  
Cardinalem.



ED de metaphisicis satis antea: Topicum septimū concludamus: ad octauū trāseamus. Topicus magister facit tres partes Topici operis: inuētionē, dispositionem, elocutionem, inuentionem executi sumus: Dispositio videtur esse prima, quam persequamur: & eam videtur magister octauo Topico velle interpretari, cū ait: Posthāc autem de ordine & quonam pacto oportet interrogare, dicendum. Verū nullum de dispositione aut singulorum argumentorum, qualis est in enuntiationis & syllogisimorum modis: aut variorum, quæ methodus est, præceptum ponit: nisi fortē paululūm de occultatione, quod ad methodum prudentiæ possit referri: de quo suo loco: inuētionis etiā quosdā generales locos ex definitione, cōiugatis, similibus, partibus, genere, specie, cōtrariis, cōtradicientibus, ad extremū rursus

ma  
cat  
et  
qu  
100 A  
cum  
br an  
J o

E hie

hîc inuoluit nouis tenebris & confundit. Partitio autē est initio huius Topici, quam magnoperè considerandā esse arbitror: Oportet autē (ait magister) primū quidem eum qui interrogare debet, locum inuenire, vnde sit argumentandum: secundum autem, interrogare & ordinare singula apud seipsum: reliquum verò & tertium, dicere iam eadem ad alterū. Hîc magister totum negotium Dialecticum tres in partes diuidit, vt dixi, inuentionem, dispositionem, elocutionem: Elocutio autem, Rhetoricæ pars est, nō Dialecticæ: neque hîc vllum de tropis, figuris, numeris, quæ sunt elocutionis laudes, verbum est. Sed tamē, Deum immortalem! spectemus hanc partitionem inuentionis & dispositionis: & reuocemus in memoriam, quæ initio de Dialecticæ artis partibus disputavi: prætermissionē huius partitionis, occasionem doctori infinitarum tenebrarum fuisse: Nam si ad inuentionem reuocasset inuentionis omnia genera, generūque partes & species, singulæque definitionibus & exemplis illustrasset, Categoriæ, abundantia propositionum, inuentio medij, Analytica posteriora, tot Topica ad confundendam & conturbandam inuentionem nunquam extitissent: partitio inquam, hæc omissa & neglecta, tantæ caliginis, quantam adhuc expendimus, causa fuit: quam tamen etiam hîc licet confusè, tamen adhibitam esse vehementer gaudeo, vt doctoris testimonium ad doctorem refellendum, tam proprium, tam paratum, tam clarum, tam denique certum haberemus. At pergamus, & totum hoc Topicum diligentius & accuratius expēdamus. Quid igitur hîc magister instituit? quid dispositionis nomine præcipit? Altercantibus in schola de problemate accidentis, generis, propriij, definitionis, arma videlicet suppeditantur, ei penitus instituto conuenientia, de quo in definitione inuentionis, primo capite primi Topici dictum est: ne scilicet egregij altercatores, in problematis altercatione vincantur: Placet enim doctori talem Dialecticum informari, qui aduersarium omnibus argumentis,

argumentis, & is an falsis nihil interfit, oppugnet: ac si fieri possit, expugnet. Hic interrogantis ad hanc Dialecticam finis est: iure vel iniuria, virtute vel fraude vincere. Respondentis autem definitur officium resistere, forti presentique animo, nec vlllo pacto cedere, & paribus artibus interrogantem tractare, atque ab illo tractatus sit. His præclaris officii ornantur disputatores ad pertinaciam, proteruitatē, petulantiam, id est eximiā & singularem sophisticam: Idque quod in Martij, idem in scholastici prælij furore scilicet valebit: Dolus an virtus, quis in hoste requirat? Hic pretiosissimum victoriæ præmium, redargutio (quod doctor in Elenchis caput omnis sophisticæ artis efficit) modis omnibus appetitur. Nonne pulchrum est (inquies) vincere? turpe vinci? Nuda ista si ponas, qualia sint, æstimari non facile potest: causæ si distinguantur, facillimè potest. Virtute & laude vinci, fortasse sit molestè ferendum: stultitia & vitio superari, prædicabile & gloriandum: ita vincere, nõ pulchrum, & vinci, honestum esse potest. Sed Socratis (si lubet) hac de re excellentem sententiam audiamus, ne noua paradoxa canere videamur: Sic enim Socrates cum Gorgia apud Platonem: Quod si ex eorum numero es, è quorum sum ego, libenter abs te, quæ institui, perquiram: sin minùs, dimittam: Si quorum ego ex numero sum, quæras, respondebo ex iis, qui libèter redargui se patiuntur, si quid falsum ineptumue dicant: libèter etiam redarguunt, si quid minùs verè dicatur: quibusque non minùs reprehēdi, quàm reprehendere gratū est: tantò enim melius existimo id esse bonū, quantò maius bonū est, maximo quodā liberari malo, quàm alios liberasse. Nihil enim tã perniciosum hominibus esse arbitror, quàm opinionem falsam, in his videlicet rebus, de quibus præsens à nobis sermo est institutus. Itaque si & te esse talem affirmas, agè, disputemus: sin verò dimittendum censes, dimittamus iam, cœtūmque soluamus. Gorg. Dico profectò ô Socrates, me quoque eiusmodi esse, qualem modò desiderabas. Hac

illi: Quamobrem ne pudeat nos, si in praua sententia sumus, ab aduersario vinci: præsertim cum idē magister, redargutionis illud tam contentiosum studium, sophistæ summum finem in Elenchis faciat. Verum has sophisticas artes videamus, & excutiamus paulò accuratius: Interrogantis partes primùm videamus: & quantum obscurissimè traditę sint, aliquo tamē partitionis adhibito lumine distinguamus: & tamē scholasticorū verbis, quoad fieri possit, exprimamus. Interrogāti spectanda duo proponit magister, orationē & positionē, id est argumētationē & quæstionē: argumētationē prius iubet spectandā esse, deinde quæstionē: contrā quàm fieri decuit: à quæstione enim argumēta ducūtur, vnde fit argumentatio: Et paulò post magister ipse respondentem iubet antè de quæstione cōsiderare, quàm de argumētatione: nihil adhuc hīc nisi confusionē & inconstantia arguo. Secundo loco præcipit vt interrogans videat argumentationis & partes & species. Hīc noua est consilio: mens enim hominis in differēdo nō incidit in has vias, sed quæstione posita argumentū quæritur: quo reposito & exposito, res ipsa explicatur & expeditur: Fallax igitur est ista præceptio. Partes argumētationis alias necessarias, alias assumptas instituit: Hoc etsi verum est, tamē est eiusdē erroris, quia nō hoc modo progreditur disputātis consideratio. Necessarię argumētationis partes sunt propositio & assumptio: verū est: quid tū? Hę nō statim præordinadæ, & ab eundū ad suprema: sin verò illæ non ponūtur, per inductionē sumēdæ: Hīc autē diuisionis argumētū ex partibus ad totū, nomine inductionis confunditur. Assumptas syllogismi partes, magister in rationes quatuor diuidit, inductionē, occultationem, ornatū, perspicuitatē: ridicula prorsus & vana distributione: Inductio enī ad necessarias partes adhibita prius est, nūc partibus assumptis subiicitur: & paulò post, quātuis nunc inter argumētationis partes adhibeatur, inter species recēsebitur, mirifico incōstatię & leuitaris ludibrio: Occultationis verò, id est κρύψις, quæ et in Analyticis



lyticis & in Elenchis appellatur, vtilitatem in Dialectica tradidimus: Occultā dæ autē rei gratiā, quæ ab aduersario ipetrāda sit, magister duodecim partes facit: quas distinguā suis præceptis, & verbis exprimā scholasticis:

*Ratiocinatione præcolligere, per quæ syllogismus fiat:*

*Conclusionem non dicere: vt cū tandem dicetur, quæ ratur propter quid:*

*Non continua postulata sumere:*

*Definitione sumere vniuersale in coniugatis:*

*Proponere velut alterius gratiā:*

*Per similitudinem interrogare:*

*Sibimet quandoque instantiam ferre:*

*Dicere velut vsitatum & tanquam aliud agere:*

*Vt in similitudine proponere:*

*Proponere cui sumendum est ex necessitate consequens:*

*Vltimò rogare, quod maximè opus sit: contra verò ad proteruū: Prolongare & interponere, quæ nihil ad rē.*

Ex argumētis cōmunibus hīc tria cōfunduntur, definitio, cōiugatio, similitudo: quasi res è cæteris argumētis occultari etiā non possit. Sequitur tertia pars assumptarū partiū ex ornatu per inductionē & diuisionē, id est ex partibus & toto. Hīc non dicā quoties iam cōfundatur inductio in partibus necessariis assūptis, sed doctorē interrogabo, quid hīc agat: an ad ornandā & amplificandā disputationē, diuisionis locus ex partibus & toto so-

lus aut præcipuus sit: non cætera argumentorū genera non etiā omnes troporū, figurarū rhetoricæ formæ ad augendam & amplificandā quāuis orationē & disputationē plurimū valeāt. An hīc magister, sicut aliis locis permultis antea fecit, declarare voluit, se quid præciperet, ignorare? Postrema pars, assumptarū partiū perspicuitas est, Aristotelis instituto planè cōtraria: docet enī proximo loco, quomodo sit occultāda disputatio: & ad id perspicuitatē adhibendā existimat. Sed tamē hoc tā singulare præceptū audiamus: Ad perspicuè docendum (ait) exēpla sunt adhibēda nobilia & insignia, qualia videri clicant sunt apud principē poëtarū Homerū: nō obscuro

o ultanda r  
Ius pta rert

ornatus pte i d

plus un cte  
vms gentia, pr  
a hntionem et di  
sionem, mult val  
d angu et  
qua libet orati  
onem et toto

perspicuitas

d perspicue docendum  
a habenda ex omnia  
elliptica nobilia  
authorum enl + ar  
Aristoteles

ra & contēpta, qualia sunt apud vilissimū poëtarū Chæ-  
 rilū. O vocē non doctore tot sophismatū, & tenebrarum  
 authore, sed omnū philosophorū principe dignissimā!  
 O me expeditū planè & explicatū! O me etiā doctori,  
 magno beneficio obligatū! Disputo totis his Animad-  
 uersionibus, definiendū, partiendū: hoc homines nostri  
 egerrimè cōcedūt. Addo ad perspicuè docēdū, insignibus  
 exēplis oratorū & poëtarū vtendū esse: hīc mihi irascū-  
 tur ac illudūt, & me discipulōsque meos cōdēnāt, quòd  
 logicis præceptis interpretādis oratores & poëtas cōiū-  
 gam: Itaque magnas gratias ō magister, tibi debeo, qui  
 me testimonio tā claro, & authoritate tāta ad tuas tene-  
 bras refellendū adiuues. Tu enim tibi verissimè præci-  
 pienti non obtēperas, nullo insigni aut populari, id est  
 Homericō exēplo in tā multis logicis tenebris vteris:  
 omnia per obscuris, sæpe etiā nullis exēplis obscuras:  
 hoc ex tuo præcepto, ex tua lege reprehēdo, & amulis  
 tuis iudiciū tuū de teipso profero. Atque hæc de confu-  
 sione partiū disputationis & necessariarū & assūptarū:  
 species sequūtur, inductio & syllogismus: Inductio iā se-  
 pius hīc confunditur: & antea docui nō esse argumen-  
 tationis, sed argumēti speciē, ex diuisionis loco, cum ex  
 partibus totū concluditur. Octo sunt Aristotelis præce-  
 pta ad inductionē, primum, quòd magis ad multitudinē  
 sit adhibēda, quàm ad Dialecticos. Dixi primo Topico  
 (cum assūptione addita, inductio syllogismus sit, & idē  
 argumētū inductione & syllogismo tractari possit) per-  
 ridiculū esse inductionis & syllogismi discrimē: nūc ve-  
 rò magistri consiliū mirificū audiatur. In Topicis insti-  
 tuit discipulos de problemate accidentis, generis, pro-  
 prii, definitionis in schola clamantes: & iubet vt indu-  
 ctione potiùs ad multitudinē, quàm ad Dialecticos vtā-  
 tur: quasi hæc sophismata apud vulgus simplex & impe-  
 ritū, nō apud astutū sophistā & callidū tractētur. An igitur  
 hoc est præcipere, an sōniare, cum sophisticas scho-  
 lastici problematis altercationes instituas, dictare quo-  
 modo sit ad populū agēdū? Similis est de syllogismo sa-  
 pientia,

Us t h i e  
 aristoteles  
 l orum  
 100 q in tra  
 in locando pr cipiat

etia magis et ar  
 tusum sed a

pietia, vt non ad multitudinē adhibeatur: quasi simplex agricola nullos syllogismos faciat, nullā cōclusionis veritatē intelligat: & Dialectica, nō sit naturale Dei donū, sed sophisticū doctoris inuentū. Cætera & inductionis & syllogismi præcepta planè inutilia sunt, nec digna quæ refellantur: nisi fortè illud de syllogismi præceptis penultimū, quod nō omnis quæstio dialectica sit, sed quæ quærit in vtrāque partē. At de hoc errore satis antea dictū est primo Topico: Reliqua est de interrogātis partibus quæstio, cuius difficultatē monet magister ex primis, postremis, principio proximis, non legitimè definitis spectandā, sed tenebricosè, nō ex Dialectica luce & ratione: Facilis enim quæstio est cuius causæ, facta, cæteraque argumēta clara & nota sunt: cōtrā verò, difficilis. Quamobrē tota hæc interrogantis præcepta non solum confusa, sed inutilia sunt. Iam respondentis partes cōsideremus: in iis magister primū de quæstione præcipit & errorē suū de interrogantis officiis conuincit, in quibus de quæstione posteriore loco dixerat. Considerare porrò necesse est, quæ res agatur: verūm nō ad hāc probabilis & improbabilis distinctionē Dialectica prudentia respicit, sed ad argumētū, quo oppugnatur: ad argumētationē, qua argumētū disponitur: id est ad inuentionē & dispositionē: huc enim Dialectica tota refertur. Tenebræ itaque omnes hæc ex illarū principū partium inuentionis & dispositionis ignoratione profectę sunt. In argumētationis partibus (quas ait sustinēdas esse cōcedēdo, negādō, dubitādō, distinguēdo, resistēdo, soluēdo, prohibēdo) monet magister res valdè ridiculas, si quod agitur, probabile aut improbabile sit, concedendū: si sit alienū, cur cōcedēdū potius, quàm irridendū & reiiciēdū cū sit ineptū? probabile & improbabile si sit aptū, declinandū: illud, quia propinquū quæstioni: hoc, quia absurdū: cur probabile & aptū non simpliciter concedēdū? quid aliud omnino cōcedetur? certū & alienū dādū, aptū suspendendū: cur nō vtrunque explodendū: illud, quia ineptū: hoc, quia nō sit probabile? Inopinabilis sup-

positio fugienda: ac paulò antè de improbabilì positio-  
 ne sustinenda præceptū à magistro est positū. Sed hæc in  
 partibus: in argumētatione ipsa quā subtiles præceptio-  
 nes, quàm doctore dignæ sunt: Vitiosa oratio est (ait) si  
 concludat additis aut ablatiis quibusdā: Ergo doctore  
 iudicio, omnis enthymematis & imperfecti & perfecti  
 quidē, sed amplificati partibus syllogismi, vitiosa cōclu-  
 sio erit. At omnis sermo disputatiōque, oratorū, poetarū,  
 philotophorū, omniūque hominū ferè talis est: & ma-  
 gister in officiis interrogātis, præcepta dedit de syllogis-  
 mi partibus nō necessariis, sed assumptis ad necessarias  
 amplificandū. Deinde verò quæ nugæ sunt iste: quia nō  
 cōcludat, quia non ad rē cōcludat, argumentatio vitio-  
 sa dicitur à doctore: & denuò aliis in præceptis propter  
 easdē causas falsa nominatur: & aliud tamen inculpa-  
 tionē argumētationis per se, & falsam argumentationē  
 magister facit. Quæ puerilitas est ista: modò inculpatio-  
 nes orationis (sic argumentationē vocat Boëtius) secū-  
 dū se facere quinque: modò quatuor falsæ argumētatio-  
 nis species distribuere: modò tres considerationes enu-  
 merare in vniuersum, an cōcludat, an verū cōcludat, ex  
 quibus cōcludat: An nunquā de tanta inconstantia cogi-  
 tabimus? In petitione principij dānat magister vsum  
 generis, speciei, vniuersæ denique diuisionis, & ex illis  
 argumētis probationē reprehendendā, & sophisticā dicit  
 esse. Quā autē falsò? quā etiā incōstanter? Quo-  
 ties enim generis, speciei, partiū argumēta in Topicis  
 magister cōmēdat? Deinde verò quis horū argumētorū  
 futurus est vsus, nisi vt ex toto partes, & partibus totū  
 cōcludas? At hoc summū vitiū docet esse magister, & in  
 petitione principij pro sophismate numerat. Postremò  
 in petitione cōtrarij qualis & quā inaudita, & quā ri-  
 dicula atque insulsa infantia est? Locis infinitis argumē-  
 tū è cōtrariis laudatur & cōmendatur: at nūc vt vitio-  
 sum & reprehensione dignū notatur: quin sophisticum  
 esse iudicatur. En igitur interrogātis & respōdētis arma  
 sophistica, sed non minùs sophisticè descripta: vbi loci  
 inuentio:

inventionis, qui septē superioribus libris tā saepe iterati & repetiti, rursus offunduntur, Definitio, partes, partes, cōiugata, similia, similia, partes, totum, definitio, genus, species, cōtradictōia, aduersa, totū, partes. Hic magister testimonio suo octies in Topicis recitato & pronūtiato, errorē illum suū grāuissimū confitetur: quo negauerat quinto capite primi Topici, inuētionē cōmunē omniū problematū tradi posse. Dispositionis verò ( ad quā tamē videntur tā multæ nugæ referri) nullū solidū præceptū Topico octauo est, pauculis de methodo prudentiæ exceptis. At iā tēpus est vt Topicā confusionē concludamus: tamen si est in singulis Topicis accuratē disputatū, quàm multa non necessaria confusa essent, quā multa necessaria prætermissa, quàm nullis propriis artibus, vt magister receperat, quatuor problemata sint instructa: tamē id ipsum magis elucescet vniuersa rerū cōparatione: Stellæ enī in Topicæ confusionis tenebris quædā alluxerūt: at nox tamē adhuc est. Verūm si totā artis nostræ descriptionē, cū tota Topicæ matæotechniæ caligine generalē, & vniuersum vsū cū abusu summo atque vniuerso cōparemus, non iā stellarū distincto & finito lumine, sed solis & tota & vniuersa & omnia collustrante luce, Topicæ noctis tenebras expellemus. Hæc igitur peroratio, hic epilogus nobis addēdus est: in cōque primū homines nostri de suis commodis amicē & familiariter adhortandi sunt, vt se ad naturalis, & rationis & vsus (quæ regula summa & prima & singularis & vnica est in huius disciplinæ perspiciēda veritate) lumen referāt. Doctor videtur in octo Topicis vniuersam quandā Dialecticæ rationē animo comprehendisse: qui de inuētionē, de dispositione Dialecticæ artis his octo Topicis cogitarit: Verū quia de dispositione ferē nihil (nihil enim de enūtiatione, nihil de syllogismo & prima & secūda dispositionis regula: pusillū de methodi postrema parte) loquutus est: ea tātū, quæ hīc cōfundūtur, cū nostra Dialectica cōferemus. Quare agitē, hoc expēdamus & ratiocinemur. Nos Dialecticā artē ex imitatione

ne naturæ totâ deducimus, & ad omnē humanæ prudē-  
 tiæ vsum congruēter definimus: Topicus author initio  
 Topici primi ita definit, vt singulis definitionis verbis  
 erret ac labatur: ac Dialecticâ à cōmuni rerū omniū vsu  
 ad sophisticas otiosæ & inertis scholæ altercationes re-  
 uocet. Nos initio post quæstionem definitam, partimur  
 artem in legitimas partes, inuentionē & dispositionē:  
 Magister initio nil legitimæ partitionis illius ostendit:  
 sed tandē tot tenebris inuentione confusa, redundantē  
 partitionē cōturbat in inuentionē, dispositionē, elocu-  
 tionē Nos inuentionē definimus, distribuimus in mēbra  
 & partes: Magister ridiculâ diuisionē, confusa tamē an-  
 tē ipsius vna parte, facit instrumētōrū & locorū: cūm &  
 loci, instrumenta, & instrumenta, loci sint. Nos singula  
 argumentorū genera definitionibus & partitionibus tū  
 generatim, tū singulatim declaramus: Magister, horum  
 nihil omnino definit legitimē, nil ex ordine partitur, sed  
 inanissima *πυρολογία* & ματατεχνία millies confun-  
 dit: de plerisque etiâ ne verbū quidē facit: nihil enim de  
 efficiētīū mōdis, de materia, de subiectōrū & adiūctō-  
 rū, de que cōtra licentiū tā variis generibus, de repugnā-  
 tibus, de tota distribuēdi ratione & doctrina, de testimo-  
 niis diuinis, in totis Topicis loquitur. Nos, omnes locos  
 definitionibus, partitionibus expositos, insignibus exē-  
 plis illustramus & ornamus: quibus & doctrina facilior,  
 & doctrinæ vsus promptior efficitur: Magister octauo  
 Topico ad perspicuē docendū, Homerica exempla iu-  
 bet adhiberi non Chærulea: at ne Chærulea quidem ad-  
 hiberet. Hęc doctoris est doctrina, qua Topicsas argumē-  
 torū communes & generales formas exposuit: ad quas  
 si tot calceos, quot in singulis Topicis recensuimus: si tā  
 putres & abiectas soleas à voluptate, positione, ablatio-  
 ne, metaphora, potestate, passione, sensu, participatione,  
 idea, superabūdātia, appetitu, complexione, ente, com-  
 positione & eiusmodi Topicis et sophisticis coriis: de-  
 nique si sophisimatū sordes assutas et ex æquiuocatio-  
 ne, amphibologia, petitione principij, negatione ag-  
 gregaueris,

re ar t art di

d f r pta orf

d fi t di ca

t . t . m

t . t . m

pūe

a rams  
+ ad d tr  
u facile

gregaueris, horrendū doctrinę genus efficies, in qua nō modò nihil definiatur, nihil diuidatur, nihil exēplis illustratur, sed omnino nihil ferè doceatur affirmādo, nihil solidū instituendo, sed inficiādo & negando nugatoria, sophistica, falsa matæotechnia cōfundatur. At Deū immortalē! quanta & definitionū & partitionū & exēplorū luce, dignitate, veritate, tenebras, ineptias, cōmentā ista vincemus? Tamen non recuso quin tanta tāmque iners & ignaua cōfusio omni sapientię laude celebretur, nisi tātò omnis & vtilitatis & vsus ratione superiores fuerimus, quātò ordine doctrinę & explicatione clariore & numeris omnibus absolutiores extitimus. Fingite, doctorē nobiscū agere, ac magistrum ipsum de doctrinā suā vsu, deque totis illis quęstionibus, quas antea attigimus, interrogari: quid hīc responsurū existimatis? Nōne vt constantiā suā rationē habeat, idē quod scriptis suis professus est, voce respōdebit? Topicā doctrinā institui (dicat) per quā in schola Dialecticus discat de accidentē, genere, proprio, definitione disputare: & scholasticę exercitationis & altercationis gratiā, Topica cōscripsi. At ō magister, ego te ad causam reuoco. Quā obrem Dialectica ad hęc vocabula quatuor obligatur, quę res oēs explicare aque interpretari debeat? Nō quęro an problematis falsa partitio, vera sit: sed quę te causa impulit, vt ad hęc vocabula quatuor, inuētionē Dialecticā referres? an si necessaria esset quatuor vocabulorū cognitio, nō potuit quatuor definitionibus, quatuor exēplis perspicuē, propriē, succinctē tota res explicari? quā obrem in scholā Dialectica ita cōpingitur, vt nō nisi de suis quatuor particulis clamitet? An Grammatica & Rhetorica in clamore de suis præceptis exercetur? At inquires (sic enī te defendes) cū probē Dialectici fuerint in his quatuor problematis de accidente, genere, proprio, finitione exercitati, facillē de rebus aliis omnibus disputabunt. Primū quī potest fieri? Nā si per quatuor problematū tuorū clamores possis de rebus omnibus disputare, quid reliqua tua Logica opus est? quid Categoriis?

Categoriis? Interpretatione? Analyticis & prioribus &  
 posterioribus? quid denique, his quatuor problematis  
 exceptis, tota Logica, tota Dialectica opus est? An qui  
 puer mille se annos cruciauerit in clamore de nomine  
 & verbo, nullam exercitationem scribendi, nullum lo-  
 quendi vsum addiderit, poterit de rebus omnibus purè  
 & emendatè scribere ac loqui? An in ludo gladiatores  
 aliter edocentur, quàm sint in arena certaturi? An alius  
 in rebus histriones exercètur, quàm in scena queât imi-  
 tari? Cur igitur alia, in schola meditamus, quàm seriis in  
 rebus simus acturi? Exerceatur verò puer non solùm in  
 quatuor vocabulis artis suæ, sed in totius artis & omniũ  
 artis partium vsum: transferat omnes doctrinæ suæ partes  
 interpretando, meditando, declamando, ad ingenij, ad  
 iudicij, ad prudentiæ confirmationem. Fabricado, fabri  
 efficimur, aiunt: at malè fabricado etiã mali, vt benè bo-  
 ni. Didiceris de quatuor problematis sophisticè alterca-  
 ri: scies de quatuor problematis sophisticè altercari:  
 non propterea de omnibus eleganter, magnificè, sapien-  
 ter ratiocinari poteris. Nulla fuit igitur doctori causa,  
 quamobrem ad hæc quatuor vocabula Dialecticam in-  
 uentionem astringeret: Sed fac (vt initio diui) quæ fal-  
 sissima causa est, esse verissimam: cur ad hæc quatuor  
 vocabula, tot inuentionis matæotechniæ cumulantur?  
 An quia vna quatuor horũ vocabulorũ & quatuor pro-  
 blematum communis doctrina inueniri non poterat?  
 aut si inuèta esset, obscura esset & insuauis, ideo tot te-  
 nebræ repertæ sunt? At deus Opt. Max. homines no-  
 stros hoc postremo loco exuscita: dona illis miseræ ser-  
 uitudinis vinculis solutam & liberam mentem. Produxi  
 singulis octo Topicis non peregrinum, & qui à schola-  
 sticis refelli possit, ignotum aut dubium testem: do-  
 ctorem doctori opposui: non ambiguè, non captiosè  
 hæsitantem, sed reuera ac veritate locos illos omnium  
 problematum, omnium etiam quæstionum commu-  
 nes, non solùm omnibus Topicis vsurpantem & reci-  
 tantem, sed mirifica laudatione prædicantem & cele-  
 brantem.

e t  
 h d p  
 q tu

a

t

a

ne i  
 t  
 at top ci 5

p } cor



brantem. Atque etiam vt omnibus modis afflictam & prostratam Topicam caliginem penitus tollamus, fac ad quatuor vocabula, Dialecticam inuentionem alligari decuisse: fac communes locos inuentos non esse: inueniri etiam nullo modo posse, vt optima ratione ductus sit doctor ad peculiare singulorum problematum locos explicandum: quid, cum magister nullos ad cognitionem accidentis, generis, proprii, definitionis peculiare & proprios locos exposuerit, vt in singulis Topicis docui, sed perpetuam negationum & inficiationum matæotechniam confusus communibus locis, calceis & soleis putribus intersutis effecerit: quid est iam reliquum, quo tantas, tam bonæ iuventuti perniciosas tenebras rueri quisquam possit? Sed hæc quaestio de præceptis & arte, deque causis omnibus tâta in Topicis matæotechniæ prætereatur: reliquam vsus quaestionem, vt fecimus antea, coniungamus: quaeramus nunc non quid magister pro se & doctrina sua respondeat, quod ad eum conuincendum, maximum videri debeat, sed quibus eius æmulus possit respondere, quod se victum libentius fateatur: si non tantummodò ipse nihil verè pro se, sed ne quisquã pro eo patronus queat dicere: Quaeramus non quem vsus Topicorum magister docuerit, sed quis omnino vsus hinc elici possit: Componamus: fac in literis, fac in variis exemplis versatum: fac acutissimum & disertissimum patronum cû adolescente aliquo ad nostræ inuentionis rationem exercitato: constituamus denique (quod antea in Categoriis fecimus) quaestionem vtrique communem, in qua declaranda, suam vterque doctrinam exprimat: & quidē ad analysim primùm aliquid. Sit Veneris oratio ad Iouem: sit ad socios, Aenæ consolatio apud Virgilium vtrique declaranda: Quid hîc patronus doctoris huius faciet? vnde initium huius explicationis sumet? Problema nullum est, quia non est interrogatio in vtranque partem elata: quia non de accidente, genere, proprio, definitione: quomodo Topicã & instrumentorum,

*multo peculiare  
proprie locos  
faciat  
de p. nit. topic  
p. p. p. p. p. p. p.  
t. sic sum  
tergimia loco co  
o fund v*

*or. or. or. or.  
or. or. or. or.  
or. or. or. or.  
or. or. or. or.  
or. or. or. or.  
or. or. or. or.*

rū, & locorū, & calceorū, & solearū tautologiam & mā-  
 tæotechniā hīc adhibebit? quæ prima requiret? quæ me-  
 dia subducat? Nō dicam, vt antea de discipulo Catego-  
 goricī doctoris dixi, sic Topici doctoris patronū hīc plo-  
 raturū: sed profitebor & prædicabo, facilius manes To-  
 pici doctoris ab inferis excitaturū, quàm rationē huius  
 explicandæ quæstionis ex Topica confusione deductu-  
 rum. Nostrum verò Dialecticū in hac quæstione si pa-  
 riter vrgebis, nihil morabitur: eruet primū id, de quo  
 agitur, & quod est differenti iudicādum: rationes & ar-  
 gumenta subducat, & ad generis sui fontē referet: caus-  
 sã ne sint an effecta: aut quæ de cæteris generibus argu-  
 menta, & ex loci proprietate vim eius naturãque pon-  
 derabit: consilium vniuersæ disputationis, hac confide-  
 ratione penitus explorabit: hoc enim didicit, ita se ex-  
 ercuit. Postremū verò cū noster hic Dialecticus pa-  
 tronū Topici doctoris in illo Dialectico vsu magnificè  
 vicerit, ad alteram exercēdæ artis speciem se conuertet:  
 genisim adhibebit: nec verebitur (cū se studiosè in his  
 meditationum & exercitationum curriculis agitauerit)  
 vel in scholastico conuentu de reliquo Dialecticæ inuē-  
 tionis vsu liberè & constanter dicere. Quare par idem  
 rursus producamus: Redeat patronus Topici doctoris  
 ad sese: nec quāuis victus, tamen desperet, quin viribus  
 collectis acrius excitetur. Ponite igitur quæstionem il-  
 lam eandē, quæ in Categoriis fuit: Theticū de hominē  
 esto, ne nos difficili quæstione videamur istorum homi-  
 num nationē terrere ac turbare velle: aut siquid in scho-  
 la facilius erit. Quid hic patronus ex octo Topicorum  
 disciplina, quàm se ingeniosum, quàm solertem dabit?  
 Non pono problema de accidente, genere, proprio, de-  
 finitione, de quo sit scholasticè clamandū: sed quæstio-  
 nem statuo, de qua sit Dialecticè differēdū. Ac me deus  
 ille parens & author huius rationis Dialecticæ, de qua  
 tantoperè asseueramus, sic amet,

*Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,  
 Et freta destituent nudos in littore pisces,*

quàm

quàm possit patronus Topicus è Topicis tenebris sic confusis, sic ad problema relegatis, sic calceorū ineptiis, sic putribus solearum coriis, sic sophismatū sordibus inuolutis, vllam Dialecticæ lucis scintillam excutere. Nō istis artibus Theophrastus, non istis nugis Eudemus, non istis sophismatis, Aristotelis discipulus vllus, non denique Aristoteles ipse, philosophus tantus est effectus: Non erat ista imitationis scholasticæ solertia: Alia via differenti ineunda est, alius ratiocinanti cursus tenendus, aliud iter ad hanc prudentiam contendenti sequendum. Da mihi contrà, cū erubueris, aut frontem perfrikeris, ô Topice patrone, de homine, de deo, de terra, de cœlo, de mundo, de rebus denique omnibus quæ voles quæstionem: propone quicquid animo cōprehenderis, & quære consilia nostræ artis & vsum ad hoc explicandum: causas rerum iubebo te spectare, quæ tam multiplices variam scientiam afferant, & quamobrem, & vnde, & quomodo, & ex quo res est: deinde & facta & subiecta & omnibus modis adiuncta: quæ & certas & firmas notas & verisimiles coniecturas infinitas præstabit: tum opposita prorsus admirandæ considerationis, & comparationum tot exornationes & ante oculos subiectiones & verborum notas & coniugata: è quibus partium varietatem diuidamus, & totam naturam definiendo complectamur: Postremò doctorum & probatorum hominum sentētias, authoritates, è sacris etiam literis oracula & vaticinationes: cuius tantæ tãque incredibilis vbertatis & copix doctrinam si differendo & disputando sequare, non ingemisces, vt Topici doctoris æmulus in Topica matæotechnia, & sophistica artis simulatione: sed prudentibus consiliis instructus ad ratiocinandum, explicandum, consummandum, refellendum, docendum accedes. Atque hæc de Topica arte, de Topicæ artis vsum, quem magister præceptis instituit. Quamobrem cū tam cæcis tãque atris noctibus tandiu hominum mētes sopitas & sepultas fuisse miserandum sit: contra tantam liberalis & ingenuæ disciplinæ

Quomodo vult explorare a quæstione aliis usque literis a mattheo

disciplinæ calamitatem, opera, studio, diligentia, labore, industria, mente, totis denique viribus pugnandum est & dimicandum: distinctionum Hydris (quibus istæ tenebræ defendi solent) acriter est obistendum. Hydræ enim Plato non fabulosum & poëticum monstrum, sed captiosum & fallacem sophistam (contra quem disputavit Hercules) ait fuisse: qui cum se victum disputando sentiret, aculeato aliquo sophismate tamen integrum certamen renouaret. Amputaueris mendacia & commenta, id est capita Topicæ confusionis, pro vno repente septem distinctione aliqua scilicet restituentur: Herculis consilium contra has Hydras imitemur: igne cõsuetudinis & vsus, atque humanæ prudentiæ flammæ, monstra ista crememus & comburamus: nec enim ardorem tantum naturalis vsus, flammæque tam splendidi- dæ tamque coruscæ veritatis diutiùs perferent: flagrabunt & exurentur. Securim illam principiorum Aristoteleorum, de materia artis, qua semper vsi sumus, qua semper vtetur, tam idoneam, tam grauem, tam his erroribus amputandis aptam & conuenientem ad radices putridæ falsitatis, ad extremum rursus adhibeamus: omnes istas spinas penitùs excindamus. Præcepta veræ disciplinæ non solum necessaria, sed homogenea, sed primò catholica debent esse: At tot matæotechniæ & tautologiæ, quot adhuc in Topicis notauimus, non sunt in Logica de omni, per se, vniuersaliter primò: non sunt igitur veræ disciplinæ præcepta.

FINIS LIBRI DECIMI OCTAUI.

P. RAMI, REGII  
ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PROFES-

*oris, Animaduersionum Aristot-*  
*elicarum liber xix. & xx.*

*in Elenchos,*

AD

CAROLVM LOTHARINGVM  
CARDINALEM.




PARISIIS,

Apud Andream Wechelum, sub Pegaso, in  
vico Bellouaco: *Anno salutis*

1556.

Cum priuilegio Regis.





P. RAMI, REGII  
ELOQVENTIAE ET  
PHILOSOPHIAE PRO-

*fessoris; Animaduersionum Aristote-  
licarum liber decimus nonus;  
de Elenchis inuentionis;*

AD

*Carolus Lotharingus  
Cardinalem.*



NIMADVERSIONVM reliqua ma-  
teries est in duobus Elenchorum li-  
bris: Syllogismum triplicem sibi con-  
stituit Aristoteles, apodicticum, diale-  
cticum, sophisticum: Sophistici syllo-  
gismi doctrina in Elenchis posita est;

sed eadē reliquis antecedētibus libris saepe iterata & re-  
petita: Cui tamen in vera descriptione artis, locus esse  
non potest, quia nullum de vitiis praeceptum, est in vir-  
tutis explicatione catholicum: Imò rectū ipsum, index  
est sui & obliqui: nec virtutis definitio probāda est, nisi  
sit hinc etiam manifesta cognitio vitij, vt antea tam sae-  
pe ex Aristotele citauimus. Hos duos libros subtiliū  
persequi, ineptum videretur, cū tautologia, heterogē-  
nia, caeteraque hinc animaduertenda iis, qui superiores  
Animaduersionum nostrarum libros legerint, iam satis

F ij superque

*apodicticus dialectic  
sophistici vs. tres syllo-  
gismi, ab aristotele  
traditi.*

*in virtutis explicat  
nullum de vitiis praece-  
ptum est catho en*

Supérque perspicua esse debeant. Itaque cōmodius fue-  
 rit, vt fructus huius partis, quisquis est, facilius perspi-  
 ciatur, seligere ex omnibus libris & in vnum recollige-  
 re totam Aristotelis Sophisticā, & exemplis illustrare,  
 & eā duobus libris distinguere. Superiores igitur Or-  
 ganī libri Logicam vtcunque tradiderunt, opposita So-  
 phistica deinceps erit. Etenim, (vt est primo capite pri-  
 mi Elenchorum) sicut in aliis robustus quidem corporis  
 inest habitus, in aliis verò species tantum, cum se ipsos  
 inflent & comparent *φυλετικῶς*, more tribulium, qui vi-  
 ctimas suas, quò pinguiores viderētur, ita subornabāt:  
 Atque vt alij quidē pulchritudine pulchri sunt, alij ve-  
 rò fucō tantum, quo se ipsos fucāt: quod & in rebus in-  
 animis similiter accidit: In his siquidē aliud argentum,  
 aliud aurum est reuera: aliud verò nequaquam, sed iu-  
 dicio tantum sensus apparet: vt lithargyrina & stannea,  
 quæ argentea: & felle infecta, quæ aurea vidētur: sic in  
 disputationibus aliæ tales sunt, quales apparent, aliæ  
 fallaces & captiosæ sunt, & videntur tantum *διὰ τὴν ἀ-  
 πείριαν*, propter inexperientiam: Atque hinc oritur, vt est  
 secundo capite eiusdem libri, Sophistice, simulata qui-  
 dem, at non vera sapientia: & sophistes, quæstum faciēs  
 è ficta sapientia, non vera. Vitium igitur logicū, appel-  
 latur ab Aristotele *sophisma*, ex illa Sophisticæ defini-  
 tione: hinc *σοφιστικὸν καὶ σοφισματώδες & ἀπάτη*, captio:  
 hinc *ἀπατητικὸν & παραλογισμός*, fallax conclusio: hinc  
*παραλογιστικὸν ἔλεγχος σοφιστικὸς*, reprehensio sophistica:  
 hinc *ἐλεγκτικὸν καὶ ἐλεγχωδὲς*. & hoc etiam nomine li-  
 ber de logicis vitiis præcipiens inscriptus est: ac quan-  
 vis elenchus reprehensionem tam veram, quàm fallacē  
 significet, attamen pro captiosa specialiter sumitur: &  
*παρακρησις*, dolus, & *συκοφάντημα*, calumnia: & quia so-  
 phistæ iis inter se dolis concertare solent, *ἀγών*, concer-  
 tatio: hinc *ἀγωνιστικὸν & ἔρις*, contentio: hinc *ἔριστικὸν &  
 φίλερι & ἀδινομαχία*, iniustum certamē. Neque verò hæc  
 omnia, quæ afferunt *τὴν φαντασίαν*, speciem rei & ima-  
 ginem, non veritatē, aliud in Logica sunt, quàm in Græ-  
 matica

50  
 e m  
 a a , o μ ο  
 σ ο ρ  
 20 γ α  
 r a x h  
 r t m e



matica barbarismi & solæcismi, ne quis Sophisticam à Logica, re alia putet esse distinctam.

Est verò sapientis officium, ut est in Elenchis secundo capite primi, & primo secundi, non solum non fallere, sed fallentem deprehendere: vitiæque ista nosse plurimum cōducit, tum ad philosophiam, ut in ea captiones eiusmodi facillè vitemus, tum ad nostras ipsorum meditationes & considerationes: nam qui facillè fallitur ab aliis, neque tamè id sentit, à seipso quoque persæpe fallatur, necesse est: postremò, erit etiã gloriosum, in omnibus versatum & exercitatum, nec ullius artis expertem aut ignarum videri. Hęc Aristotelea Sophisticæ cōmédatio est in speciem quidem probabilis, cum (ut antè dictum est) ex vera Logica possit hæc Sophistica percipi. Sed tamen gloriosum sit nulla in re rudem & ignarum videri: nec enim sophisma putandum modò, cum molestus in disserèdo & odiosus altercator similem sui rabulam in schola deceperit: sed quicquid in artibus & omnibus vitæ actionibus prauè & peruersè iudicatur, sophisma est, ut verè Galenus secundo de Temperamentis ait: tãque latè patet, ac latius rationis abusus, quàm vsus. Hic summus & generalis percipiendæ Sophisticæ finis ab Aristotele proponitur: ne fallamus alium, nève ab alio fallamur. Tū quique speciales fines vitiosè proponuntur, ἔλεγχος, ψεύδης, παράδοξον, σολοικισμός, ἀδελεισχία. reprehensio, falsitas, inopinabile, solæcismus, nugatio: Elenchus enim, qui solæcismus est, contradictionem propositi concludens, falsum concludit, & inopinabile pro falso habetur: & solæcismus, Grammaticæ culpa est, nō Logicæ: & ἀδελεισχία, sicut obscuritas & reliqua (de quibus dicitur) de vitiis logicis vnū est, quo deducimur ad falsum, aut auertimur à vero. Hęc itaque partitio sophisticorum finium vitiosa est, & Sophisticæ summus & solus finis, est τὸ ψεύδης. quem finem, tum sophistes ad fallendum, tum philosophus ad cauendū intentis oculis intuetur.

## ELENCHI PARTITIO.

Inducendi falsi causas multas variis libris Aristoteles proposuit: nos summatim, ut statuimus, colligamus, & generatim componamus. Modi quidem reprehensionis duo sunt, alij quidem sunt circa dictionem, alij vero extra dictionem, ut est in Elenchis tertio capite primi libri. Hęc partitio partem capit à Grammatica & Rhetorica, partem à Logica: Grammatica enim, ut Rhetorica, doctrina dictionis est: Logica autem, rationis tantum est: Itaque elenchi dictionis, grammatica vitia sunt, non logica: vitiosè igitur in logicis traduntur. Causę captio- nis circa dictionem, pro dictionis varietate multe sunt, alię dictionis simplicis, alię cõiunctę: Simplicis dictionis elenchi sunt, insolentia, homonymia, metaphora.

ELENCHVS INVSITATÆ  
*dictionis.*

Insolentia dictionis impedit rerum intelligentiam, & iudicium conturbat: ideòque ab Aristotele inter peccata problematis statuitur primo capite secundi Topici: Vsitatam dictionem contemnere. Peccant enim ait, qui alienis nominibus res appellant, ut platanum, hominem: contemnunt enim vsitatam appellationem. Et rursus præcipitur secundo secundi Topici, nominibus sic res appellandas esse, ut vulgus appellat: item secundo capite sexti Topici. Huius vitij exemplum est illud de Sisenna in Bruto Ciceronis: Sisenna autem quasi e- mendator sermonis vsitati cum esse vellet, ne C. Rufio quidẽ accusatore deterreri potuit, quominus inuisitatis verbis vteretur. Quidnam istud est? inquit Brurus, aut quis est iste C. Rufius? Et ille fuit accusator (inquit) ver- tus, quo accusante Chirtilium, Sisenna defendens dixit quaedam eius sputatilica esse crimina. Tum C. Rufius: Circuuenior (inquit) Iudices, nisi subuenitis. Sisenna, quid dicas, nescio: meruo insidias. Sputatilica quid est hoc? Sputa quid sit, scio: tilica, nescio. Maximi risu: sed ille

ille tamen familiaris meus, rectè loqui, putabat esse inusitatè loqui. Atque in hoc elencho propter obscuritatem dicendum, Non intelligo, vt hoc Rufiano moneamur exemplo. Et hoc inusitatæ dictionis vitium à Cicerone notatur, cùm de latinitate, id est Grammaticæ virtute præcipit Oratorio tertio.

## ELENCHVS HOMONYMIAE.

Homonyma, aliquando dicuntur res ipsæ, vt in Categoriis primo capite, quarum nomen est commune: at secūdum nomen, essentiæ ratio diuersa: vt homo, & homo pictus, homo dicitur, sed ratione diuersa: Sicque homo & homo pictus, dicuntur homonyma: quibus synonyma sunt contraria, quæ nomine & nominis ratione conueniunt: Nunc verò homonyma, dicuntur ipsa verba, res diuersis nominibus significantia: vt tertio capite primi Elèchi, μαθητὴν, significat discere, quod est discipuli: & intelligere, quod esse possit magistri. Sic Marcialis libro secundo de Paulo:

*Carmina Paulus emit, recitat sua carmina Paulus:*

*Nam quod emas, possis dicere iure tuum.*

Illic possessor significatur, quòd emerit: hinc author, quòd fecerit. Sic cùm Sextus Annalis reū læsisset, & instaret identidem accusator Ciceroni, Dic M. Tulli, nūquid potes de Sexto Annali? Versus autem Cicero, vt Quintilianus ait quarto capite sexti, dicere cœpit de libro Ennij Annali sexto:

*Quis potus ingentes oras euoluere belli?*

Sic Cræsus Lydiæ rex, vt est apud Herodotum libro primo, cùm Apollinem de bello aduersus Cyrū Persarū regem consuleret, oraculo ambiguo falsus est: quod ab Aristotele citatur quinto capite tertij Rhetoricæ:

*Cræsus Halym penetrans, magnam peruertet opū vim.*

Credidit Cræsus cùm Halym Cappadociæ fluuium traiecisset, se hostium magnā vim peruersurū: peruertit suā, ait 2. de Diuinat. Cicero. Homonymia propter ac-

centum & scripturam frequenter accidit: vt & *καταπέθεται ὄμβρω*. non corrumpitur imbre: Si & scribas, erit genitius, cuius. Hic elenchi genus ab Aristotele efficitur in Elenchis tertio capite primi: & in arte poetica: at species est homonymiæ. Ergo Grammaticæ etymologia, orthographia, prosodia, in dictione simplici faciunt homonymiam: Quæ tam frequens est, vt philosophorū quibusdam (ait Quintilianus nono capite septimi libri) nullum videatur esse verbum, quod nō plura significet. Nec iccirco tamen existimari volo, omnem disputationem vitiosam, sed si in eadem oratione dissimiliter idem verbum intelligatur. Est verò hic elenchus omnium *ἐυφρέστετος καὶ δημοσιώτατος καὶ συνηθέστετος*, maximè naturalis ac vulgatus & vsitatus, vt est in Elenchis primo capite primi & septimo capite secūdi; Nam quia fieri non potest vt de rebus ipsis propalām atque ante oculos positis differamus, vt est primo capite primi, sed nominum symbolis atque notis pro rebus vtimur: quod in nominibus vsuuenit, id quoque in rebus arbitramur vsuuenire: quemadmodū iis accidit, qui calculis ratiocinantur. At id nequaquam est simile: nomina siquidem sunt finita, & verborum finitus numerus: res autē sunt innumerabiles & infinitæ: necesse est igitur eodem verbo ac nomine plura significari. Quemadmodum itaque à peritis fallūtur ij, qui calculos subducere nesciunt: sic in disputatione qui verborum vim nesciunt, decipiuntur, siue ipsi disputent, siue disputantes audiant. Atque vt scribitur in Elenchis tertio capite secūdi libri, aduersus tātam Hydram, remedium diuisionis & distinctionis vnicum valebit.

—*Recitat sua carmina Paulus:*

Distingue sua, vel quæ fecit, vel quæ emit: De Sexto Annali, distingue Annali vel teste vel libro: Opū vim, distingue vel Cræsi vel Cyri. Sic necessitatis distinctione retexuimus Aristotelis disputationem de futuro cōtingenti. Tali distinctione lusit Martialis in Cæcilianum libro primo:

*Cùm dixi ficus,rides quasi barbara verba:*

*Et dici ficos Cæciliane, iubes.*

*Dicemus ficus,quas scimus in arbore nasci:*

*Dicemus ficos Cæciliane,tuos.*

Atque hoc etiam homonymiæ vitium,grammaticum est,non logicum:& cùm de perspicuitate orationis præcipitur à Cicerone,de vitâda ambiguitate verbi sermônisque præcipitur.

## ELENCHVS METAPHORAE.

Metaphora verò, vt docetur in arte poëtica, est nominis alieni illatio, aut à genere ad speciem, aut à specie ad genus, aut à specie ad speciem, aut secundû propositionem. Hîc Aristoteles metaphoræ nomine, vt Cicero in Oratore rectè animaduertit, tropos omnes comprehendit: In iis enim omnibus alienum nomen assumitur: sed certè quatuor illis partibus non satis accuratè diuisit: quarum duæ primæ synecdochem, quarta verò metaphoram exprimit: tertia fortassis possit ironiam & allegoriam comprehendere, quæ cõtrariam speciem pro contraria sumunt. At id Aristoteles non exprimit, nec tropi nomen vllum speciale ponit: vt eius ætate videatur ars troporum nondum extitisse. Sed metaphoras, id est tropos, Aristoteles quinque locis à logica disputatione in Organo reiicit. Tautologia perridicula, sed tamen Aristoteli vsitata. Cùm igitur dixisset in Posterioribus decimo quinto capite secundi, difficiliùs genera,quàm species definiri,quia in iis homonymiæ magis latent: tum ad eas cauendum, metaphoras ita reiicit: Si verò non differendû sit metaphoris, sanè nequam definiendum,neque metaphoris,neque per ea quæ metaphoris exprimentur:differendum enim metaphoris esset. Hîc Aristoteles metaphoras, velut homonymiæ latebras reiicit. Secundus est locus tertio capite quarti Topici: Considerandum verò etiam an secundum metaphoram dictum, vt genus assignauit. Metaphorâ reprehendit

reprehēdit Aristoteles in assignatione generis, quia genus non secundum metaphoram, sed propriè de specie dicitur. Tertius est locus secundo capite sexti Topici, Quòd obscura sit definitio, si secundum metaphorā dixit: quidlibet enim obscurum est metaphorā pronuntiatum. Accidit autem etiam, ut qui metaphoris utitur, imponat & calumnietur. Hic metaphoræ culpa ostenditur, quòd incerta & obscura significatio sit. Quartus est locus repetitus è proximo secundo capite septimi Topici: Tum si transferendo dixit nomen. Quintus: Tū cuius veritas exquiritur, si quis trāsatis nominibus utatur, in his maximè latebit: Nam quia incertum est, vera pars vera sit, sophisticè agere nō videbitur: Cūque sit ambiguum, neque mentiri videbitur: metaphora siquidem disputationem, reprehensionis expertem præstabit. Hic superior illa culpa citatur, & metaphora inter clenchos iam planè numeratur: tamen si metaphora plerunque necessaria est, cū verbis propriis caremus: Et metaphora, quæ vera metaphora est, ut Aristoteles ipse docet secundo capite sexti Topici, quodammodo quòd significatur, notum facit per similitudinem: Et Aristoteles in Posterioribus analogiam nominum, id est metaphorā hanc probavit: Idemque in Rhetoricis tales metaphoras imprimis celebrauit, quæ suaves, significates, è propinquo sumptæ essent: eisque imaginem, amplitudinem orationis, facetias, subiectiones ante oculos, proverbia, superlaciones subiicit. Quid ergo? Certè arbitror Platonis causā ab Aristotele tā valdè metaphoram reprehendi, cuius oratio videatur Aristoteli, quarto capite secundi Politici, redundantiam habere, & loquacitatem & insolentiam & affectationem: nam propter metaphoras & Tropos Platonis, id (opinor) est Aristoteli visum. Quare metaphora licet ab Aristotele tot locis reprehendatur, obscura tamen & inusitata potius videatur, quàm omnis metaphora reprehēdi: aut in accurata disceptatione, verbi proprietati postponi: quia propriis verbis, perspicua fiat oratio, modificatis ornata, ut

ta, vt est secundo capite tertij Rhetorici: tanquã ad perfectè docendum rhetorica elocutio nõ conueniat: quãuis ad rudes nec satis attentos (quales plerique naturã sumus omnes) excitãdum plurimũ possit. Atque huic elencho distinctione similiter est occurrendum, vt propria & modificata significatio diuidatur. Neque hoc metaphoræ vitium, quodcunque possit esse, logicũ vitium est, sed rhetoricum.

## ELENCHVS AMPHIBOLIAE.

Simplicis dictionis elenchos sequuntur coniunctæ dictionis elenchi, amphiboliæ & expositionis. Amphibolia, est ambiguitas orationis, non è verborum significatione, sed è syntaxi deducta: vt,

*Aio te AEcida Romanos vincere posse.*

Qua ambiguitate deceptus est Pyrrhus bello aduersus Romanos suscepto: Hic statuũtur compositio & diuisio pro generibus elenchorum in dictione, de quibus tertio capite primi Elẽchi: vt, Possibile est non scribentem scribere: compone (non scribentem) cum (scribere) & tempus vtriusque compone: vt propositionis huius (possibile est non scribentem scribere) sit sensus (non scribens scribit:) propositio est possibilis: sensus erit contradictionis & impossibilis: significabitur nepe, quod quis habet potestatem, vt non scribens scribat: At diuisio faciet sensum facilem, si tempora diuidas & distinguas: Possibile est non scribentem scribere. Significatur enim quod quis, quando non scribit, habet potestatem vt aliquãdo scribat. Hic igitur, vt in ceteris elenchis, per oppositum solutio erit, sicut præcipitur in Elẽchis tertio capite primi: & quia compositione temporis, elenchus creatur, diuisione temporis dissoluetur. Dissimiles amphibolię sequuntur in Elenchis tertio capite primi:

*Quinquaginta virũ centum liquit diuus Achilles.*

Pone post quinquaginta, virgulã, sensus erit, Achilles è viris cẽtum liquit quinquaginta: pone post virũ, sensus

sensus erit, è quinquaginta viris Achilles liquit cētum: quod etsi fieri non potest, nec sensum turbare potest, at tamen ipsum syntaxeos genus est vitiosum, vt etiam Quintilianus annotauit secundo capite libri octauī. Item, Ego te feci seruum liberum: vel è seruo liberum, vel cōtrā è libero seruum. Quinque sunt duo & tria: ergo paria & imparia: compositus in antecedente sensus verus est, quòd quinque sunt duo & tria simul iuncta: diuisus, falsus: nec enim quinque sunt duo: nec itē quinque sunt tria. Hęc compositionis & diuisionis exempla, sunt iccirco vitiosa, quia amphibola: Itaque eiusmodi orationis cōpositionē & diuisionē, amphiboliz subii- cio: alia rerū cōpositio & diuisio erit, de qua postea in diuisionis elencho. Atque amphibolia, diuisione sententi- arum soluetur, vt homonymia, diuisione significationū:

*Sio te Aeacida, Romanos vincere posse:*

Distingue, vel quòd Aeacides possit Romanos, vel quòd Romani Aeacidem. Atque adhuc tres elenchi sunt, in quibus dicendum est, Distinguo. Atque hoc etiā amphiboliz vitium grammaticum est, & grammaticæ syntaxeos vitium.

### ELENCHVS EXPOSITIONIS.

Præter amphiboliam notat Aristoteles prauam ex- positionem, de quæ eius elencho copiosè disserit triceti- mo tertio capite primi Priorum: Frequenter autem er- rare continget, quia non rectè exponantur secundum propositionem, termini: vt si nūc habitus, nunc *deurivū*, susceptiui vocabula ponantur:

*Nulla ægritudo potest esse sanitas:*

*Homo est ægritudinis capax:*

*Homo igitur non potest esse sanus.*

Videtur conclusio syllogistica esse: at fallacia est: hu- ius verò causa est, quia non apta dictione, termini ex- ponantur: qui si aptè exponantur, cōclusio non procedet:

*Nullus ager potest esse sanus:*

*Homo est ager:*

*Homo*



*Homo igitur non potest esse sanus.*

Propositio falsa erit: nec verò laborādum, vt termini nos nomine semper exprimamus: frequenter enim rationes erunt, quibus nulla sunt nomina. Hoc præcepto verè monemur tres terminos in syllogismo ad trium verborum simplicium seruitutem reuocādos non esse: tanquam nullus syllogismus, nisi simplicibus dictionibus efficeretur: essétque idem, syllogismum tribus terminis, & tribus simplicibus vocabulis effici: denique genus illud sermonis, quo sæpe Aristoteles vtitur, inesse, & similia, vt attribui, dici, nequaquam est ad vnam & eandem & perpetuam orationis normam reuocādum, vt propositionis termini, subiectus & attributus, sint perpetuò nominatiui casus: vt,

*Homo est animal:*

aut alia certa & perpetua formula exprimantur: sed quot modis verum falsúmue exprimi potest, tot modis accipiendum est inesse aut non inesse, siue rectis, siue obliquis casibus id fiat: vt,

*Omnis philosophia est boni:*

*Omnis Logica est philosophiæ:*

*Omnis igitur Logica est boni.*

Attributa casibus obliquis efferuntur, nec res eò minùs intelligitur: attamē cūm retexemus & resoluemus exempla, longioris orationis ambitu exposita, trāsmutatio nominum & orationum adhibenda erit, contrahendāque res breuiùs, quò faciliùs æstimeretur, vt docetur tricesimo nono primi Priorum: Verba verò etiam idem valentia pro verbis, & orationes pro orationibus: verbúmque & oratio, & semper pro oratione verbú cōmutandum: facilior enim fuerit expositio terminorum. Præcepti superioris quædam est interpretatio: quanuis in vero & humano vsu poëtarum, oratorum, philosophorum, omnium denique hominum bene differentium, termini plerunque longis constant orationibus, attamen cūm retexentur, quoad fieri poterit, longitudo cōtrahetur: quantò enim magis compendiarie disputatio fuerit,

fuerit, tãtò cernetur acutiùs, & accuratiùs iudicabitur. Est tamen considerandum quid pro quo ponatur, ac ne commutandis verbis, sententię quoque commutentur: quod exemplo monet Aristoteles: Non enim idem est, τὸ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, καὶ τὸ εἶναι τὴν ἡδονὴν τὸ ἀγαθόν, sicut videtur: nã articulus τὸ, cum nomine, ἀγαθόν, summum bonum significat. Latinè hæc captio nõ latet, sed apparet: Aliud enim est, Voluptas est bonum, & voluptas est ipsum bonum. In hoc igitur elencho, secundum oppositum solutio erit, & notiore expositione deterior corrigetur: & quod inusitata, idem prauę orationi dicitur, Nõ intelligo. Atque hæc apud Aristotelem aduersus elenchos & paralogismos dictionis tum simplicis, tum coniunctę, documenta sunt: Elenchi extra dictionem explicandi sunt, qui Logicę vitia sunt propria, cum illa Grammaticę sint & Rhetoricę: ideo Aristoteles propter dictionem statuit: non enim ad externum & prolatum sermonem demonstratio est, sed ad interiorum animi rationem: quin neque syllogismus: semper enim licet instare externo sermone: Interiori autẽ non semper licet, ait Aristoteles octauo capite primi Posteriorum: Elenchi extra dictionem, sunt variè propositi toto Organo, sicut elenchi propter dictionem: sed inuentionis elenchi duobus præcipuè Elenchorum libris: Verum ut virtutes exposuimus, sic vitia velut ex altera parte respondentia proponamus. Duo sunt igitur communia inuentionis vitia, petitio eius quod erat in principio, & redundantia.

## ELENCHVS PETITII EIVS

*quod erat in principio.*

Obscuritas peculiari sermone Aristoteli notatur in prioribus Analyticis decimo octauo capite secundi, & quinto octauum Topici: & in Elenchis, quarto & quinto capite primi, item quinto secundi: Petere quod est in principio & sumere, id est nõ probare propositum. *Questio autem ab Aristotele appellatur mathematico sermone,*

mone, vt antea dixi, quod erat ex principio: vel quod idem est, quod erat in principio: Ideoque cum quis obscure ratiocinatur, nec intelligentiam suam explicat, & tamen sibi credi vult, petit sanè quæstionem, quæ posita initio fuerat, gratis approbari: & quanuis nihil persuaserit, sibi tamen credi: probationem pollicetur, non persoluit: satisfacere tamè videri vult: postulat igitur debitum, tanquam sibi condonari. Summa verò petitionis est, si per ignotiora aut æquè ignota, disputatio fiat: Manifestissimè verò & statim petitur, quando idè prorsus petitur, vt in synonymis. Obscuritatis exemplum nobile est apud Ciceronem secundo de Diuinatione: Quid enim inquit, mea causâ me mones, quod non intelligam? Quid me igitur mones: vt si medicus ægroto imperet, vt sumat

*Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam,*  
potiùs quàm hominum more, cochleam dicat? Nam Pacuianus Amphio,

*Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera:*

*Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci:*

*Euiscerata, inanima, cum animali sono:*

Cum dixisset obscuriùs, tum Attici respondent, Nò intelligimus, nisi apertè dixeris. Ac ille vno verbo, Testudo. Non poteras hoc igitur à principio, citharista, dicere? Obscuritatem in illis definitionibus Cicero reprehendi ostendit: Aristoteles tertio capite octauì Topici, hìc dicendū ait, οὐ μαθητὶς, non intelligo: Id nempe & Attici illi respondent, Non intelligimus. Et illud est, quod in verbis inusitatis & praua expositione, quia obscura esset, dicendum monuimus.

## ELENCHVS REDVNDANTIAE.

Superuacuum est, quo remoto, reliquum nihilominus est perfectum: vitiū multis ab Aristotele & locis & nominibus expositū: In Topicis quarto capite octauì, describitur inter reprehensiones disputationis secundum

sc: Sā

se: Si ad quæstionē non fiat syllogismus. Modò rursus similiter, sed alio nomine, inter species falsę disputationis ponitur: Quando syllogismus quidem concludit, nō tamen ad propositū. Et separatim rursus in Organo notatur, & diuisionis & definitionis & syllogismi, de quibus commodiùs antea. Species redundantia dux sunt insignes, & ab Aristotele vehementer animaduersæ, ἐπερογένεια καὶ πανλογία. Nam superuacua res ideo est, quia aut aliena est ipsa per se: aut si non sit, tamen quia sæpiùs iteratur, iteratione ipsa nihil prodest.

## ΕΠΕΡΟΓΕΝΕΙΑ.

Alienigenum dicitur, quod est diuersi generis, quod interdum Aristoteles appellat multa & differentia genere, & externi generis: absolutè autem accidentia appellat, quæcunque videlicet non sunt per se: Cuiusmodi fuerit siquid sit etiam ad propositum, non tamen secundum propriam disciplinam, vt præcipitur quinto capite octaui Topici: quod accidit, si non medica disputatio, videatur esse medica, aut geometrica, quæ non geometrica sit, aut dialectica, non dialectica, siue verum, siue falsum sit quod concluditur. Atque hanc ἐπερογένειαν in Analyticis Aristoteles, ~~etiam~~ contrariam συγγένειαν commendans, latissimè differuit septimo & octaui et nono capitibus primi Posteriorū. Si arithmetica geometricè tractes, id est ἀριθμητικόν. si geometrica tractes arithmeticè, id est ἀγεωμετρικόν. Itaq; vt euitetur hæc ἐπερογένεια, iubet Aristoteles arithmetica arithmeticè, geometrica geometricè, mechanica mechanicè, optica opticè, cæteraque similiter suo probationis genere tractari. Sed his τῆς ἐπερογένειας modus est seuerior, et in disciplinis magis, quàm in communibus et popularibus disputationibus animaduertendus: et propriè opponitur scientificæ notæ per se: Ideòque licet Aristoteli dicatur secūdo capite secūdi Topici, sophisticus modus eò deducere, vbi argumentis abundemus: in Elenchis duodecimo capite primi, locus sophisticus: attamen videtur hanc aliquando digressionem concedere, cum ait quarto capite octaui

octauī Topici: Oportet autem bene traducentem, Dialecticè ac non contentiosè traducere. Quapropter oratores et poëtæ in rebus popularibus hanc digressionis licentiam sibi permittunt: imò cùm aptè ad reficiendos audientium vel legentium animos fiat, laudis et virtutis loco ducunt. Ergo quod in accurato genere docendi vitiosum fuerit, id aliquando fuerit in populari laudabile. Huius vitij festiuum illud est apud Martialem exemplum libro sexto:

*Non de vi, neque cæde, nec veneno:*

*Sed lis est mihi de tribus capellis.*

*Vicini queror has abesse furto:*

*Hoc iudex sibi postulat probari:*

*Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,*

*Et periuria Punici furoris,*

*Et Syllas, Mariosque, Mutiosque,*

*Magna voce sonas, manúque tota.*

*Iam dic Posthume, de tribus capellis.*

Sic Lycophron ab Aristotele reprehenditur in Elenchis decimo quarto capite primi: cui cùm propositum esset ex arte lyram commendare, in res alienas abiit.

ΤΑΥΤΟΛΟΓΙΑ.

ταυτολογία est si sæpiùs idem dicitur, vt est secundo capite sexti Topici: ἀδδλεσΧία, nugatio est eadem, & in quinto Sophisticæ sine ab Aristotele numerata: tantum hoc Aristoteli vitium visum est. ταυτολογία autem interdum obscurior est: vt si quis dicat duplum dimidij, bis idem dicit: nam duplū per se, est dimidij: Itaque qui dicit duplum dimidij, perinde est, ac si dicat, dimidij, dimidij duplum, vt est in Elenchis decimo tertio capite primi. Eadem verò est apertior secūdo capite sexti Topici, si cùm vniuersale dictum sit, addatur & particulare: vt si quis dicat, Medicinam, esse scientiam salubrium animali & homini: qui elenchus longè manifestissimus est, cùm generale quicquam per species sæpiùs iteratur: Tres angulos duobus rectis pares habere, si quis demonstrat separatim, per species, Isopleurum, & Scalerum, &

G Isosceles,

Isofceles, non demonstrat, sicut Aristoteles in Posteriori, bus quinto capite primi, nisi sophistico modo. Hæc εν-  
 τωπολογία opponitur scientificæ notæ, vniuersaliter pri-  
 mum. Et Aristotelis ratio τῆς ἀδδλεσχίας certa est: com-  
 plures enim demonstrationes, qui sic demonstrat, effi-  
 cit, cum possit de omnibus vna demonstratione mon-  
 strari. Ac nimirum in constituenda Logica, studij nostri  
 præcipuus adhuc labor iste fuit, vt generalis doctrina  
 variis apud Aristotelem locis specialius & sæpius repe-  
 tita, generaliter ac semel exponeretur: τωπολογία itaque  
 & ἀδδλεσχία, fuerit in docendo eiusmodi vitium: at ma-  
 gnorum etiam ingeniorum vitium, interque alia, Cice-  
 roni ab Atticis oratoribus, qui Romæ dici voluerunt,  
 obiectū, quod in repetitionibus nimius esset, vt scripsit  
 Quintilianus libri duodecimi capite decimo. Quod in  
 populari ramē & civili disputatione, quæ semel & pro-  
 nuntiatur & auditur, necessarium interdum fuerit, ne  
 res præterlabatur: & in vna re commorationem iccirco  
 oratores inter virtutes constituunt. At secus est, cum ad  
 attentum sua sponte & consideratum auditorem do-  
 cendum, res scripto mandatur: Tum enim quanuis se-  
 mel exposita (si prima fortè lectione percepta non sit)  
 attamen quoties lubet, legi ac relegi potest. Atque in  
 hoc toto redundantiz Elencho dicendum, Nil ad rem.

## ELENCHVS τῆ ἀναίτιου,

Communibus inuentionis vitiis expositis, propria  
 singulorum argumentorum exponatur: Fallaces enim  
 causæ & mendaces fingi possunt: Item facta & reliqua  
 argumenta falsa pro veris assumi possunt, sicut Aristo-  
 teles ferè nominatim de singulis admonuit: ἀναίτιον ὡς  
 αἴτιον, non causa vt causa ab Aristotele nominatim di-  
 citur in prioribus Analyticis decimo nono capite secū-  
 di: Item in Elēchis quarto capite primi. Sic causa equi  
 fabricati, & in urbem recipiendi fingitur à Sinone, Ac-  
 neidos secundo:

Hanc

*Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso  
 Effigiem statuère, nefas quæ triste piaret:  
 Hanc tamen immensam Calchas attollere molem  
 Roboribus textis, cæloque educere iussit:  
 Ne recipi portis aut duci in mœnia possit:  
 Neu populum antiqua sub relligione tueri.*

Idem locus est in Rhetoricis vicesimo quarto capite secundi, ad nō causam vt causam, quomodo Demades criminabatur Demosthenis administrationem, omnium malorum causam, cum nequaquam tamen fuisset. Aristoteles hunc elenchum suo nomine designauit: cuius exemplo sic cogitare possimus, nō factum pro facto, & falsa pro veris adhiberi cætera argumenta posse.

## ELENCHVS FACTORVM.

Effecta plerunque vitiosa similiter assumuntur, tanquam ab aliis profecta causis: Martialis primo libro de rhetore:

*Extemporalis factus est meus rhetor:  
 Calphurnium non scripsit, & salutauit.*

Salutare enim quempiam nominatim ac memoriter, extemporalis eloquentiæ effectum nullum est: sed obliuiosi hominis memoriam festiuè Martialis notauit. Quinti Fabij res gestæ extenuabatur ab inimicis, & ouiculæ atque cunctatoris facta dicebantur, cum essent boni & prudentis imperatoris.

## ELENCHVS SVBIECTORVM.

Grammatici non loquedi modò scientiam sibi vendicant, sed etiam poëtas enarrandi: quod postremum tamen eius artis alienum est: nec vllum in Grammatica traditur præceptum, nec tradi debet, de poëtarum sententiis interpretandis. Nam si quid in poëtis dialecticū, physicum, ethicum, medicum, historicum fuerit, ex earum artium, non Grammaticæ decretis repetendum erit.

G ij Rhetores

Rhetores inueniendi, disponendi, ornandi, recordandi, pronuntiandi artes, suæ disciplinæ subiiciunt, cum sit inuentio dispositioque Dialecticorum: & memoria, siquid artis habeat, dialecticæ dispositionis quædã sit umbra. Generalis argumentorũ doctrina ad speciales quæstiones variis apud Aristotelem libris est repetita, vt dixi: At generalis doctrina generaliter docenda est, ait lex Aristotelis, secus sophistica est: nec generalis doctrinæ subiectum speciale, sed generale proprium est. Cæteris studiis artium vtiã non tanta reprehensionis huius materies abundaret, vel redundaret potiùs.

### ELENCHVS ADIUNCTORVM.

Ex adiunctis frequentior error nascitur, & videtur ab Aristotele nominatim propositus: hinc enim oritur elenchus, de quo est in Elenchis quarto capite primi, propter accidens: Propter accidens paralogismi sunt, quãdo similiter quilibet putatur rei accidẽti inesse, id est subiecto & attributo, vt si Coriscus diuersus est ab homine, ipse est diuersus à se, est enim homo. Aristoteles hinc obscurus est: exemplum eius retextatur: sic in secunda figura concludetur:

*Coriscus diuersus est ab homine:*

*Coriscus est homo:*

*Coriscus igitur diuersus est à Corisco.*

Atqui si propositionis sensus, vt viderur, negatus sumatur, pro, Coriscus nõ est homo, propositio falsa erit, & ex oppositis antecedentibus, opposita sibi complexio efficietur: sin affirmatus, ex affirmatis concludetur ἀσυνλογίως in secunda figura: nos apertiùs fecerimus, si dicamus omnem ex adiunctis accidentibus fallaciam, huius esse loci: hinc etiam, sed facilius erit elenchus alter τῆ ἐπομένῃ, consequentis, nominatim ab Aristotele propositus ibidem: Itẽmque quinto & sexto & septimo capite eiusdem libri: pars enim quædam est accidentis consequens. Hic verò elenchus accidit, quòd existimẽt conuertũ

quando  
p-t +

ti

cu  
q  
i  
confy  
quasi  
pcedam ac idem



conuerti consequentiam. Quo è sophismate oriuntur illa  
 læ sensuum fallaciæ: E felle, mel esse suspicamur, quia

*Si mel est, flauus color est:*

*At est in felle talis color:*

*Iccirco mel videtur.*

*Si pluit, terra madida est:*

*At est madida:*

*Pluit igitur.*

Quod iteratur primi Rhetorici capite vicissimò  
 quarto:

*Si magnanimus, contemptor est hominum:*

*At talis est Alexander:*

*Magnanimus igitur.*

*Si timidus est, fugiet:*

*At fugit: Timidus igitur.*

Magnas victorias imperatores callidi hac fallaci &  
 insidiosa sophismatis simulatione cōsequuti sunt: Han-  
 nibal Romanos ad Trebiã, ad Thrasymenũ lacum so-  
 phistica illa fallacia circumuēnit. Thomyris Scytharum  
 regina Cyrum cum ingenti exercitu deleuit: Hinc simu-  
 lationum permultarum ac dissimulationum inuolucra  
 nascuntur: Sed tamen nõ omne consequēs est ex adiun-  
 ctis: potest enim genus esse, & error par erit: vt,

*Si equus homo est, animal est:*

*Sed animal est:*

*Homo igitur est.*

Nec fallacia hæc tantum argumenti est, sed & argu-  
 mentationis: De hac igitur rursus in analysi syllogismo-  
 rum: Quare vt vitiorum genera separemus, fallaciam  
 accidentis & consequentis hîc capiamus pro fallacia  
 adiuncti non proprii neque necessarij, sed quod re ipsa  
 adesse possit & abesse, & cuius conclusione & consec-  
 quutione falli possimus.

### ELENCHVS OPPOSITORVM.

Oppositorum locus captiones acriores habet, ac

sæpe pro oppositis sumuntur, quæ opposita non sunt:  
Martialis libro quinto:

*Pinxisti Venerem, colis Artemidore, Mineruam:*

*Et miraris opus displicuisse tuum?*

Hæc simul fieri poterant, & tamè opus placere: Op-  
posita si subiiciuntur, non faciunt oppositionem: vt,

*Candor est color:*

*Ergo nigror non est color:*

Non sequitur: de oppositis siquidem potest idem di-  
ci: nec opposita definiuntur, de quibus dici non possit  
idem, sed quæ de eodem non possint: Si dicatur non de  
re sibi naturaliter affecta, quanuis medio careant, tamè  
verum & falsum non diuidunt: vt si de mortuo Socrate  
dicatur:

*Socrates est æger,*

*Socrates est sanus:*

Vtrûq; falsum est: quin si opposita tantùm sint in par-  
te attributi, oppositio necessaria non est: Tibullus li-  
bro primo:

*At vos exiguo pecori furésque lupque*

*Parcite, de magno est præda petenda grege.*

Præda petenda est de grege magno: ergo nõ est pe-  
tenda de grege paruo: non sequitur.

*Socrates est leo magnus:*

*Socrates est leo non magnus:*

neutrum verum est, quia modus attributi tantùm nega-  
tur & affirmatur, non autem etiam attributũ ipsum. Ad  
huius loci captionem attinent ex parte quadam plures  
interrogationes, de quibus in Elèchis quarto capite pri-  
mi: vt si quis de rebus, quarum bonæ quædam sint, quæ-  
dam non bonæ, interroget, Vtrùm omnes bonæ, an non  
bonæ? Disiunctio videtur esse vera, quia attributa sint  
contradicientia: at cum generaliter enuntiatur vtrûque,  
non necessariò verum falsumque diuidunt, nec pars al-  
tera verè respõdetur: nec omnino sequitur, Putasne om-  
nis homo sapiens est? non: Omnis igitur homo est non  
sapiens, vt est primo capite secundi de Interpretatione.

Totum

Totum verò oppositorū locum videtur Aristoteles impro-  
 baste, & inter viria disputationis collocasse: & certè  
 contrarium tot modis peti docuit quinto capite octavi  
 Topici, quot modis peteretur, quod esset in principio:  
 quasi cùm opposita naturâ simul essent & æquè nota,  
 frustra ad alterius disputationē alterum peteretur: At-  
 tamen etsi ad accuratè demonstrandum, opposita non  
 valent, valent tamen ad refellendum: & ex alterius op-  
 positione, alterum attentius considerandum: Nec falsò  
 tritum ac celebratum est illud axioma è secundo & de-  
 cimo septimo capitibus tertij Rhetorici: Contraria iu-  
 xta se posita, maximè elucere. Nec tam sepe tamque la-  
 tè propositus ab Aristotele locus hic esset, si inutilis ei  
 visus esset: nec ἀντιφάσις axioma, omnium principio-  
 rum principium ab eo factum esset.

## ELENCHVS PARIVM.

Ex cōparatis sunt etiam suæ captiones. Quia quod  
 virum bonum facere oportebat, id loquebatur Neuius:  
 credidit Quintius eum, qui orationem bonorū imita-  
 rerur, facta quoque imitaturum: ait Cic. pro Quintio,

*Quòd alpha dixi Codre, penulatorum*

*Te, nuper aliqua cùm iocarer in charta:*

*Si fr̄te bilem mouit hic tibi versus:*

*Dicas licebit, beta me togatorum.* Martialis lib. 5.

Paria videntur alpha penulatorum & beta togato-  
 rum, quia sunt affines alphabeti literæ: cùm illa tamen  
 primum, hac secūdum aut nihil significemus. Huc per-  
 tinet error consecutionis ad eadem nominatim ab Ari-  
 stotele propositus secundo capite secundi Topici: qui  
 tametsi in relatis & priuātibus accidit nunquā, frequen-  
 ter tamen accidit in aduersis: vt,

*Bestia est animata:*

*Ergo homo est animatus.*

Nec Aristoteli vera fuerit illa Ciceronis disputatio  
 in quinta Tusculana: Quid? cùm fatentur satis magnā

vim esse in vitiis ad miseram vitam, nōne fatendum est, eandem vim in virtute esse ad beatè viuendum? Cōtraria enim cōtrariorum sunt consequentia: imò ait Aristoteles, amica & consentanea contrariorum possunt esse consequentia: vt,

*Candor est color:*

*Et nigror est color:*

Nec omnino sequitur,

*Candor est color:*

*Ergo nigror non est color.*

Qui consecutionis error in contradicentibus multò frequentior est:

*Homo est animal:*

*Ergo non homo est non animal.*

Paria igitur videntur hæc esse in contrariis & contradicentibus: at non perpetuò: De quo elencho dicemus rursus in vitiis syllogismorum, quia id argumenti & argumentationis commune vitium est.

### ELENCHVS MAIORVM.

*Soluere Pate, decem tibi me sestertia cogis,*

*Perdiderat quoniam Bucco ducenta tibi:*

*Ne noceant oro, mihi non mea crimina: tu qui*

*Bis centena potes perdere, perde decem:*

Ait Martialis libro vndecimo. Sic Cicero secundo ad Atticum: Herculè verum vt loquamur, sub contumeliosè tractatur noster Publius; primùm qui cùm in domo Cæsaris quondam vnus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse poterit.

### ELENCHVS MINORVM.

Virgilius quarto Georgico:

*— Quid me cælum sperare iubebas?*

*En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,*

*Quem mihi vix frugum & pecudum custodia solers*

*Omnia*

*Omnia tentanti extuderat, te matre relinquo.*

Humanos honores non retineo, quomodo divinos assequar? ait Aristæus ad matrem Cyrenem: At plerunque illud est maius, quod pro minore posuit.

### ELENCHVS SIMILIVM.

Similitudinis fallaciam proposuit Aristoteles tertio, & quinto, & sexto, & septimo primi, & tertio secundi Elenchi, nomine τῆς ὁμοιοχημοσύνης, similis formæ: sed hanc similitudinem, ad dictionem videtur retulisse: vt, Secare est actiuum, ergo & valere: vtrunque enim simili forma dicitur. At ista similitudo formæ in rebus, sicut in dictionibus, potest accidere: quod Aristoteles suis exemplis indicat decimo tertio capite primi Elenchi: imò præceptis, cū ipsemet doceat, omnes fallacias primo capite primi Elenchi, quadam similitudine fieri,

### ELENCHVS CONIVGATORVM.

Coniugata captiosa sunt, sed ferè aliqua generali causa, vt ambiguitatis: Ouidius secundo de Arte:

*Aurea nunc verè sunt secula, plurimus auro  
Venit honos: Auro conciliatur amor.*

Quod idem exemplum Propertius habet libro tertio.

Quale & in Ethicis illud, quarto capite secundi ad Nicomachum: Iusta ait, ergo iustus est: Nō sequitur ait Aristoteles, quin iusta res agi possit ab iniusto.

### ELENCHVS DIVISIONVM

*communis.*

Elenchus omnium diuisionum communis, nominatim quidem ab Aristotele, sed obscure propositus quinto capite secundi Posteriorum, cū accidit, aliquid essentia vel addere vel detrudere vel superare. Est igitur  
in di-

in diuisione vitiosum, si quid aut desit aut redundet. Pri-  
 oris generis exemplū est quinto AEnidos, vbi ludorum  
 genera quatuor proponuntur, classis, cursus, sagittario-  
 rum, pugilum: quintum autem postea, tametsi non pro-  
 positum, describitur, certaminis equestris. Locus sic est:

*Prima citæ Teuctis ponam certamina classis:*

*Quique pedum cursu valet, & qui viribus audax:*

*Aut iaculo incedit melior, leuibusque sagittis:*

*Seu crudo fidit pugnam committere castu.*

*Cuncti adsint, meritaque expectent præmia palma.*

*Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.*

Hic ludos tantum quatuor poeta proponit, præter  
 quos tamen quintum postea describit: Atqui partitio hæc,  
 equites certatores deceperit, qui sibi nullum certamen  
 hac partitione propositum putent: perindeque peccat qui  
 sic partitur, atque in diuidenda pecunia si quis pro par-  
 tibus quinque, quatuor tantum proponeret: vnam nempe  
 furari videretur. Secundi generis exemplum Cicero  
 secundo de Finibus notauit in Epicuro: Quomodo au-  
 tem philosophus loquitur? tria genera cupiditatum, na-  
 turales & necessarias, naturales & non necessarias, nec  
 naturales nec necessarias. Primum diuisit ineleganter:  
 Duo enim genera quæ erant, fecit tria: hoc est non diui-  
 dere sed frangere rem. Qui si diceret, cupiditatum duo  
 esse genera, naturales & inanes: naturalium item quo-  
 que duo, necessarias & non necessarias: confecta res es-  
 set: Vitiosum est enim in diuidendo, partem in genere  
 numerare. Ad quã diuisionis notam pertinet illa Cice-  
 roniana partitionis reprehensio, de qua Quintilianus  
 quinto capite quarti libri: In omni partitione, ait, est v-  
 ti que aliquid potentissimum: quod cum audiuit iudex,  
 cætera tanquam superuacua grauari solet: Itaque non  
 defuerunt, qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem  
 improbarēt, qua se dicturum esse promisit, primum ne-  
 minem maioribus criminibus, grauioribus testibus in  
 iudicium vocatum, quam Oppianicum: deinde præiudi-  
 cia ab iis esse facta iudicibus, à quibus cõdemnatus sit:  
 postremo

postremò iudicium pecunia tentatum, non à Cluentio, sed cōtra Cluētium: quia si probari posset, quod est tertium, nil necesse fuerit dicere priora.

## ELENCHVS TOTIVS

*& partium.*

Atque generalia vitia distributionis, specialia sunt, & primę distributionis propria, cū ex toto ad partem, aut contrā vitiosè disputatur. Compositionis & diuisionis vitia propriè sunt, non quæ nominat Aristoteles in dictionis elenchis, tertio & quinto & sexto capitibus primi libri, & tertio secundi, sed quæ ad rem pertinent: Compositio enim, est fraus illa, quę dicitur in Interpretatione secundo capite secundi, compositorum complexio: Item in Elenchis quarto & quinto & sexto primi, & quinto secundi, simpliciter vel non simplicitate: vt,

*Socrates est bonus citharædus:*

*Socrates ergo est bonus.*

*Homerus est poëta:*

*Homerus igitur est.*

Quod idem fit in negatione:

*Equus non est homo:*

*Equus igitur non est.*

Diuersum est illud, sed generis tamen eiusdem:

*Socrates est non Italus:*

*ergo Socrates est.*

Non sequitur, quia nomen infinitum de quolibet dicitur & ente & non ente: & singularis enuntiationis interrogationem verè negatam affirmatio infinita consequitur, vt secūdi de Interpretatione primo capite docet, Quod genus manifestiorem fraudem habet, quādo contradictio includitur:

*Non ens est opinabile:*

*Ergo non ens est.*

*Socrates*

*Socrates est homo mortuus:  
Socrates igitur est.*

*Peierans qui iurauit se peieraturum, bene iurat:  
Ergo peirans bene iurat.*

In his omnibus exemplis videtur à toto ad partem disputari: contraria est diuisio:

*Est citharædus & bonus:  
Ergo est citharædus bonus.*

Atque attributorum & compositorum & diuisorum conclusio in essentialibus rata est: vt,

*Homo, est animal rationale:  
Ergo est animal & rationalis. & contrà,  
Homo, est animal & rationalis:  
Est igitur animal rationale.*

Manifestior autem fraus est, quando ex imperfecta partium inductione totum concluditur, vt apud Catullum:

*Quintia formosa est multis, mihi candida, longa,  
Recta est: hæc ego sic singula confiteor.  
Totum illud, formosa, nego: nam nulla venustas,  
Nulla in tam magno corpore mica salis.*

## ELENCHVS GENERIS ET SPECIEI.

Sed hæc de toto & partibus fallaciæ sunt: de genere & specie, vna est illa insignis fallacia, secundum existimationem, qua fallimur à genere ad species aut contrà disserendo: Scire enim dicitur, ait Aristoteles vicesimo primo capite secundi Priorum, vt scientia vniuersali, aut vt propria, aut vt actu: propria verò scientia & actu, scientia est singularium rerum: itaque & decipi tot modis accidit: Ergo qui scit aliquot species propria scientia, & actu, si putet vniuersum & totum rei genus sibi notum esse, fallitur: sed multò sæpiùs & foediùs fallitur, qui putat, cum vniuersalem scientiam habeat, ideo scientiam sibi propriam & actu adesse: atqui longè aliud est, libros lectuisse, & in iis generales & vniuersales regulas didicisse: aliud



aliud in singularibus exemplis omni genere meditationis exercuisse. Atque hac differentia primo primi Posteriorum soluitur ab Aristotele Menonis quaestio: Aut scis aut nescis, quod quaeris: Si nescis, frustra quaeris: si nescis, inuentum tamen non agnosces. Scio inquit Aristoteles, generaliter, at specialiter nescio: ideoque non frustra quaero, & adhibito studio, per notam generis, speciem inuentam agnoscam. Paralogismus igitur est, Scio generaliter, ergo specialiter etiam scio: quia generaliter sciri potest, quod specialiter ignoratur. Tatus igitur tamque insidiosus elenchus diligenter animaduertatur.

ΕΛΕΝΧΟΥ ΤΗΣ ΔΕΦΙΝΙΤΙΟΝΙΣ.

Definitio nominalis errores frequentes habet: hinc Ciceronis est reprehensio in accusatorem Balbi: In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, comiter, esse communiter: quasi verò priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrant viam benignè, non grauatè: communiter quidem certè non cōuenit. Notationes vitiosas in Grammaticis quàm multas videmus? Varronem deridet Quintilianus sexto capite primi libri: Cui non post Varronem sit venia, inquit, qui agrum, quòd in eo agatur aliquid: & graculos, quia gregatim volēt, dictos Ciceroni persuadere voluit? cū alterū è græco sit manifestū duci, alterum ex vocibus auium? Et illud nimirum est, quòd Galenus secundo de Placitis ait, Ἀλάζων <sup>αλ</sup> μάρτυς, ἔτυμολογία: impostor ac vanus testis, etymologia. Definitio rei falsa omnino interdum reprehenditur. Cicero prima Philippica. Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes plus te vnum posse, quàm omnes: & metui à ciuibus, quàm diligimur malis: Quòd si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. Charum esse ciuem, bene de Rep. mereri laudari, coli, diligimur, gloriosum: metui verò & in odio esse, inuidiosum, detestabile

detestabile, imbecillum, caducum. Aristoteles hinc duo cōmunia vitia præcipua notauit, obscurum & superuacuum: & ad obscuritatem refert insolentiam orationis, homonymiam, me-aphoram: Præterea si non manifesta sit è definitione proposita, contrarij definitio: Rectè nãque constitutæ definitiones, contrarias simul manifestant. Quod in principiorum legibus ab Aristotele rursum ponetur: Aut si constituta per se manifesta non sit, cuius sit definitio: sed quemadmodum veterum pictorum imagines, nisi quis inscripisset, nesciretur quid esset earum vnaquæque. Sic propter obscuritatem reprehensa est initio definitio illa,

*Terrigenam, herbigradam, domiportam,  
sanguine cassam.*

Ad superuacuum referuntur sequentia: Summatim verò ut dicatur, omne superuacuum est, quod cum remoueris, reliquo tamè definitum declaratur: superuacuum appellatur etiam hinc, quod latius patet & vanum est: modi quatuor describuntur, si quo utatur, quod omnibus infit: aut si proprium quidem sit: eo autem ablato reliqua definitio propria sit, & declarat essentiam: ut si definiatur homo, Ens animal rationale, disciplinæ capax: primum latius patet & postremum vanum est: Tum si quod non omnibus inest: ut si definiatur homo, animal gradies, bipes, quadricubitum: postremum enim omnibus hominibus non conuenit, ideoque superuacuum: rursum si sæpius dixit idem. At pleonasmus hic antè iam dictus est, & omnis hæc *περὶ ἁπλῆς*, in accurata definitione quidem reprehendenda: at in descriptione non item.

### ELENCHVS TESTIMONII.

È testimoniis porrò quæ multa sint mendacia, quam multiplices errores, quæ quotidiana periuria, quid oratio longior exprimenda est? Pro tanto autè vitio non tradenda præcepta, sed vota facienda sunt, ut homines potius ratione & veritate, quam auctoritate & testimonio ad

ad iudicandum moueantur: falsique testimonij causſæ, veri testimonij cauſſis oppoſitæ videantur. Verum testimonium ſapientia, probitate, beneuolentia teſtis perpeditur, vt in Dialectica dictum eſt: falſum igitur ignorantia, improbitate, maleuolentia perpendatur: quoniã captionum omnium, ſecundum oppoſitum ſolutio erit, vt eſt tertio capite primi Elenchi.

astus o  
o u u +  
+ k

FINIS LIBRI DECIMI NONI.

# P. RAMI, REGII ELOQVENTIAE ET

PHILOSOPHIAE PRO-

*feſſoris, Animaduerſionum Ariſtote-  
licarum liber viceſimus & vlti-  
mus, de Elēchis diſpoſitionis.*

AD

*Carolū Lotharingum  
Cardinalem.*



DE HVC inuentionis elenchos expoſuimus, ſequuntur elēchi diſpoſitionis: ac primū enuntiationis: ad cuius partes pertinēt elenchi ſingulorum argumentorum: ex iis enim cōficitur enuntiatio. Cū verò falſa enuntiatio pro vera probatur, hic elē-

chus appellatur nono & duodecimo capite Poſteriorum, ignorantia ſecū dum negationem, & ſimplex & ex oppoſitis: ſecundum negationem verò dicitur, quia negatione reſellenda ſit; Neque hīc dicendum, Concedo, vt in

at  
+  
yato  
s

vt in veris: neque distingo, vt in ambiguis: neque non intelligo, vt in obscuris: neque nil ad rem, vt in superuacuis: sed nego dicendum: Simplex autem dicitur, quia est simplicis sententiæ: Simplicis igitur sententiæ simplex est deceptio. Ergo primus hic est ignorantiae, prauique iudicij locus: nec enim argumenta per se veram sententiam faciunt aut falsam, sed enuntiatio, quæ ex his efficitur. Et ex oppositis eadem ratione falsitatis dicitur: quia si talis enuntiatio non sit, non ea probanda est, sed oppositum. Ergo vt in primo veræ dispositionis iudicio cognouimus bonam magnamque humani iudicij partem contineri, sic cogitemus ex hoc primo captiosæ dispositionis errore summam per se ignorantiam creari: Atque hinc summum Sophisticæ finem falsum constitui, eoque omnes & inuentionis & dispositionis elenchos referri: Et hinc nimirum in primam scientiæ notam κατὰ πρῶτον, offenditur, vt merito prima ac simplex ignorantia nominetur: magnaque nobis consideratio adhibenda sit, ne ab ea fallamur & decipiamur.

### ELENCHVS ENUNTIATIONIS

*affirmatæ & negatæ.*

Enuntiationis verò elenchus est nõ solum cum falso assensus adiungitur, sed cum affirmatio pro negatione, aut generale pro speciali, aut non coniunctum pro coniuncto, aut non oppositum pro opposito, contrarie sumitur. Ex affirmationis & negationis elencho irrepfit in scholas error ille, quòd modificata enuntiatio ex solo modo negetur: At id nec verum est, nec Aristoteli probatum: nec enim attributi totius est oppositio, sed partis, id est finiti nominis & infiniti:

*Hominem currere est contingens:*

*Hominem currere est non contingens.*

Quod mutato modi genere recipiatur facilius: vt,

*Omnis homo est leo contingenter, vt ita dicam:*

*Aliquis homo est leo non contingenter.*

Vtraque

Vtraque pars est falsa, nec ideo est contradictio: nec Aristoteles toto Interpretationis libro vsquam ait negationem modificati pronuntiati, è solo modo, non è verbo etiam pendere. Hic igitur & consimilis elenchus euitandus est.

## ELENCHVS ENUNTIATIONIS

*generalis & specialis.*

Communis propositio generaliter aut specialiter intelligitur, licet signum generalis aut specialis intellectus nullum ponatur. Omnes omnium artium regulæ generaliter intelliguntur, quanuis generalis significationis nota in his nulla sit. Dialectica, est virtus bene differendi: de omni Dialectica intelligitur, non de Platonis aut Aristotelis Dialectica. Quando autem commune nomen specialiter accipiendum sit, vsus loquendi, & Synecdoche tropus Rhetoricus docebit, cum genus nempe pro specie sumetur: Quod ferè fit cum de singulari aliquo facta mentio est: Sine dubio perdidimus hominem, magnificèque vicimus: Generali nomine Cicero Catilinam significauit: attamen quia commune nomen nec generali, nec speciali nota addita, possit interdum ab alio generaliter, ab alio specialiter accipi: De hoc genere enuntiationis Aristoteles sæpe monuit, & appellauit ἀδιόριστον, infinitum: de quo præcipit vicesimo octauo capite primi Posteriorum: Infinito igiturposito incertum est, an sit vniuersalis propositio: definito autem manifestum: velut ἀδιόριστος, ὁμορρυθμία quædam sit. Ergo cauendum erit, ne hæc ἀδιόριστος decipiat.

## ELENCHVS CONIUNCTÆ

*enuntiationis:*

Elenchus in enuntiatione copulata vix accidit, ad cuius veritatem, partium veritas sufficit: at in disiuncta & conexa nequaquam sufficit: ideoque perridiculum est illud

H

in scho-

in scholas inductū, ad disiunctionis veritatem satis esse,  
si pars vna vera sit: vt,

*Aut deus est, aut homo est animal.*

Ridiculè enim disiunguntur, quæ naturâ non sunt  
opposita, & simul esse vera possunt.

### ELENCHVS ENVNTIATIONIS *oppositæ.*

Hic Elenchus appellatur ab Aristotele quarto capite  
primi Elenchi, ignorãtia elenchi: Atque ad eius cau-  
tionem adhibentur illa in definiendis oppositis à nobis  
adhibita, vt oppositio sit eiusdem & vnius nõ nominis,  
sed rei: & nominis non synonymi, sed eiusdem, & se-  
cundum idem, & ad idem, & eodem modo, & in eodem  
tempore.

*Socrates differit:*

*Socrates non tacet:*

Non est oppositio, quia non est eiusdem:

*Socrates differit:*

*Plato non differit:*

Non est oppositio, quia non est eiusdem:

*Æthiops est albus, nempe dentibus:*

*Æthiops non est albus, nempe facie:*

Non est oppositio, quia non est secundum idem.

*Binarius est duplex, vnitatis nempe:*

*Binarius non est duplex, trinitatis nempe:*

Non est oppositio, quia non est ad idem.

*Dormiens videt: nempe potentiã:*

*Dormiens non videt, vt actu:*

Non est oppositio, quia non similiter.

*Socrates est malo corporis habitu: nempe cum ægrotat:*

*Socrates non est malo corporis habitu: nempe cum valet:*

Non est oppositio, quia non eodem tẽpore. Ex hoc er-  
rore natæ sunt contingentium & purorum & mistorum ca-  
priones, vt alibi docuimus: ideoque inter oppositiones  
accepta est subcõtraria oppositio, quæ dicitur in scholis:

*Aliquis*

*Aliquis homo ambulat:*

*Aliquis homo non ambulat:*

quia potest vtraque parte simul esse vera, nec ideo subiectum, res est eadem numero, de qua opposita dicatur. Etenim illud idem non genere aut specie, sed numero dicit Aristoteles: vt,

*Nullus equus est rationalis:*

*Aliquis homo est rationalis:*

Oppositio non est, licet sit eiusdem genere.

*Socrates differit:*

*Plato non differit:*

Oppositio non est, licet eiusdem sit specie. Numero itaque intelligendum, & eiusdem, & secundum idem, & ad idem: & cum generaliter opponitur aliquid: vt,

*Omnis homo differit:*

*Nullus homo differit:*

Idem numero negatur & affirmatur: & specialiter,

*Omnis homo differit:*

*Aliquis homo non differit:*

Aliquid idem numero, quod affirmatum erat, negatur: & cum proprie: vt,

*Socrates disputat:*

*Socrates non disputat.*

Quare ex ignorantia elenchi irrepsit in species oppositionis subcontraria illa oppositio: verèque Aristoteles ait decimoquinto capite secūdi Priorum, verbo tenus hinc tantum oppositionem esse: cum tamen in omni oppositione iubeat idem nō solum verbo, sed re opponi: alioqui ignorantiam elenchi creari: Ideoque ait absolute non esse oppositionē: & iccirco è generibus oppositionis reiicio, quia non affirmet & neget eandem rem numero. Apud Aristotelē quidē duodecimo primi Elenchorum, & octauo primi Posteriorum nominatur ὑπεναντίωσις καὶ ὑπεναντίον, tanquam dici videatur, subcontrarietas & subcontrarium, sed longè secūs: nempe pro simplicibus ἐναντίωσις καὶ ἐναντίον. In huius oppositionis significationē, quod animaduernerim, nunquam.

in Organo nominatur. Multò ineptius est subalternum quod dicitur, oppositionis genus:

*Omnis homo est iustus:*

*Aliquis homo est iustus.*

*Nullus homo est iustus:*

*Aliquis homo non est iustus.*

cùm summa sit generis cum specie consensus: Nec huius vanitatis vlla in toto Aristotelis Organo vel obscura significatio est.

### ELENCHVS SYLLOGISMI.

Elenchus syllogismi sequitur, cuius virtus dicta priùs est, vitium iam dicendum: Ab Aristotele autem sic describitur duodecimo capite primi Posteriorum: Ignorantia autem non secundum negationem, sed secundum dispositionem dicta, est quidem per syllogismum facta deceptio. Appellatur autem propriè παραλογισμός, captiosus & fallax λογισμός. Sic enim παρά interdum significat in compositis verbis præposterum quiddam & peruersum: & λογισμός in compositione, αντί συλλογισμός, valuit.

### PARALOGISMI COMMVNES

*simplicium figurarum.*

Ordinis in generibus magna cautio & prouisio esse debuerit: hinc enim paralogismi cause sunt in omnibus syllogismorum generibus. Et Aristoteles hanc etiã partem nominatim instruxit: Frequenter enim fallimur, vt docetur tricesimo quinto cap. primi Priorũ, propter similitudinem dispositionis terminorũ. Et hinc apud Aristotelem propriè est ignorantia secundum dispositionem. In syllogismis simplicibus & communibus duæ sunt thesæ fallaciæ cõmunes, vt est vicesimo cap. primi Priorũ: Tum verò in omnibus categoricũ quendam terminum oportet esse, & vniuersaliter inesse: Ex omnibus



bus enim specialibus aut negatis nullus communis syllogismus in vlla figura simplici concluditur:

*Nullus equus est rationalis:*

*Nullus homo est equus:*

*Nullus igitur homo est rationalis.*

Est ἀσυνλόγιστον, quia propositiones ambæ negantur, & medium nusquam est categoricum. Idem est in reliquis figuris:

*Aliquod animal est irrationale:*

*Aliquis homo est animal:*

*Aliquis igitur homo est irrationalis.*

Est ἀσυνλόγιστον, quia medium nusquam est catholicum: Idemque in reliquis figuris accidit.

### PARALOGISMI PRIMAE FIGURAE.

Atque hæ trium figurarum cōmunes fallaciæ sunt: singularum propriæ sunt, quæ sequuntur. Aristoteles in singulis multos ἀσυνλόγιστος modos proposuit, qui tamē breuius contrahi possunt. Nullus igitur efficitur syllogismus in prima figura è propositione speciali, vel assumptione negata: Prioris generis exemplum, est illud sophisma:

*Quisquis dicit hominem esse animal, dicit verum:*

*Quisquis dicit te esse asinum, dicit te esse animal:*

*Quisquis igitur dicit te esse asinum, dicit verum.*

Propositio videretur vniuersalis esse propter catholicum signum, Quisquis: At in ea medium, Animal, specialiter accipitur, non generaliter. Propositio autē syllogismi vniuersalis aut peculiaris dicitur à termino syllogismi vniuersaliter aut peculiariter subiecto: si mediū generaliter accipiat, falsa propositio erit.

### PARALOGISMI SECUNDAE FIGURAE.

In secunda figura ex omnibus affirmatis aut propositione

H iij sitione

fitione speciali concluditur ἀσυμλογίως.

*Quod ratione utitur, id melius est, quam quod ratione non utitur;*

*Nihil autem mundo melius:*

*Ratione igitur mundus utitur,*

Itaque hoc sophisma merito à Cotta derideretur apud Ciceronem tertio de Natura Deorum: Hoc si placet, iã efficias, vt mundus optimè legere librum videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo rationem poteris concludere: Quod literatum est, id est melius, quam quod non est literatum: nil autem mundo est melius: Literatus igitur est mundus. Isto modo etiam disertus, & quidem mathematicus, musicus, omni denique doctrina perditus, postremò philosophus erit & mūdus. Clariùs autem vitium conclusionis eius sic intelligetur:

*Quod utitur ratione, est optimum;*

*Mundus est optimus:*

*Mundus igitur utitur ratione.*

Quod non ideo est ἀσυμλογίον, quia nūquam sic verè concludatur: Vera enim concluduntur aliquando dispositione fallaci: vt apud Persium Satyra quinta:

*An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam*

*Cui licet vt voluit? Licet vt volo viuere: non sum*

*Liberior Bruto?*

Sed ἀσυμλογίον dicitur, quòd aliquādo ex veris falsum concludatur ista ratione: vt,

*An quicquam est aliud homo, nisi quòd animal est?*

*Equus autem animal est:*

*Equus igitur homo est.*

Fallax est cōclusio: Sic Cæneus ἀσυμλογίως dicebat, vt est apud Aristotelem nono capite primi Posteriorū:

*Quod analogia fit multiplici, generatur celeriter:*

*Ignis generatur celeriter:*

*Ignis igitur fit analogia multiplici.*

Hoc in secunda figura primæ fallaciæ sophisma est: scūdè è propositione speciali est illud obiectū Diogeni:

*Quod*

*Quod non amisisti, habes:*

*Cornua non amisisti:*

*Cornua igitur habes.*

Sic enim retexendum:

*Cornua habet quisquis ea non amisit:*

*Diogenes non amisit cornua:*

*Diogenes igitur habet cornua.*

Propositio si sit vniuersalis, falsa est: si specialis, ἀουλολογίαν facit.

### PARALOGISMI TERTIAE FIGURAE.

In tertia figura nullus syllogismus est ex assumptione negata.

*Omne animal sentit:*

*Aliquod animal non est homo:*

*Aliquis igitur homo non sentit.*

Atque illi sunt in tribus figuris communium syllogismorum paralogismi.

### PARALOGISMI CONNEXIONIS.

Connexis quibusdam syllogismis, quãuis non congruentibus ad constantiam speciẽmque doctrinæ, multum tamen vtimur. Vtile est igitur admonere, inconstantes eas cõclusiones esse, quales sunt in cõnexa propositione non negari antecedentis, & affirmati consequentis. Primus igitur modus est ἀουλολογίης, cum tollitur antecedens, vt tollatur consequens. Terentius in Adelphis:

*Dem. Ceterum,*

*Placet tibi factum Mitio? Mi. non si queam*

*Mutare: nunc cum non queo, a quo animo fero.*

Cicero pro Murena: Etenim si largitionem factam esse confiterer, idque rectè esse factum defenderem, facerem improbè, etiam si alius legem tulisset: Cum verò nihil commissum esse contra legem defendam, quid est quòd meam de fensionẽ latio legis impediatur? Ouidius

H iij secundo

Secundo Tristium:

*Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat  
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

*Nunc ubi detonuit, strepituque exterruit orbem,  
Purum discussis aëra reddit aquis.*

*Iure igitur genitorque deum, rectorque vocatur:  
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.*

Cæsar apud Sallustiū: Si digna pœna pro factis eorum reperitur, nouum consilium approbo: sin magnitudo sceleris, omnium ingenia exuperat, his vtendum censeo, quæ legibus comparata sunt. Quauis enim falsa non sint, omnia generis huius exempla, iisdem tamen vestigiis falsum effici concludique potest: vt,

*Si arbor equus esset, viueret:*

*Sed arbor equus non est;*

*Non igitur arbor viuit.*

Propositio assumptioque veræ sunt, complexio autem falsa: Proprium autē syllogismi est, certam dispositionem, & nunquam fallentem præscribere, vt antecedentibus positis consequentia necessaria concedenda sint. Et hoc nimirum genus est elenchi, de quo in paribus ex Aristotele monuimus: Est enim hæc ad eadem consequutio è contradicentibus:

*Si homo, animal:*

*Non homo:*

*Ergo non animal.*

Rarum est vitium connexi ex consequentis assumptione: incidit tamen aliquando: Ouidius quarto metamorphoseos:

*Quem si cura Deum tam certa vindicat ira:*

*Ipse precor, serpens in longam porrigat aluum.*

*Dixit, & vt serpens in longam tenditur aluum.*

Ratiocinatio igitur sic habet.

*Si Dū statuerunt vindicare Cadmum, fiat serpens:*

*Sed fit serpens:*

*Ergo Dū statuerunt vindicare.*

Fallax est ista conclusio: dic enim:

*Si arbor, equus esset, viueret;*

*Sed viuít arbor:*

*Ergo arbor equus est.*

Veris partibus antecedentibus falsa complexio efficitur. Hunc paralogismum Aristoteles notauit in Elenchis, nomine consequentis, vt iam dixi: & tamen argumentationis hoc vitium potiùs est, quàm argumenti: Nam hic error accidit, vt est in Elenchis quarto capite primi, quòd arbitremur conuerti consequutionem: quãdo enim hoc posito ex necessitate, illud est, putant & alterum esse ex necessitate: vt si (quale antea posuimus) de felle disputes.

*Si cygnus est, albus est color:*

*Sed albus est color:*

*Cygnus igitur est.*

Talem in Melisso paralogismum reprehendit Aristoteles quarto capite primi Elenchi:

*Si quid factum est, habet principium:*

*Ergo si principium habet, etiam factum est.*

Non sequitur, ait Aristoteles: non enim si omne quod factum est, habet principium, etiam quicquid principium habet, factum est: neque consequentia conuertitur. Idẽ vitium notatur quarto capite secundi Priorum, vt antea iam dictum est.

## PARALOGISMVS DISIUNCTIONIS.

Nisi partes omnes disiunctionis affirmentur, primus modus disiunctus fallax erit: vt,

*Aut duo poterunt, aut vnus non poterit:*

*Sed vnus non poterit:*

*Ergo duo non poterunt.*

ἀσυλλόγισον est: Sic in negantia copulationis est ἀσυλλόγισον, si tollatur, vt retineas: vt,

*Homo non est leo est & equus:*

*Sed non est equus:*

*Ergo est lea.*

Propositio

Propositio assumptiōque veræ sunt, cōplexio falsa.

### ELENCHVS METHODI.

Elenchi syllogismi dicti sunt, elenchus methodi sequitur, in methodo doctrinæ primùm spectādus: Disputationes igitur Poëtarum, Oratorum, Philosophorū ad hanc methodi legem sunt retexendæ, siquid ὑσπερον ἰσχυρόν, posterius prius persequantur. ὑσπερολογία siquidem, summa est methodi dogmaticæ & didascalicæ fallacia, quæ cognitionem & iudicium longioris disputationis impediatur & fallat. In hac enim versatur imprimis petitio quæstionis, cum progrediatur ab obscurioribus explicatio. Sed τῆς ὑσπερολογίας vitium illud valdè est ab Aristotele notatum & animaduersum, cum progreditur à specialibus ad generalia: tum enim necesse erit ἀδολογίαν καὶ ταυτολογίαν incidere. Necesse enim est aut vniuersalia prius dicere, aut sæpius idē dicere, vt est quarto capite primi de partibus Animalium. In eodem τῆς ὑσπερολογίας vitio est, partes non eodem ordine persequi, quo proposueris: obest enim prospicuitati plurimùm, cuius tamen causā ordo & dispositio laudatur: in quod vitium Cicero pro Deiotaro incidit: Reliqua pars ait, accusationis duplex fuit: vna, regem in speculis semper fuisse, cum à te animo esset alieno: altera exercitum, eū contra te magnum comparasse: De exercitu dicam breuiter, vt cætera. Hic partem posteriorem priore loco exequitur. Eodem modo Virgilius in exemplo partitionis imperfectæ paulò antè posito lapsus est: tertium enim & quartum membrum cōturbato ordine tractauit: tertium quippe quarto, & quartum tertio loco. Hęc confusio frequens in Homero notatur: vt iam hoc Homericō tanquam sanè bello & specioso vitio, Cicero per iocum in epistola quadā ad Atticum vtatur: vbi cum duas res ita proposuisset, Quæris ex me quid acciderit de iudicio, quod tam præter opinionem omnium factum sit: & simul vis scire, quomodo ego minùs quàm soleam præliatus

liatus sim. Cùm inquam, duas res ita proposuisset, ait, Respōdebo tibi ὕστερον πρότερον Οὐμνικῶς. tum priore loco declarat, quod posteriore fuerat ab eo propositū. Videndum etiam diligēter erit vniuersum illud alieni vitium: tam enim est in vitio, qui resistētem, aperta, quàm qui sua sponte sequentem, occulta via ducit.

COROLLARIVM DE EXERCITATIONE *Dialecticæ artis.*

Atque hi sunt dialecticæ & inuentionis & dispositionis elenchi per varios Aristotelis libros dispersi, iterati, & contra Aristotelea de materia artis principia cōfusi, vel potius omnino traditi: nec enim principia Aristotelis, vllam vitiorum doctrinam in veram artis traditionem accipiunt, sed è veritatis præceptis falsitatē oppositam iubent intelligi. Sed tamen artis verissima methodo institutæ vtilitas nulla futura est, nisi exercitatio recta adhibeatur: de qua multis iam locis locutus sum, & ad extremum rursus est agendum. Ergo Logica studiosè pueris cognoscenda & memoriter ediscenda est: atque ad cognitionem memoriámque eius confirmandam, mutua discipulorum de præceptis eius & regulis altercatione disceptanda: sed exercitatio maior est adhibēda, quæ doctrinam, interea dum cognoscetur & memoriter ediscetur ac disceptabitur, in verum vsum sensim, atque actum paulatim deducat. Appellatur ab Aristotele in Topicis γυμνασία, πείρα, διατριβή, μαλέτη exercitatio, experientia, consuetudo, meditatio. In qua quantum insit ad bene differēdum momenti, dici posse equidem vix arbitror. Siquis enim eximie pulchritudinis animalia in aulæis picta spectaret, atque in ipsa spectādi admiratione, cùm esset, ea repentē excitata profilirent, quanta iam esset, & quāto perfusā gaudio spectanti lætitia? Ita si quis artis tam nobilem, tamque humanitatis propriam descriptionem cōtemplatus, vsum aliquē viuētēque actum desideret, atque in ipso desiderio,

fiderio, doctrinæ velut artus animari, suâque spõte mo-  
 ueri aspiciat: protinûsque ita comparari, vt Palladis ali-  
 cuius instar occultissimas res aperiat, cõsulētibus sum-  
 ma prudentia respondeat, res controuersas disceptet,  
 perturbatis ordinem afferat: qua voluptate hæc ipsa cõ-  
 templantis animus gestiet? qua lætitia exultabit? Hæc  
 porrò miracula exhibebit exercitatio: languentes & so-  
 pitos artis sensus excitabit: calore viuentis sanguinis,  
 motûque ratiocinantis spiritus animabit. Sūma igitur  
 ac pp̄ sola differēdi virtus est in exercitatione. Itaque  
 Aristoteles verè ait primo primi Posteriorū, item vice-  
 simo primo capite primi Priorū, vt antea iam sæpe dixi-  
 mus, generalibus artis præceptis eruditū, καθόλου scire: in  
 singularium vsu versatū & exercitatū, ἀπλῶς καὶ ὡς τῶ  
 ἐνεργεῖν, absolutè & actū scire: & vniuersaliter sciri pos-  
 se, quod specialiter ignoretur: in vsūque singulariū ru-  
 dem esse posse, qui vniuersalia artis præcepta didicerit.  
 Atque hinc secundū existimationē fallaciã oriri. Noris  
 ergo tota Logicæ præcepta, & quãdiu voles, disputaris:  
 in singularibus hominum bene differentium exemplis  
 non exercueris, eorum more diu multumque non dis-  
 serueris, si te Logicum esse opinaris, opinione tua fal-  
 leris, ait Aristoteles: Nec enim Logica, sola constat artis  
 cognitione, sed multò magis exercitatione: tametſi ge-  
 neralia documenta edidicisti, attamen quia humanum  
 in singulis exemplis vsum nescis, absolutè Logicam ne-  
 scis. Itaque vt est in Philosophia octauo capite noni,  
 etiam fieri non potest, vt sit ædificator, qui nihil ædifi-  
 carit: neque citharista, qui nihil cithara cecinerit. Ita-  
 que quemadmodum doctores cùm discipulum operã-  
 tem ostenderint, putant se summam persoluisse: Nam si  
 secus fuerit, Passonis Hermes erit: incertumque fuerit  
 intus forisne scientia fuerit: quemadmodum & ille: In  
 illa siquidem statua cùm nulla foris inæqualitas, sed  
 vndique, vt in speculo, leuitas sentiretur, Mercurius in-  
 tus esse videbatur: contrà cùm iunctura nulla cernere-  
 tur, non videbatur includi potuisse, vt interpret Alexã-  
 der



der ait. Denique quid aliud magis Logicę exercitatio-  
nem, quàm singulare illud Aristotelis eulogium nono  
capite decimi ad Nicomachum, commendare potest?  
In agendis rebus, finis non est percepisse & nosse sin-  
gula, sed potiùs hæc agere. Neque sanè satis est scire  
quid sit virtus, sed vt habeamus & vtamur, est enitèdũ.

Dialecticę subiectũ circa quod exerceatur, ab Aristo-  
tele in Philosophia definitum est ens: quo nomine au-  
thores omnes sine exceptione comprehenduntur: at-  
tamen quia nunc de scholastico tyrocinio & rudimen-  
to loquimur, quo logicus vsus paratur (exercitatio si-  
quidem, vt est quinto capite octavi, facultatis est gratiã)  
ex omni numero seligendi sunt, quorum in ratiocinan-  
do quidem similes esse volumus: & qui res sic sibi pro-  
positas explicant & disputant, vt explicare & disputare  
cupimus: Sed initio, sicut in formandis grammaticis di-  
scipulis fieri solet, dum præcepta audiuntur, vnà facillimi  
& iucundissimi authores adiungendi sunt, in qui-  
bus Logicę & inuentionis & dispositionis exempla per-  
spiciamus, perspectaque imitemur, & in aliis senten-  
tiis exprimamus. Tales verò sunt multis operibus poë-  
tæ & oratores, quia res familiares tractant, quia sui ser-  
monis elegantia & ornatu delectant: deinde cùm in iis  
mansuetioribus musis Logica versata primũ & exer-  
citata fuerit, & ad mathematicas ac phisicas artes puer  
deducetur, non solũ Dialecticis legibus, eorum argu-  
mèta iudiciaque plenius intelliget, sed accuratiore ex-  
ercitationis materia Dialecticas ipsas leges vberius ex-  
ercebit: neque tantũ propositas artes Logico lumine  
perfectius aspiciet, sed hoc ipsum logicũ lumen quantò  
maioribus in rebus & maiore studio adhibebit, tantò cla-  
rius & splèndidius efficiet. Species logicę exercitatio-  
nis duæ sunt, altera in exploratione disputationis iã fa-  
ctæ, altera in nouæ cõpositione & effectione: Illa nomi-  
natur *ἀνάλυσις* ab Arist. 33. cap. primi Priorũ: hæc *γένεσις*  
aut *σύνθεσις*, Aristotelis saltem verbis, appellari potest  
effectio & compositio: cùm *γένεσιν* & *ἀνάλυσιν* opponat  
ibidem:

ibidem: Item ἀναλύειν καὶ συνθεῖναι in Elenchis primo capite secūdi: quin vtraque verbis Aristotelis διαίρεσις καὶ σύνθεσις dici possit, cūm hæc Aristoteles frequēter opponat: per analysim cognoscimus disputationis propositæ virtutes vitiaque: per genesim, virtutes imitatur, vitia fugimus: Sic grammatica analysi puritatem propositi sermonis examinamus, grāmatica synthesi in alia sententia effingimus: sic omnis artis exercendæ ratio duplex erit, agnoscere in spectatis exemplis artem, & agnitam imitari. Analysis itaque dialectica, retexta ars quædam erit, & per eosdem progressionum omnium gradus repetita, quæ spectare iubebit velut architectura, operis confecti speciem: omnibū sine locis ad legem conueniat, & ideam præceptis monstratam penitens exprimat, omnibūque omnium partium numeris absoluat. Nomen ἀπὸ τῆ ἀναλύειν, à retexendo, quod hæc exercitatio, quasi Penelope contextam iam telam retexat pro quo διαλύειν καὶ ἀνάγειν, dissoluere & reducere in Analyticis dicitur: Accidet verò, vnà & suprâ dicta cōfirmari & illustrari, quod eiusmodi sint, per ea quæ modò dicentur, ait Aristoteles tricesimo tertio primi Priorū, exposita inuētionē & dispositione, cūm & analysim accederet. Et certè inuētio dispositioque factæ disputationis verè tum cōfirmatur & illustratur, imò etiam iudicatur, cūm retexitur, & penitens perspicitur: ob eamque causam tātum Aristoteles analysi tribuit, vt libros, in quibus non solūm Analytica documēta, sed tum inuentionem communem & scientificam, tum dispositionem & propositionis & syllogismi & methodi traderet, Analyticos inscripserit: quasi frustrâ disputatio & inueniretur & disponderetur, nisi inuenta & disposita retexteretur & examinaretur: imò quasi nullus esset futurus Logicus, nisi prius esset Analyticus, id est in excellentium & omnis generis disputationum explicatione & examine diligenter & assidue versatus. Analysis igitur meritorè habeatur & inuentionis & dispositionis illustratio & confirmatio. Nec hîc ars vlla noua est: virtutes in-

uentionis

ventionis & dispositionis in exemplo proposito retextat  
 vitia etiam, si qua sunt ex Elenchis cognita, perpendat  
 virtutes imiterur, vitia fugiat. Genesis, non est inspe-  
 ctio propositi exépli, vt analysis, sed effectio noui ope-  
 ris: quæ meditatio vnâ & eandē viam in scribendo dicē-  
 dōque sequitur, & vtilitatē logici studij ferè totā com-  
 plectitur. Etenim vt in cæteris artibus, sic in Logica, ce-  
 leritas agendi, non analysi, sed genesi comparatur. Ita-  
 que siquid per analysim nobis apertū manifestūque  
 fuerit, in opere autem ἀμελέτητοι, inexercitati simus,  
 sæpe commoditatibus & opportunitatibus priuamur.  
 Accidit autem interdum hîc, quod in lineamentorum  
 discriptionibus: etenim illic sæpe cūm retexuimus, cō-  
 ponere iterum non possumus: sic in disputando fit, vt li-  
 cet intelligamus, vnde ratiocinatio fiat, conuertere ta-  
 mē & componere ratiocinationem nequeamus: atque  
 analysi Hermes fortassis egregius, sed certè Passionis  
 Hermes efficiatur. Veruntamen vt iam diximus, neque  
 satis est scire quid sit virtus, sed vt habeamus & vtamur,  
 est enitendum. Quare vt logica virtus habeatur, ge-  
 nesis assumatur: cuius via communis etiam analyseos  
 duplex est, scriptura & vox: quod Aristoteles tricesimo  
 tertio capite primi Priorū illis verbis, ἢ γράφοντες, ἢ ἐρω-  
 τῶντες, aut scribentes, aut interrogantes, quodammo-  
 do comprehendit: sic idem ipse Logicam exercuit, non  
 solūm voce docendo, & omnibus modis ratiocinando,  
 sed infinitos de philosophia & omnibus artibus libros  
 scribēdo. Vtriusque exercitationis & vocis & scripturæ,  
 communis forma duplex est, altera perpetua, concisa  
 altera: Plato concisam in dialogis amauit, eoque gene-  
 re philosophiā composuit: Aristoteles perpetua dispu-  
 tatione disciplinas suas explicauit: attamen idem pro-  
 positionem non solūm dialecticam & sophisticā in To-  
 picis & Elēchis, sed apodicticam in Analyticis interro-  
 gationem facit nono capite primi Posteriorum: Vt vi-  
 deatur Aristoteli placuisse, etiam artium institutiones  
 dialogo tractari, vt doctor interroget, discipulus respō-  
 deat:

deat: aut contrà, quia sit ignorantis interrogare: nam &  
 ideo Socrates interrogabat, ait Aristoteles octauo capi-  
 te secundi Elenchorum, non autem respondebat: profi-  
 tebatur enim se nescire: Quapropter ἀγών ille, qui voce  
 fit interrogando respondendòque, itémque perpetua  
 disceptatio, logicis exercitationibus inseruiat: nã & il-  
 le animi præsentiam acrimoniámque vehementer ex-  
 citat, & hæc non minimùm confirmat: & vtrunque ge-  
 nus valdè seriis in rebus, cùm è schola discesseris, pro-  
 futurum est, modò non sit temerarium, sed analyticum  
 & artis descriptæ viis directum: & iactatum non in præ-  
 ceptis altercandis tantùm, sed multò magis in exéplis  
 seriarum rerum, quas in vita tractaturi sumus: in qua  
 enim materia Logicam exercueris, in eadem præptam  
 eius & expeditam facultatem habebis. Quauis autem  
 vox ad docèdum multò valentior sit scriptura, ac vox  
 mentis sit index, vocis scriptura, vt est primo capite pri-  
 mi de Interpretatione: & vox naturâ prior sit, quàm scri-  
 ptura, attamen scriptionis exercitatio prudentior est &  
 tẽpore prior: cuius exercendæ nõ alia via est, quàm Rhetor-  
 res tradiderunt exercendæ ciuilibus eloquentiæ: quæ Logi-  
 cam & Rhetoricã præterea in elocutione & actione cõ-  
 prehendit. Quamobrem, vt Crassus ait primo de Ora-  
 tore, in istis ipsis exercitationibus etsi vtile est etiam sub-  
 bitò sæpe dicere, tamen illud vtilius, sumpto spatio ad  
 cogitandum, paratiùs atque accuratiùs dicere. Caput  
 autem est, (quod vt verè dicam, minimè facimus: est  
 enim magni laboris, quem plerunque fugimus) quam-  
 plurimùm scribere: Stylus optimus ac præstantissimus;  
 vt dicendi, ita discerendi effectõr ac magister: Nam si  
 subitam & fortuitam orationem commetatio & cogi-  
 tatio facillè vincit, hanc ipsam profectò assidua ac dili-  
 gens scriptura superabit. Cùm igitur per analysim  
 propositi nobis ad imitandum authoris virtutes con-  
 gnouerimus, quæstio aliqua consimilis earum rerum,  
 quæ ab illo tractantur, proponetur: scribendòque pri-  
 mùm, tum etiam dicendo explicabitur: quàm maximè  
 ad

ad veritatem & similitudinis expressionem accommodatè. Ita enim inuentionem acuemus, & cõfirmabimus dispositionis prudentiam: imò comparatum superioribus Grammaticæ & Rhetoricæ studiis, orationis fructum gratis augebimus: cùm, sicut accidit in sole ambulantis, licet res alias meditentur & agant, tamen interea imprudentes & inscientes colorantur: ita nos in disertis & eloquentibus authoribus, licet artificium tantùm logicum de industria confectantes, attramen coniunctus & alligatus orationis ornatus, vel imprudentes sequetur: & cùm eorum more differere consuescemus, eorum etiam more dicere, sine labore vnà consuescemus. Ergo disertorum Logicorum imitatio hunc gratuitum fructũ etiam dabit: Deinde cùm præstantes authores hac descriptionis dictionisque diligẽtia diu multũque imitati fuerimus, imitatione dimissa quæstionem liberam sumemus de bonis rebus & malis, de iucũdis & vtilibus, deque omnibus cõmuni hominũ iudicio subiectis, & industria propria explicabimus: omnes inuentionis artes excitabimus: nullum intentatum argumenti genus relinuemus: quæstionis vtranque partem per omnia argumentorum genera deducemus: argumẽta ipsa non vno, sed vario modo proponemus & concludemus, próque natura rerum, secundum artis aut prudentiæ methodum disponemus. Talis fuit Aristotelis disciplina tot locis à Cicerone celebrata, qua discipulos suos non solùm subtiliter differere, sed ornate dicere docuit: Nam cùm Grammaticæ & Rhetoricæ iam cognitæ fructum & vsum illum gratuitum cũ Dialecticæ exercitatione coniungemus, loquendi dicendique proprietatem & ornatum cum differendi subtilitate coniungemus. Aristoteles igitur, ait Cicero prima Tusculana, vir summo ingenio, scientiæ copia, cùm motus esset Isocratis Rhetoris gloria, dicere etiam cœpit, adolescentes docere, & prudentiam cum eloquẽtia iungere. Et in Oratore, cùm de thesi loquitur: In hac Aristoteles adolescẽtes, nõ ad philosophorum morem,

tenuiter differendi, sed ad copiam Rhetorum in vtranque partem, vt ornatius & vberius dici possit, exercuit. Atque hanc magnificam Aristotelis exercitationem Cicero testificatur à suis præceptoribus seruatam. Itaque, ait secunda Tusculana, mihi semper Peripateticorum Academiaeque consuetudo de omnibus rebus in contrarias partes differendi non ob eam causam solum placuit, quod aliter non posset, quid in vnaquaque verisimile esset, inueniri, sed etiam quod esset ea maxima dicendi exercitatio, qua princeps usus est Aristoteles: deinde eum qui secuti sunt. Nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audiuius, instituit alio tempore Rhetorum præcepta tradere, alio philosophorum. Aristoteles igitur Rhetoricæ studium, cum philosophiæ studio coniunctum discipulis exercendis habuit: Et nos eius exemplo atque instituto facilius etiam tenemus: Ille enim duas artes eodem die docebat, nos distinctis temporibus docemus, Rhetoricam primò, Logicam secundò: sed antecedentis iam perceptæ & cognitæ usum, & quidem, vt dixi, gratuitum in consequentis exercitatione coniunctum retinemus: quodque Aristoteles secutus est, id ipsum via etiam magis compendiaria sequimur. Atque etiam cum multæ sint Peripateticæ philosophiæ laudes, nulla tamen est tam egregia, tamque propria: vt in Dialectica monui de flumine Aristotelis aureo, de diuina Teophrasti eloquentia, deque cæterorum Peripateticorum suauitate & copia. Cumque in hac parte tantum boni sit, magnus labor, magnum studium est adhibendum, vt inde rerum abundantiam quam amplissimam, & ad omnem disputationem promptissimam facultatem hauriamus. Atque vt analysim, sic scriptionis dictionisque genesis possimus per omnes artes deducere: Quis enim alienum vel incommodum fructum, si non ad alios docendum, certè ad studiorum fructum augendum, commentarios artium singularum, de quibus in schola audiamus, dialectica ista ratione conficere? Imò verò quoniã tota hominis vita nil aliud esse, quam

rationis

rationis meditatio & exercitatio debet, sic Dialecticā, id est rationis naturalis artem, quanquam breuiter & paucis annis in schola meditatam & exercitatam, tota vita tamen in rebus omnibus meditemur & exerceamus: nec ab hominis vita dialecticū vsum separemus: nec hominem ab animalī dialectico & rationali distinctum & diuersum faciamus: tandem certē vt in cæteris artificijs omnibus, sic in hoc vniuerso & omnia alia cōplectente, verissimum illud esse percipiemus, Artem nō tam præceptis, quàm exercitatione cognosci: multaque quæ otiosi in scholis pueri ieiuna atque arida putabamus, in hoc vsu diligentissimè versati mirabimur: atque ipse sensus consuetudine & exemplis & multiplici vsu informatus, aliquid ostēdet, quod quieta cogitatio, quanuis acutissima, non poterat intelligere: vsus denique scientiam vniuersalem, faciet absolutè scientiam: Passionisque Mercurium nō solūm intūs cēlatum & insignem, sed foris apertum atque tractabilem exprimet. Quamobrem, quantus erit exercitationis labor, tanta erit artis non solūm vtilitas, sed scientia prudentiæque.

Atque hæc de exercitatione dialecticæ dispositionis, cuius ars non solūm ad iudicandum, sed si qua hīc omnino ars esse potest, ad recordandum valet: Enuntiatio- nis ordo vt minor est, sic subsidij minūm habet: Syllogis- mi collocatio percepta, plus adiuuabit: Res igitur exē- plo declaretur. Sit puer, qui querimoniam Penelopes apud Ouidium epistola prima de Vlyssis absentia post euersam Troiam, memoriæ commendare velit.

*Sed mihi quid prodest vestris dissecta lacertis  
Ilios, & murus, quod fuit antè solum:  
Si maneo, qualis Troia durante manebam,  
Virque mihi, dempto sine carendus abest?  
Diruta sunt aliis, vni mihi Pergama restant,  
Incola captiuo quæ boue victor arat.  
Iam seges est vbi Troia fuit, resecandæque falce:  
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.*

*Semifepulta virum curuis feriuntur aratris  
 Ossa, ruinosas occulit herba domos.  
 Victor abes, nec scire mihi quæ caussa morandi,  
 Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.  
 Quisquis ad hæc vertit peregrinam littora puppim,  
 Ille mihi de te multa rogatus abit.  
 Quamque tibi reddat, si te modò viderit vsquam,  
 Traditur huic digitis charta notata meis.  
 Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arua  
 Misimus, incerta est fama remissa Pylo.  
 Misimus & Sparten, Sparte quoque nescia veri,  
 Quas habitas terras, aut vbi lentus abes.  
 Vilius starent etiam nunc mœnia Phœbi:  
 Irascor votis, heu leuis ipsa! meis.  
 Scirem vbi pugnares, & tantum bella timerem:  
 Et mea cum multis iuncta querela foret.  
 Quid timeam, ignoro, timco tamen omnia demens,  
 Et patet in curas arca lata meas.  
 Quæcunque æquor habet, quæcunque pericula tellus,  
 Tam longæ caussas suspicor esse mora.*

Hunc totum locum cum viderit puer primo cōnexus syllogismo comprehensum, partes singulas notabit, earumque præcipuas exornationes: Propositione igitur aspiciet initio in quatuor primis versibus positâ:

*Sed mihi quid prodest vestris disiecta lacertis  
 Ilios, & murus, quod fuit antè solum:  
 Si maneo, qualis Troia durante manebam,  
 Virque mihi, dempto sine carendus abest?*

Deinde sequitur assumptionis sententia, At tu abes: & amplificatio ex adiunctis ruinis euerse Troie: vbi sex sunt versus:

*Diruta sunt aliis, vni mihi Pergama restant,  
 Incola captiuo quæ boue victor arat.  
 Iam seges est vbi Troia fuit, resecandaque falce  
 Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.  
 Semifepulta virum curuis feriuntur aratris  
 Ossa, ruinosas occulit herbas domas.*



Dehinc repetitur assumptio, & augetur à maiori: Non modò abes, sed ita abes, vt scire nequeam vbi lateas: Quod exaggeratur factis Penelopes, Interrogo, scribo, mitto in omnes orbis partes, nec quicquam de te audio. Decem sunt hîc versus:

*Victor abes, nec scire mihi quæ caussa morandi,  
Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.  
Quisquis ad hæc vertit peregrinam littora puppim,  
Ille mihi de te multa rogatus abit.  
Quàmque tili reddat, si te modò viderit vsquam,  
Traditur huic digitis charta notata meis.  
Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arua,  
Misimus, incerta est fama remissa Pylo.  
Misimus & Sparten, Sparte quoque nescia veri,  
Quas habitas terras, aut vbi lentus abes.*

Conclusionis sententia tandem vicesimo primo secundoque versibus per contrarium significatur:

*Viliùs starent etiam nunc mœnia Phœbi:  
Irascor votis, heu leuis ipsa! meis.*


Sed & ipsi conclusioni amplificatio accedit ex adiunctis: sex sunt versus:

*Scirem vbi pugnares, & tantùm bella timerem:  
Et mea cum multis iuncta querela foret.  
Quid timeam, ignoro, timeo tamen omnia demens,  
Et patet in curas area lata meas.  
Quæcunque æquor habet, quæcunque pericula tellus,  
Tam longæ caussas suspicor esse moræ.*

Quamobrem cùm hac interpretationis diligentia puer totam sententiam distinxerit, vel à diligenti præceptore distinctam acceperit, & ex octo & viginti versibus quatuor propositioni, sexdecim assumptioni, octo conclusioni tribuerit, hac syllogismi descriptione nò solum partes, sed partium quoque sententiam sibi repræsentabit: Nam cùm scierit hîc primo loco propositionem, secundo assumptionem, tertio conclusionem esse, sciet

eadem ex cognitis syllogismi legibus, quæ vis cuiusque partis esse debeat: quin etiam hac ratione facillimè *φαινοτάτας* animo concipiet, per quas, imagines rerum absentium ita subiiciet animo, ut cernere oculis ac præsentibus habere videatur. Ut in hoc exemplo occurrent anti- quæ urbis ruinae, agricolæ, ossa, nautæ, mulier sollicitè interrogans, tabellarij, bella, naufragia, cædes. In longioris autem orationis & disputationis ambitu, præsertim si doctrinæ methodus seruata sit, memoriæ subsidium præcipuum erit. Exemplum de nostra Dialectica commodissimum erit, ut Dialectica sui ipsius imprimis memoriæ confirmet, quæ aliis opem confirmandæ memoriæ polliceatur. Figuretur igitur hîc primis rebus notis, artis Dialecticæ summa & vniuersa partitio, quæ quod dicimus, oculis etiam spectandum proponat.

Ani-



Itaque propositis hoc modo distributisque rebus, ut verborum quoque contextus facilius ediscatur (qui ab arte auxiliij nihil admodum capit, nisi forte quod res ordine distributæ sua vocabula secum rapiunt:

*Verbæque prouisam rem non inuita sequuntur:)*

accedat, si placet, meditatio, ut per partes paulatim memoria ducatur: quinetiam modica voce in meditando animus excitetur, ut duplici motu dicendi & audiendi memoria iuuetur: tum si qua ratio memoriam possit adiuuare, illa dispositionis admonitio iuuabit: licebitque philosophis & oratoribus, qui locis & imaginibus artem quandam memoriæ confinxerunt, per nos quidem valere: nihil enim pollicentur, quod non vberius multo faciliusque teneamus: Aiunt enim ordinem prodesse memoriæ, sed externis & commentitiis eam signis & simulacris instruunt: nos ordinis rebus ipsis insiti doctrinam certissimam, & veros locos pro rerum gradibus & generibus distinctos, rerumque verissimas imagines adhibemus: illi verborum memoriam infinitate formarum conturbant, dum propter singula verba ad singulas species est respiciendum: Nos hæc partem, rerum compositione & collocatione (quantum natura fert) adiuuamus. Quapropter quicquid est, quod ad confirmandam memoriam doctrina possit efficere, id totum dialecticæ dispositionis doctrina præstabit.

Sed perorandi iam tempus est, Pro duobus libris in Elenchos Aristotelis destinatis, elenchos & inuentionis & dispositionis collegimus, & artis via quadam digessimus. Aristoteles perorationem operi logico addidit, nos in huius perorationis animaduersione perorabimus. Hic Aristoteles se non partis alicuius, sed vniuersæ Logicæ primum authorem, & modo quodam summum perfectorem esse gloriose magnificèque prædicauit. Syllogisimum Aristotelis hac de re, iudiciumque totum & integrum è Græco conuertam ac latinè proponam: & quò facilius intelligatur, apertius retexam. Cùm igitur in logici operis epilogo dixisset Aristoteles

les (Quod igitur perfecta sint atque absoluta quæ pro-  
posuimus, hinc est manifestum:) deinceps hunc syllo-  
gismum concludit:

*Primi artium inuentores valde laborarunt:*

*Aristoteles est primus artis dialecticæ inuentor, imò  
etiam perfector:*

*Valde itaque laborauit.*

Propositio est primo loco, assumptio secundo, com-  
plexio postremo. Propositio igitur ita primùm compre-  
henditur, & ornatur artium dissimili inuentione & am-  
plificatione, quòd illa difficillima sit, hæc facillima.

Quid verò in hoc opere contigerit, non est nobis igno-  
randū: ex omnibus enim quæ inueniuntur, partim qui-  
dem ab aliis sumpta priùs, paulatim elaborata & excul-  
ta, à successoribus augentur & amplificātur: partim ve-  
rò ab initio primùm reperta, modicos quidem primùm  
progressus, consequentibus tamen amplificationibus  
multò commodiores & excellentiores facere cōsueue-  
runt: Principium siquidem fortasse plus toto, vt dicitur:  
itaque etiam difficillimū: quantò enim facultate ma-  
ximum est, tantò mole & amplitudine minimum, co-  
gnitūque difficillimum: Ac eo inuento, facile est adde-  
re atque augere reliquum.

Propositionis adhuc sen-  
tentia fuit, & propositionis exornatio, quòd artium pri-  
ma inuentio difficillima sit, cōsequens amplificatio fa-  
cillima. Sequitur propositæ dissimilitudinis exemplum  
de rhetoricis artibus, quas Aristoteles appellat hinc ci-  
uiles disciplinas, sicut secundo capite primi Rhetorici,  
partem politicæ, Rhetoricam facit. Quod quidem in ci-  
uilibus cæterisque propemodū disciplinis accidit, qua-  
rum principia qui repererunt, perpussillū quiddam pro-  
mouerunt. At nunc his artibus excellentes à multis ve-  
luti successione paulatim colligentibus instructi sic  
auxerūt: Tysias primis successit, Tysias verò Thrasyma-  
chus, huic autem Theodorus: aliique permultas partes  
contulerunt, vt artem vsque ad eò creuisse, mirum nihil  
esse videatur. Exemplum sic est de Rhetorica: Assum-

ptio

prio deinde sequitur:

*At Aristoteles est primus inuentor Dialecticæ:*  
 quæ sua quoque collatione illustratur. Quemadmodû  
 Gorgias, sic Sophistæ & Dialecticî veteres, artis opera  
 quidem multa, at nulla præcepta tradiderunt: id est ar-  
 tis vsum, non artem tenuerunt: artemque exercuerunt,  
 non docuerunt. Huius verò operis non hæc quidem  
 pars erat, illa autem non erat instituta, sed omnino nul-  
 la erat: Etenim mercede contentiosas artes docentium  
 institutio, Gorgiæ operi similis erat: orationes enim hic  
 quidem ad dicendum, illi verò ad interrogandum edif-  
 cendas proponebant, in quas vtrique mutuis sermoni-  
 bus incidere solebāt: Itaque facilis quidem ab iis & ex-  
 pedita, sed inartificialis institutio discipulis tradeba-  
 tur: nec enim arte, sed artis operibus & exemplis tra-  
 dendis, se peritiam tradere opinabantur. Adhuc simili-  
 tudo Gorgiæ & veterum Sophistarum seu Dialecticor-  
 um fuit, quòd vtrique exercitatores artis, non docto-  
 res fuerint. Idemque similitudine calceolariorum ple-  
 niùs declaratur. Quemadmodum si quis profiteatur  
 scientiam se traditurum, qua pedes non doleant, dein-  
 de suendi artem quidem non doceat, nec vnde facultas  
 ea comparetur, sed multa calceorum variorum gene-  
 ra suppeditet: hic enim ad vsum, adiuuamentum attulerit,  
 artem tamen nequaquam tradiderit. Assumptionis sen-  
 tentia & exornatio sic est: vbi considerabis quod Ari-  
 stoteles dicit, Logicæ artis exempla à Logicis veteribus  
 tradita iuuentuti fuisse, artem traditam non fuisse: cal-  
 ceos denique, non calceorû faciendorû artem: qui lo-  
 cus in Topicis frequenter à nobis citatus est: & Topicus  
 doctor, talis calceolarius sæpe demonstratus est. Repe-  
 titur deinde propositum antea Rhetoricæ exemplum,  
 eique Dialecticæ exemplum dissimile cõparatur, quòd  
 Rhetoricæ præcepta quidem iam multa fuerint inuen-  
 ta, Logicæ autem profus nulla: & complexio colligi-  
 tur. Ac de Rhetoricis quidem fortasse per multa & an-  
 tiqua documenta fuerunt: de ratiocinâdo autem & ar-  
 gumentan-

gumentando nihil omnino priùs aliud dicere potuimus, quàm vsu & exercitatione quærendo, longi temporis labores exhausimus. Atque hæc complexio est, in qua dissimilitudinem Rhetoricæ & Logicæ considerabis, & qualis Aristotelis ratio sit: nam si de Rhetorica, multa iam præcepta ac dicta erant, certè de Logica etiam multa præcepta ac dicta erant: Aristotelis enim tempore, vt ex ipsius Rhetoricis constat, Rhetorica nihil fuit, nisi inuètio & dispositio: pusillum de metaphoricis & de numero: de reliquis elocutionis ornamentis nihil, nihil item de actione, cùm Aristoteles ipse primum se actionis authorè esse profiteatur: vt hæc confirmatio, suæ quæstionis refutatio sit. Et quo argumèto Aristoteles probare vult, se primùm Logicæ inuètozem fuisse, eodè intelligatur multos doctores habuisse. Postremò petitur merces operis, eiùsque perfectio significatur.

Quamobrem si vestro iudicio, præsertim cùm principium eius antè nullum fuerit, doctrina præ cæteris per accessiones amplificatis perfecta & absoluta esse videatur, reliquæ vestrùm omnium, vel eorum qui audierint, partes erunt, omissis quidem doctrinæ partibus, veniã, inuentis autem multam gratiam impertiri. Hic igitur Aristoteles pro tantis laboribus futuros eorum iudices obtestatur: atque adeo audacter, vt Alexander notauit, perfectionem hic & absolutionem loquitur: planèque & apertè loquitur, Logicam, nō solùm à se primùm inuentam, sed tandem præ cæteris priùs inuentis perfectam atque absolutam: Quæ ambitio tamen tot testimoniis tamque locupletibus primo libro constricta & conuicta est, vt iam dubia esse non possit: Et sanè (si quid excusari possit iste gloriæ tantus amor, atque hæc laudum immensa cupido) Aristoteles mihi videatur hæc profiteri, elatus non alia veriùs, quàm à se constitutæ methodi & collocationis opinione: vt Aristoteli, qui Logicam aptè collocarit, Logicam primus inuenerit & perfecerit: tãquam Logicæ artis, nisi aptè & ordine collocatæ, nullus futurus esset vsus. Quamobrem Aristoteli

celi methodum tantoperè probatam & laudatam, sed  
 methodum in Organo Logico non satis adhibitam, stu-  
 diosè consecretamur, vt Aristotelis opinione propemo-  
 dum seducti, primū Logicæ compositorem & ordina-  
 torem, primum quoque Logicæ inuentorem & perfe-  
 ctorem, imò primū logici vsus authorem arbitremur:  
 nec vllam omnino Logicam, nisi methodica specie for-  
 matam iudicemus: Omnésque iccirco, qui vbicunque  
 terrarum sint, philosophos, quod initio fecimus, rur-  
 sus in extremo, debilitatis humanæ bene memores &  
 imprimis nobis conscij, ad hanc laudem cohortamur:  
 nec eos vt Aristoteles, omissi veniam poscimus, sed vt  
 Apelles à prætereuntibus, errati notitiam & medici-  
 nā flagitamus: vt ab iis omni studio ac seueritate in no-  
 stram Di alecticam animaduertatur, quid verbis sit inu-  
 sitatum, *ὀμώνυμον*, duriùs immutatum, *ἀμφίβολον*, præuè  
 expositum: quid sententiis obscurum, aliènum, falsum,  
*ἀσυνλόγητον*, nequid iis impedimentis, artis vsus retar-  
 detur: sed multò maximè quid peruersum aut præpo-  
 sterum (illa est enim, illa palma nobilis, Aristoteli lon-  
 gè pulcherrima, nullisque vel Olympicis palmis com-  
 paranda: palma tamen pertinax & superba, quæ vel gra-  
 uissimorum laborum pōderi facilè non cedit) quid in-  
 quam, peruersum aut præposterū: quid Aristotelis prin-  
 cipiis cōtrarium: an *ῥηκώτατον* quòdque primo, *ὑπάλ-  
 ληλον* medio, *εἰδικώτατον* postremo loco positum: an ni-  
 hil *ὑπερον* *πρότερον* confusum sit. Idque cūm deprehen-  
 sum fuerit, ad illum ipsum, toties iam nobis cantatum  
 vsus: ad illa Aristotelis principia toties appellata con-  
 gruè & aptè corrigatur & emēdetur, vt Logica tandem  
 aliquando principijs Aristotelis cōformata, & ad vsus  
 humanitatis instituta teneatur. Imò verò te Deus Op-  
 time Max. (à te enim principium, tibi desinet) oro &  
 obsecro, vt hominum mentes exuscites ad laudem glo-  
 riāmque nominis tui cognoscendam: Neque enim cæ-  
 ci, neque surdi laudare possunt ea, quæ nunquam vide-  
 runt, nunquam audierunt: sic pulcherrima nobilissimā-  
 que



que mentis humanæ bona, quibus abs te donati homines dotatique sunt, qui nūquam prouiderint, qui ab intelligentibus audire perciperéque aut noluerint, aut nō potuerint, gratiam tibi pro tanto munere nullam habebunt: Verūm qui tantum lucis splendorem perspiciant, qui admirabilem Dei hominūque ex rationis mentisq̄e communiōe societatem ceinent, hi singularem tuam erga homines pietatem ex animo veréque complectentur, & sincero veróque cultu venerabūtur. Quare per infinitam bonitatem tuam perge, ac potiūs propra solis huius tui lumen excitare, vt tot oibis terrarum gymnasiis perspiciatur, ametur, colatur.

P. RAMI, REGII ELOQ̄VENTIÆ  
 & Philosophiæ professoris, lib. xx.  
 Animaduerſionum Aristotelicarum

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag. 6. lin. 4. Aristoteli 17. ~~et~~ credas 39. 35. per se fuerint,  
 46. 31. & pars 48. 17. interpretetur, 74. 36. assutas ex  
 79. 2. religatis, 12. perfricuctu, 80. 22. excindemus. 86. 4. e-  
 lenchorū duo 87. 15. rationibus 96. 22. tolle (dum) 98. 2. enim  
 107. 6. Atque hæc 30. docetur. 109. 4. Si scis frustra 12.  
 REFER ad notationis elenchum, elenchum definitiōnis nomi-  
 nalis. 126. 22. cum ad 128. 33. tol. in.







54







